Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
G
144
NAPOLI 3

605120 Racc. VII. G. 144 B

TRACTATVS DE VASSALLORVM GRAVAMINIBVS

Tàm à Baronibus, quàm à Iudicibus, alijſque Officialibus inferri conſuetis.

TOMVS TERTIVS

In quo ferè omnigenæ iuris materiæ Pontificiæ, ciuiles, criminales, & feudales quotidianæ ad vtilitatem publici commodi pertractantur.

AVTHORE

IO. MARIA NOVARIO I.C. LVCANO

Opus nedum ſecularibus, ſed etiam Eccleſiaſticis in foro verſantibus non ingratum.

Acceſſerant præterea eiſdem mater[illegible]

[illegible]

Indicibus præludiorum, ſingulorum grauaminum, & rerum notabilium in opere contentarum decoratum.

SVPERIORVM PERMISSV,



ET PRIVILEGIO.

NEAPOLI, Typis Franciſci Sauij Typographi Curiæ Archiep. M.DC.XLIII.

Sumptibus Stephani Monlinerij Bibliopolæ Parthenopæi.

Bibliotheca De Rosa Caj. 87.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI
DOMINO
ANTONIO CARDINALI
BARBERINO.

IAmdiù, Princeps Eminentiſsime, voluntatem erga te meam teſtatam eſſe volui, cùm nihil antiquius duxerim, quàm in eorum Album deſcribi, quorum animus à tuarum virtutum famulatu non abhorret, eaſque potius ſuſpiciunt, quàm aſpiciunt, cùm totius Orbis miraculum, non oraculum dicaris. Verùm enimuerò comperto me nullius meriti, neque decoramenti cuiuſquam inſignibus pollere, ea quidem cupiditas efferbuiſſet, niſi ingenium vaframento eandem penitus reuocaſſet. En Tibi Germani Fratris mei volumen tertium de Vaſſallorum grauaminibus offero, tanquam tertium, quo ad Eminentiam tuam aditus aperiret, & ad aures reciperet. Prudenter factum putaui, more eorum, qui laborantes inopia, vt hoſpitalitatis iura magno viro æquius perſoluant, rudes parietes diuite ſuppellectile mutuata conueſtiunt, ne fuliginoſo tectorio, quod diu obduxerint, tanti viri lumen offendant. Commentum eiuſmodi Princeps Eminentiſſime, boni conſulas, rogo. Quis enim de ſe licet non optimè ſentiat, quoduis tamen non rimetur arcanum, omnemque lapidem non moueat, vt eius omnia tibi conſtent officia, ſtudiumque polliceatur. Ità meritorum tuorum magnitudine fretus, ſpero fore, vt mihi tua pariat humanitas, quod negauit ingenium. Quod pertinet ad ipſum opus, ſuam potius ad Vaſsallorum grauamina Mineruam vocauit auctor, vt eam legalis ſcientiæ partem in aliorum tutamento collocaret, à quo Principes ſæpe deflectunt; immò (ò cæca noſtri ſæculi in alios dominandi cupiditas) depopulata ſubditorum libertate, omnia ſibi iura in eos vendicant, & immani quodam ſtylo tyrannidem, non patriæ pietatem exercent; & meminiſſe dedignantur humanitatem, omneſque eadem habere iura ſepulchri. Suſcepit lubens tale onus, cum ſibi perſuaſum habuerit nihil D. O. M. iucundius, quàm ſubactos euehere, vel modum præſtitiſſe, vt ærumnoſo fluctu iactari conſulant ærumnis, quarum ea potiſſima eſt, quæ à Dominis proficiſcitur in ſubditos. Dicaturus ergò hoc opus nulli melius, quàm tibi viſum fuit. Te enim patrono, & ampliſſimæ ditionis moderatore erudiuntur Principes, vt in ſubditos, tanquam patres in filios, ſe gerat, & morum facilitate nihil, niſi humanum imitentur. Et nouerint firmiori gradu ſtare imperia, quæ non

Digitized by Google

timor, ſed amor communiat. Porrò opus auctore non indignum, Eminentiæ tuæ, vt credimus, non diſplicebit, ad quam tanquam ad tutelarem Iouem, ſiuè dominatricis perfidię, ſiuè fati acerbitate perculſi, perfugium nanciſcuntur. Te adit, cuius imperio Roma faſces ſubmittit; cuius purpura (ſi à puritate lucis fas eſt eam vocare) quodam candore dulci non perſtringit, at omnium oculos ad ſe conuertit; dibapham appellabo, tùm oſtro natiuo candicantem, tùm quia rubore ſuffuſam, pudeat tanti non eſſe, vt digno murice tibi prætextam coloret: perdit etiam tua charitatis vaccinio, quam erga Deum, & in proximos exerces. Te adit, cuius Apes Vrbano rore depaſta, prædulci mellis delicio componunt fauos, vnde hominum ora, quibus ſuccus viroſi offecerant, aut diſcordia, aut perduellionis, ſuauius oblectantur. Dicerem ex Patruo tuo, maximo Chriſtiani orbis luminari, ſub cuius ſydere, & coeli clementia renidet, & catholica Reſpublica pacis tranquillitate potitur, tuarum virtutum hauſiſſe nitorem, & veluti radij penicillo in tui cordis arcana ille ſol influens, earum Minerale conceperit; niſi ipſe actus ingenij tui cuniculis conquiſiſſes, & acie mentis altè ſcrutatus diuitias effoderis; diuitias, inquam, quas temporis vetuſtas, & inuidia liuor non abſumet, nec vllum vnquam ſentient occaſum. Contemplaris tamen illius virtutem, maximè hoc æuo neceſſariam ad diſcordes Potentium animos reconciliandos, quod omnes boni ſuſpirant; modò in ſibi commiſſo grege vigilantiam, quatenus, & omnes ad vitæ honeſtatem inſtruit, & Principes ad ſingularem in ſumma dignitate modeſtiam adhortatur, & diſſitos mores pietatis ſtudio meliorem componit ad frugem, contemplaris inquam, & ſi quid eſt, quod imiteris, mox noua acceſſione vberiorem facis tuarum virtutum annonam. Quod ſupereſt, ob cęteras animi dotes, ſiuè ob naturæ, fortunæque bona nuſquam in ſuperbiam elatus, Deo rerum omnium largitori refers accepta. Horum, quibus de eruditis omnibus benè mereris, mallem me eſſe præconem, ſi vllo orationis munere complecti poſſent; ſed magis relligioſum eſt admirari, quod ſupereminet humani eloquij facultatem; immò ſi multum proficerem, ſemper ſupereſſet, quod quęrerem. Demum peto, vt benignitas Eminentię tuę famam, quam auctor abhorruit, huic accerſat operi: neque enim ſine tui nominis ſplendore ſuus in eo erit deſcriptus color. Obſequium item, & obſeruantiam in te meam hoc eodem munere complectare, quod præſto, maiori cum foenore pręſtiturus, cum ſummam Bullarum te auſpice cęptam tibi nuncupauero. Fauſtus, foelixq; diù viuas. Vale. Neap. die primo menſis Februarij 1642.

Eminentiæ Tuæ Addictiſſimus.

Ioannes Antonius Nouarius Archiepiſcopalis
Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus.

AVTHOR AD LECTOREM.

EN habes (benigniſſimè Lector) tertiam partem grauaminum vaſſallorum, argumentis, indicibus, omnibus, quæ deſiderari poſſent auctam, & locupletatam quapropter, dum ijs fruere cupias, has lucubrationes reſpuere ne valeas, ſed benigno vultu perlegas, & quod bonum tibi videri putas cogita deſurſum eſſe, procedens à Patre luminum, cui omnis honor, & gloria ex debito refertur, ſin verò aliquod imperfectu ſimiliter fragilitati humanæ adſcribere memento, Conſideraturum te tamen eſſe ſpero laborem impenſum in recollectione tot grauaminum pro tua vtilitate pariter emiſſum fuiſſe, interea fruere alicui animo illorum lectura, & quam citius quartam partem expecta. Vale.

IMPRIMATVR;

Alexander Ruſſus Can. Vic. Gen.

Paulus Squillante Can. dep.

Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Domine

Tertiam partem Tractatus de Grauaminibus Vaſſallorum à perſpicaciſſime I. C. Io. Maria Nouario Lucano compactam accuratè vidi, & perlegi de ordine Veſtræ Excellentiæ: quam arbitror citra dubium Prælo dari poſſe. Cum nil contineat, quod iuri publico, ac bonis moribus oppugnet, ſed verius pro Relpublicæ Comodo iuriſque profeſſorum vtilitate neceſſariam. Si tamen ita ſubſequente beneplacito Excellentiæ Veſtræ mandare dignetur. Cui ex debito poſt manuum oſcula in omnibus me ſubmitto. Datum ex Neap. edibus noſtris die 20. menſis Octobris 1641.

Excellentiæ Tuæ

Addictiſſimus ſeruus

Ioannes Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

Vidit Arias de Meſa Reg. Conſiliarius Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione Librorum.

Viſa ſupraſcripta Relatione IMPRIMATVR

Tapia Reg. Branc. Reg. Zuſia Reg. Sanfelic. Reg. Apon Reg. Capic. Latro Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. Die 30. Maij 1642.

Lombardus.

Digitized by Google

ELENCHVS

SINGVLORVM PRÆLVDIORVM

Huius Tertij Tomi.

PRAELVDIVM I.

Grauamina vaſſallis eſſe antiquis temporibus illata, prout hodiè inferuntur, & illa ſemper fuiſſe exoſa, ità ut Barones maletractantes vaſſallos acrius puniri, quam ipſos iniuſtè conquerentes ab Authore demonſtratur, fol. 6. col. 1.

PRAELVDIVM II.

Vaſſalli qualiter potius amore, quàm timore tractari, & regi debeant, vt eorū excludatur grauamen, fol. 8. col. 1.

PRAELVDIVM III.

Barones qualiter erga vaſſallos potius paſtores, quàm percuſſores eſſe debeāt fol. 9. col. 2.

PRAELVDIVM IV.

Grauamen in vaſſallos, qualiter circa ius, & factum verſetur, & agnoſcatur, vt per Superiores reparari valeat. fol. 11. col. 1.

PRAELVDIVM V.

Grauamina vaſſallorum contra Barones, vel Officiales quando iuridicè per Vniuerſitates abſq; mandato poſſent proponi, fol. 13. col. 1.

PRAELVDIVM VI.

Grauamina Vniuer*ſitatum an poſſint proponi per Ciuem vnum contra Barones, vel Prælatos, aut alios ſuperiores, fol. 14. col. 1.*

PRAELVDIVM VII.

Barones de exceſſibus vaſſallorum deſides, & negligentes tenentur, nec vllo ignorantiæ velamento iuuantur, fol. 15. col. 1.

PRAELVDIVM VIII.

Barones pro grauaminibus vaſſallorum hodiè non viſitari ex praxi demonſtratur fol. 16. col. 2.

PRAELVDIVM IX.

Grauamina vbi contra Barones per vaſſallos ſunt proponenda, nùm venia, et licentia præcedere debeat fol. 18. col. 1

PRAELVDIVM X.

Grauamen metus reuerentialis qualiter à vaſſallis contra Barones, *& Affictatores Terrarum opponi poſſit ad finem reſcindendi contractus, & obligationes cum eis, vel ad eorum fauorem geſtas fol. 19. col. 2.*

PRAELVDIVM XI.

Quomodo ſuccurratur vaſſallis contra Barones, & Officiales illos grauantes fol.25 col.1.

CATHALOGVS.

Omnium Grauaminum de quibus in hoc Tertio Tomo diſcuſſum eſt.

GRAVAMEN. I.

V*Aſſalli grauãtur, ſi decima, quam ſoluere in grano, ordeo, & in alijs leguminibus ad menſuram ſoliti ſunt, in manipulis, & gregnis adſtringuntur, fol.28.col.2.*

GRAVAMEN. II.

Vaſſalli grauantur, ſi acceſſus ad Cauponas ſiue Tabernas eis ſub pœna probibetur, fol. 30.col.2.

GRAVAMEN. III.

V*aſſalli grauantur, quando Barones illos cogunt vt bona campeſtria ſita in Territorio infeudato recognoſcant uti feudalia, fol.32.col.2.*

GRAVAMEN. IV.

V*aſſalli grauantur, quando condemnati pendente appellatione, nullo præcedẽte ordine Iudicis, ad quẽ eſt appellatum, amouentur à carceribus, in quibus reperiuntur, & tranſmictantur ad carceres Tribunalium Superiorum, fol.33.col.2.*

GRAVAMEN. V.

Vaſſalli grauãtur, quoties Barones *habentes Ius paſcẽdi Armenta, Animalium aliquibus in locis Vniuerſitatũ, in illis depaſcere faciũt copias, oues, et alia animalia minuta, fol.34.col.2.*

GRAVAMEN. VI.

Vaſſalli grauantur, ſi Barones, velint pro ſe incrementũ frumenti, vel ordei exacti per Aerarios, & Conſeruatores bonorum Baronalium, dum ipſi offerunt quantitatem receptam conſignare in bona menſura, fol.35.col.1.

GRAVAMEN VII.

Vaſſalli grauantur quando inquiſiti mortui mandantur ſuſpendi, fol. 36. col.1.

GRAVAMEN VIII.

Vaſſalli grauantur, ſi exiſtentes fideiuſſores Erariorum, & Adminiſtratorum bonorum Baronalium, quibus ſemel computa reuiſa, & approbatæ fuerunt, moleſtentur ſub prætextu, quod in noua reuiſione reperti fuerint tales Adminiſtratores eſſe debitores, fol.37.col.1.

GRAVAMEN. IX.

Vaſſalli grauantur, quando non exiſtentibus requiſitis neceſſarijs pro delictis patratis ab eorum Curijs Baronalibus foriudicantur, fol.38.col.2.

GRAVAMEN. X.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, vel Officiales impediunt nè in parlamentis, ſiuè conſilijs faciendis, præcedant præconia, vel pulſatio campanę, ſiuè adicta, vt certioretur populus de tali actu faciendo, fol.45.col.2.

GRAVAMEN XI.

Vaſſalli grauantur, quando impediuntur à Baronibus facere parlamenta, & Conſilia in diebus feſtiuis, fol.46. col.1.

GRA-

GRAVAMEN. XII.

Vaſſalli grauantur, quando vetantur facere conſilia, & Parlamenta in Eccleſijs, maximè ità exiſtente conſuetudine, fol.47.col.2.

GRAVAMEN. XIII.

Vaſſalli grauantur, ſi condemnati ad remigandum tranſmittantur recto tramite ad triremes, & non ad regias prouinciales Audientias, vel ad magnam Curiam Vicariæ; fol. 48.col.1.

GRAVAMEN. XIV.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, in mulctarum exactione vtuntur priuilegijs Fiſci Regij, fol.49.col.2.

GRAVAMEN. XV.

Vaſſalli grauantur, ſi Baro, qui accepit ab Vniuerſitate ſyluam in emphyteuſim, illa inciſa, extirparet ipſam, & ad culturam redigeret, puta plantando vineam, oliuetum, vel quid ſimile, fol.50.col.2.

GRAVAMEN. XVI.

Vaſſalli granantur, quando repetitio teſtium procraſtinatur, nec Curiæ coadiutori ſtatuitur terminus, ſeù limitatur tempus intra quod teſtis repetere teneatur, fol.51.col.2.

GRAVAMEN. XVII.

Vaſſalli grauantur, ſi prohibeantnr tenere domi canes, & aues ad uenandum actos, vel retia, aut alia ordimenta ad piſcandum fol.52.col 2.

GRAVAMEN. XVIII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones conſtituunt Officiales ætate minores fol.53.col.2.

GRAVAMEN. XIX.

Vaſſalli grauantur, quando Barones coſtituunt in Aſſeſſores, & Conſultores Capitaneorum idiotarum licentiatos nec doctoratos fol.55.col.1.

GRAVAMEN. XX.

Vaſſalli grauantur, quoties Barones habentes Ius deferendi primam baſtam baldacbini, illam per ſubſtitutum deferre faciant fol.55.col.2.

GRAVAMEN XXI.

Vaſſalli grauantur, quando Barones intendunt ſibi facere erigere baldachinum in Eccleſijs propriarum Terrarum fol.57.col.1.

GRAVAMEN XXII.

Vaſſalli grauantur, quando poſt annum coguntur ſoluere mulctam præcepto Iudicis ſtatutoriè minatam, vel conceſſam, non tamen declaratam fol. 57.col.1.

GRAVAMEN. XXIII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones tenent emptores, qui emunt ſub nomine ipſorum carnes, & piſces, & deinde alijs reuendant pro conſequẽdo lucro ex franchitia, fol.58.col.2.

GRAVAMEN. XXIV.

Vaſſalli grauantur, quando conducti (vti operarij (ad fodiendum, & ſimilia agenda in ſeruitium Baronum iuxta conſuetudinem loci expenſas diurnas non habent ſed eorum ſumptu viuere cogantur, fol.59.col.2.

GRA-

GRAVAMEN XXV.

Vaſſalli grauantur, quando ſalarium, & ſtipendium promiſſum pro ſeruitijs factis Baronibus ſoluatur diminutim fol. 60. col. 1.

GRAVAMEN. XXVI.

Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opera in ſeruitium Baronum cogantur laborare de nocte fol. 61. col 1.

GRAVAMEN. XXVII.

Vaſſalli grauantur, ſi non requiſiti cogũtur offerre debita ſeruitia Baronibus, *fol. 61. col. 2.*

GRAVAMEN. XXVIII.

Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opus dietim pro ſeruitio Baronum *cogantur teneri de vitio ipſius operis, fol. 62. col. 2.*

GRAVAMEN. XXIX.

Vaſſalli grauantur, ſi eis integrum ſalarium non ſoluatur, tò quia fuerunt conducti ad certum tempus, & antea diſſolutum fuit negotium, pro quo cõducti erant, fol. 64 col. 1.

GRAVAMEN. XXX.

Vaſſalli grauantur, quoties angaria, & perangaria præter ſolitum modum, et boni uiri arbitrium ipſis à Baronibus indicuntur fol. 66. col. 1.

GRAVAMEN. XXXI.

Vaſſalli grauantur, quando cadauera mortuorum condemnatorum ad mortem ſuſpendi mandantur, maximè pendente appellatione à condemnatione, fol. 66. col. 2.

GRAVAMEN. XXXII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones ſe intromittunt in cauſis ſuſpicionum eorum Officialium, fol. 68. col. 1.

GRAVAMEN. XXXIII.

Vaſſalli grauamur, quando non oſtante ſuſpitione in Officiales Baronales allegata, & recepta in eorum cauſis procedatur ſub prætextu quod ceſſauerit cauſa, propter quam fuerint declarati ſuſpecti, fol. 69. col. 1.

GRAVAMEN. XXXIV.

Vaſſalli grauãtur, quando idoneè cauere volunt, & ſub pretextu, quod titulos obſtat inditijs legitimis non exiſtẽtibus in carceribus detineantur, nec habilitantur, fol. 70 col. 1.

GRAVAMEN. XXXV.

V*aſſalli grauantur, ſi relexati ſub fideiuſſoribus pro crimine pro quorum venit imponenda pęna corporis afflictiua, iterum ad* Carceres *reuocentur, & forſitan carcerati, non habilitẽtur cum cautione, fol. 71. col. 1.*

GRAVAMEN. XXXVI.

Vaſſalli grauantur, ſi eo ſub pretextu, quod de crimine, pro quo alias fuerunt abſoluti, & excarcerati veniũt iterũ inquiſiti ad inſtantiam alterius perſonæ, quam primo denuò carcerentur, & contra eos procedatur, quamuis maiora inditia non appareant, fol. 72. col. 1.

GRAVAMEN. XXXVII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones habentes Ius imponendi, & exigendi vectigalia pro illorum exactione

vaſ.

vaſſallorum bona violenter capiunt, & ſupra illorum facultatem accipiũt, fol.73.col.1.

GRAVAMEN XXXVIII.

Vaſſalli grauantur, ſi non concurrentibus publica vtilitate, et Domini neceſſitate vectigalibus, & impoſitionibus merentur, fol.74.col.1.

GRAVAMEN XXXIX.

Vaſſalli grauantur, ſi ex ſoli Domini atteſtatione de propria neceſſitate adſtringuntur pro tali neceſſitate aliquid ſoluere, fol.75.col.1.

GRAVAMEN XL.

Vaſſalli grauantur, quando Erarij Baronales, ſub nomine Baronum exigunt debita particularium, & tali ſub prætextu ex abrupto procedunt contra debitores, fol.77.col.1.

GRAVAMEN XLI.

Vaſſalli grauantur, quando Barones cõparent pro Vniuerſitatibus ſuis in Parlamentis abſq; mandato, vbi de coequali, & communi intereſſe cum alijs non agitur, fol.78.col.1.

GRAVAMEN XLII.

Vaſſalli grauantur, ſi Barones ſub prætextu, quod lapidicinas in proprijs locis aperuerint, prohibeant per hoc eis, nè proprijs in locis lapides incidant, & eximant, fol.79.col.1.

GRAVAMEN XLIII.

Vaſſalli grauãtur, ſi Baro ſe intromittat in cognitione tertiarum cauſarũ, quæ ſublatę fuerunt per priuilegia M.C.V. vrgente intereſſe Terrę fol.80.col.1.

GRAVAMEN XLIV.

Vaſſalli grauantur, quando contra eos poſt publicationem factam in cauſis criminalibus ad inſtantiam partium admittuntur teſtes ad offenſam, fol.80.col.2.

GRAVAMEN XLV.

Vaſſalli grauantur, ſi quando proceditur ex officio abſque partis querela, terminus repulſę concedatur communiter etiam Curiæ Coadiutori, fol.81.col.2.

GRAVAMEN XLVI.

Vaſſalli grauantur, ſi ſub prętextu, quod ſit facta publicatio in cauſa repellantur, nè in eorum fauorem teſtes recipiantur, & quod poſt illam accuſator nouos adducat teſtes contra ipſos, fol.82.col.1.

GRAVAMEN XLVII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, uel Officiales renuunt, nè Eccleſiaſticę perſonę accedant ad Curiam pro concordandis ſecolarium querelis, & partium diſſentionibus, fol.83.col.1.

GRAVAMEN XLVIII.

Vaſſalli grauantur, ſi vetentur portare comas, (vulgò, le capillere, *ſeù* li cielij, *ſiuè* le zazzarine *fol.84.col.1.*

GRAVAMEN XLIX.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur ſoluere penam contumacię contractę poſt litem conteſtatam. fol.85.col.2.

GRAVAMEN L.

Vaſſalli grauantur in Regno, ſi imponatur pęna delicti à iure inflicta contra contu-

Digitized by Google

contumacem, & non mulcta, pecuniaria tantùm in contumaciæ penam, fol. 86. col. 2.

GRAVAMEN LI.

Vaſſalli grauantur, quando puniuntur pro contumacia, quę Iudice pro Tribunali ſedente, accuſata non fuit, fol. 87. col. 2.

GRAVAMEN LII.

Vaſſalli grauantur, quoties non precedẽte relatione Nuntij, ſeù berruarij de intimatione, & citatione facta, eiſdem incuſetur contumacia, eiusq; pena exigatur, fol. 88 col. 1.

GRAVAMEN LIII.

Vaſſalli grauantur, quoties ex ſola citatione, nulla accuſata contumacia, pena cõtumaciæ ab eis exigatur, fol. 89. col. 1

GRAVAMEN LIV.

Vaſſalli grauantur ſi ſoluerint penam contumaciæ Tribunali Superiori, & poſtea remiſſi Curię Baronali, illam pariter Baronis ſoluere adſtringantur fol. 89. col. 2.

GRAVAMEN LV.

Vaſſalli grauantur, quando contumaciæ pena exigitur à contumacibus fictis, qui non fuerunt reperti de perſona tempore intimationis, ſeù citationis, & ſi contrarium exiſtimet Author in Regno, fol. 90. col. 1.

GRAVAMEN LVI.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur ſoluere penam contumaciæ contracta eò quia impediti iuridico impedimento in Curia cõparere nequierunt, fol. 91. col. 2.

GRAVAMEN LVII.

Vaſſalli grauantur, ſi vt debitores Baronum, vel aliorum ante diem ſolutionis, vel ex quantitate incerta, aut ex conditione obligati conueniantur, & ſoluere cogantur fol. 92. col. 2.

GRAVAMEN LVIII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, vel Officiales eorum in Terris tenent filios, aut nepotes, uel conſanguineos riſſoſos, nec illos à dictis locis recedere faciunt, fol. 96. col. 2.

GRAVAMEN LIX.

Vaſſalli grauantur, quoties veniunt puniendi pena arbitraria, & mitior illis non imponitur, fol. 97. col. 2.

GRAVAMEN LX

Vaſſalli grauantur, ſi quando adhoa imponitur pro rata Baronis, coguntur ipſi contribuere, fol. 98. col. 2.

GRAVAMEN LXI.

Vaſſalli grauantur, quando Barones petunt, & exigunt adhoam in caſibus comprehenſis in capitolis Papę Honorij fol. 103. col. 2.

GRAVAMEN LXII.

Vaſſalli grauantur, quando ad guberniũ Terrarum admittuntur Officiales, qui non paruerunt ſindicatui officiorum etiam adminiſtratorum extra Regnum, fol. 108 col. 1.

GRAVAMEN LXIII.

Vaſſalli grauantur, quãdo eis conſtituuntur Officiales, qui non paruerunt ſyndicatui aliorum geſtorum officiorũ, eò quia Ciues in quorum Terris adminiſtrarunt nõ conquerũtur, fol. 111. col. 1

GRA-

GRAVAMEN LXIV.

Vaſſalli grauantur, quando Barones patiuntur, & diſſimulant, ne ſui Officiales ſindicentur de illis, quæ uxor, & domeſtici deliquerunt, fol. 112. col. 1.

GRAVAMEN. LXV.

Vaſſalli grauantur, quando Barones probibent, ne Ciues allecti, & aggregati Vniuerſitatibus ſuarum Terrarum gaudeant immunitatibus, & priuilegijs, quibus gaudent Ciues originarij fol. 112. col. 2.

GRAVAMEN. LXVI.

Vaſſalli grauantur, quando ſub prætextu, quod fraudauerint decimam, ſiue Terraggia debita Baronibus proprijs ſpolientur bonis, fol. 116. col. 1.

GRAVAMEN. LXVII.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur confiteri mediante iuramento in libro publico bladum, ordeum, & ſimilia, quæ in eorũ poſſe reperiuntur, fol. 117. col. 1.

GRAVAMEN LXVIII.

Vaſſalli grauantur, quando à Baronibus permittitur, vt exiſtentes carcerati, aliqua afficiantur moleſtia, vel iniuria, fol. 118. col. 1.

GRAVAMEN. LXIX.

Vaſſalli grauantur, quãdo ſub prætextu confirmationis priuilegiorum non apparentium, Barones vellẽt excedere metam ordinariorum ſibi competentium fol. 119, col. 1.

GRAVAMEN. LXX.

Vaſſalli grauantur, quando agricultores tempore ſeminum, meſſium; & vindemiarum ab omnibus oneribus extraordinarijs non eximantur fol. 122. col. 1.

GRAVAMEN. LXXI.

Vaſſalli grauantur, ſi pro ſeruiti o præſtito Baroni intra fines feudi, vt lintra dictam eiſdem ſoluatur ſalarium iuxta taxam Regiæ Pragmaticę fol. 123. col. 1.

GRAVAMEN. LXXII.

Vaſſalli grauantur ſi conceſſis Vniuerſitati iuribus Sicla ponderum, & menſurarum prætendant Barones, & eorum Officiales contra ipſos inquirere, & criminaliter procedere pro falſitatibus, & fraudibus circa pondera, vel menſuras, & à delinquentibus poenas exigere, & illas in Aerarium Baronis redigere facere, fol. 124. col. 2.

GRAVAMEN. LXXIII.

Vaſſalli grauantur, quando Barones renuunt obſeruare conuentiones, & capitula inter eos geſta prout ſtat ſancitum de Iure municipali, ſed vt de Iure communi ſtat cautum, fol. 135. col. 2.

GRAVAMEN. LXXIV.

Vaſſalli grauantur ex Banno lato per Curiam Baronalem, vt in delictius vnus de parentela teneatur pro altero, fol. 136. col. 1.

GRAVAMEN. LXXV.

Vaſſalli grauantur, quoties vnica pœnanum exigitur in caſu quo aliquis fuiſſet carceratus pro debito, & pęna, ſi præſtitam cautionem, qua fuerit exoneratus, fregerit, non ſe præſentando, fol. 136. col. 2.

GRA-

GRAVAMEN. LXXVI.

Vaſſalli grauantur, ſi deputati, relegati, aut exulati à propria patria, ibidem mortui fuerint, & denegatur eis ſepultura in patria, fol. 137. col. 2.

GRAVAMEN. LXXVII.

Vaſſalli grauantur, quãdo Barones eximunt aliquos à praſtatione iurium ſibi debitorum, & talem exemptionẽ in damnum cęterum faciunt prodire fol. 138. col. 1.

GRAVAMEN. LXXVIII.

Vaſſalli grauantur, quoties per reſcriptũ remittitur à Dominis pœna pecuniaria ipſis applicanda, fol. 140. col. 1.

GRAVAMEN. LXXIX.

Vaſſalli grauantur, quando forma Iuris in modo procedendi contra eos non ſeruatur fol. 141. col. 2.

GRAVAMEN. LXXX.

Vaſſalli grauantur, quando in ſententia prolatione contra eos, forma Iuris nõ ſeruatur fol. 147. col. 2.

GRAVAMEN. LXXXI.

Vaſſalli grauantur, quando cauſe non expediuntur iuxta ordinem, quo fuerunt concluſę, fol. 150. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXII.

Vaſſalli grauantur quoties torquentur, nulla procedente decreti pronunciatione fol. 151. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXIII.

Vaſſalli grauantur quando Barones recuſãt ſoluere collectas de bonis feudorum planorum de tabula, ac de bonis excadentialibus feudorum fol. 152. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXIV.

Vaſſalli grauantur, ſi apparente tacito eorum conſenſu, & acquieſcentia cum praſcriptione longi temporis, ſub praetextu conſuetudinis cogantur ad molendina Baronum accedere ad molendum, vel ad coquendum panem in eorum furnis, vel ad eorum tapeta ad triturandas oliuas, fol. 158. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXV.

Vaſſalli grauantur, ſi ab ipſis exigatur Ius paſſus pro bonis, quę pro vſu tranſeunt, vel pro homine, vel cadauere vel pro bonis in illum portantes, aut pro mercibus, pro quibus conſuetum fuit nihil ſolui, fol. 160. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXVI.

Barones grauant quando non reficiunt pontes, & eis dirutis exigunt paſsaggium à tranſeuntibus, fol. 162. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXVII.

Barones grauant exigentes Ius paſſagij in alio loco, quàm in deſtinato fol. 163. col. 1.

GRAVAMEN. LXXXVIII.

Vaſſalli grauantur ſi ob commune bonum res auferantur, nec digna ſatiſfactio eis datur, fol. 164. col. 1.

GRAVAMEN LXXXIX.

Vaſſalli grauantur ſi exiſtente decennali conſuetudine, vt Parochis loci praſtet alimenta Concionatori, & cogan-

gantur ad hoc per Baronem fol. 164. col. 2.

GRAVAMEN XC.

Vaſſalli grauantur, quando pro naulo bonorum Baronalium, ſemper ijdem nautæ cum eorum cimbis ſeruire coguntur. fol. 166. col. 1.

GRAVAMEN XCI.

Vaſalli grauantur, quando exiſtentes in poſſeſſione non contribuendi Baroni pro adhoa adidper ipſos cogantur, fol. 167. col. 1.

GRAVAMEN XCII.

Vaſalli quotidiè conuenta mercede alijs operas diuinas locantes, grauantur ſi moleſtentur, eo quia ex mandato conductoris in aliqua poſſeſſione litigioſa foderint, fol. 167. col. 2.

GRAVAMEN XCIII.

Vaſſalli grauantur, quando vltra ſtatuta pro animalibus ipſorum interuptis, alienis in prædijs, quod plus ſoluere cogantur fol. 169. col. 1.

GRAVAMEN XCIV.

Vaſalli grauantur, quando Barones faciunt exercere officia per ſubſtitutos ab Officialibus electis, fol. 170. col. 2.

GRAVAMEN XCV.

Vaſſalli grauantur, quando exiſtentes non ſoluendo, eorum remiſſo Baronum expenſis ad ipſorum baronalem Curiam, vel ad Iudicem appellationis nõ ſit, fol. 174. col. 2.

GRAVAMEN XCVI.

Vaſſalli grauantur, quando pro rebus commeſtibilibus, & alijs, quas accipit Baro, ſeù pro ſeruitijs præſtitis eis pretium in pecunia conſignare recuſat, ſed aliud loco pretij ipſis conſignat, fol. 175. col. 2.

GRAVAMEN XCVII.

Vaſſalli grauantur ſi ſunt minores non amittuntur ad purgandam contumaciã non refectis expenſis fol. 176. col. 2.

GRAVAMEN XCVIII.

Vaſalli grauantur niſi palam in loco ſolito iuſtitia miniſtretur, fol. 177. col. 2.

GRAVAMEN XCIX.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, non habentes de proprio, & arte carentes ad aliquod exercitium peragendum non adſtringant, fol. 180. col. 1.

GRAVAMEN C.

Vaſſalli grauantur, quando ad ſeruitia adſtringuntur vltra poſſibilitatem, nec moderatè eorum perſona Barones vtuntur, fol. 182. col. 2.

GRAVAMEN CI.

Vaſſalli granantur, quando Princeps eis tollit appellationem, fol 193. col. 1.

Elenchus Argumentorum Deciſionum, de quibus in Primo, Secundo, & hoc Tertio Tomo facta eſt mentio.

DECISIO I.

Baro maletractans vaſſallos qualiter puniatur. fol. 201. col. 1.

DECISIO II.

Vaſſallus an poſſit eximi à Dominica poteſtate fol. 205. col. 1.

DE-

DECISIO III.
Baro maletractant ſubditum, an feudo priuetur, fol. 205. *col.* 2.

DECISIO IV.
Subditi ob malam Domini tractationem à iuriſdictione illius eximi debet, fol. 206. *col.* 2.

DECISIO V.
Subditi propter denegatam iuſtitiam, an, & qua via ad Superiorem recurrere poſſunt, fol. 207. *col.* 1.

DECISIO VI.
Baro ad libitum incarcerans vaſſallos, illoſque verberans, & ab ipſis bona extorquens, ac armigeros mittẽs qualiter veniat puniendus ſua iuriſdictione, fol. 208. *col* 2.

DECISIO VII.
Subditorum exemptio, conſtito de ſentẽtia ſuperioris, conceditur ob actus poſt litem motam, fol. 213. *col.* 2.

DECISIO VIII.
Exemptio durante lite inter ſubditos, & Dominum, qualiter concedatur, fol. 214. *col.* 1.

DECISIO IX.
Exemptio ab obedientia datur ſubdito, quando inter eum, & ſuperiorem durat aliqualis, fol. 215. *col.* 2.

DECISIO X.
Baro ſubditos crudeliter tractans, & inſolẽter, alioque indebitè ab eis exigendo ſeuitię feudo priuandus venit, fol. 217. *col.* 2.

DECISIO XI.
Baro, an propria authoritate valeat aliqua exigere à vaſſallo, & an poſsit illum flagellare, & ſi propter malam tractationem poſsit iuriſdictione priuari, fol. 224. *col.* 1.

DECISIO XII.
Baronum ſeruitia in ſubditos quomodo mandatis pęnalibus coerceri poſſit, fol. 226. *col.* 1.

DECISIO XIII.
Baro grauat vaſſallos ſi cogat Vniuerſitatem ſuę villę ad praſtandum ſibi Camerarium pro exigendis eius redditibus, fol. 228. *col.* 2.

DECISIO XIV.
Baro grauat vaſſallos ſi prętendat procedere ad punitionem vaſſallorum, qui rebellarunt Terram à ſua obediẽtia, vel impedierunt exactionem introituum Baronalium, fol. 232. *col.* 2.

DECISIO XV.
Baro an poſsit vti primus Ciuis *impedire Vniuerſitatem non poſſit infeudare territorium, fol.* 136. *col.* 2.

DECISIO XVI.
Baro grauat vaſsallos ſi illis exiſtentibus in quaſi poſſeſsione prohibendi volentes conſtruere nouos furnos, vel volentes in alijs furnis, quam in furnis prędictorum vaſſallorum coquere panem, Baro ipſe conſtrui faciat nouos furnos in eius Terra, fol. 239. *col.* 1.

DECISIO XVII.
An teſtes in cauſa criminali recepti ſuper quadam violentia, & ſpolio minimè repetiti, probent in cauſa ciuili ad finem prouidendi ſuper ſpolio, & reſtitutione poſſeſsionis ex remedio cap. reintegranda *fol.* 247. *col* 2.

DECISIO XVIII.
Tortura an inferri poſſit ex proceſsu informatiuo per inferiorem Iudicem, fol. 250. *col.* 1.

Digitized by Google

IO. MARIAE NOVARII
I. C. LVCANI
TRACTATVS
DE
VASSALLORVM
GRAVAMINIBVS
TOMVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *EMergens nouum, nouo indiget auxilio.*
Remedium nouum eſt ſuggerendum nouis rebus, ibid.
2 *Morbis nouis, noua competit antitoda.*
3 *Author quare tertium Tomum de Voſſallorum grauaminibus aggreditur.*
4 *Naſcitur natura ipſa ad publicam vtilitatem.*
5 *Grauaminum cumulus eſt infinitus.*
6 *Diuitiarum auiditas vadit ad infinitum.*
Potentiores imbecilliores peſſundant, ibid.
7 *Grauandi occaſio apud Superiores ſemper ineſt.*
8 *Obſcuritas in omnibus reprobatur.*
9 *Subtilitas lædit veritatem.*
Incauta locutio in errorem trahit, & ſic & indiſcretum ſilentium, ibid.

10 *Author, noua tractat in hoc Tomo.*
11 *Omnia, omnibus placere non poſſunt.*
12 *Animus proferentis in Prooemio declaratur.*
13 *Prooemium denotat cauſam finalem, loquentiſq, mentem oſtendit, etiam in ſententia, diuiſione, codicillis, vltimis voluntatibus, reſcriptis, decretis, donationibus, tranſactione, priuilegio, locatione, permutatione, legato, & in omni diſpoſitione, in Bullis, inueſtitura, contractibus, in regulis Cancellariæ, & ſupplicationibus, num.14.*

PROOEMIVM.

1 STat quidem in iure noſtro approbatum, & receptum axioma illud, Emergens nempè nouum, nouo indigere auxilio, nouiſq; in rebus nouum fore conſilium, ac remedium ſuggerendum, *l.1. ff de ventr. inſpic. l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogat. act. l. ſi iure, ff. de rei*
2 *vendicat. cap. fin. de in integr. reſtit.* & nouis morbis, nouam conuenire antitodam præparari, patet ex *cap. cæterum, de iur. calumn.*
3 Indè, quamuis vlteriori ſcriptioni de Vaſſallorum Grauaminibus feſſum habere meo ſtatuiſſem in animo; cum tamen deinde, vltra cumulata in primo, & ſecundo Tomo, alia pariter agnouiſſem, excogitaſſem, & propoſita fuiſſent, vti de nouo emergentia, nouum & ſic Tertium aggredi Tomum pro illis reponendis, auaram habere manum quippè inconionum reputaui, & intempeſtiuis, quaſi hiſce meis lycnis, lucubrationibuſq, iterum literis præditorum ingenia eadem in materia interpellare, relaxatumq; calamum reac-
4 cipere ad publicæ vtilitatis commodum (ad quod natura ipſa naſcimur) opportunè quidem arbitratus fui.
5 Grauaminum inquam cumulo non datur finis, iuxtà illud Ariſt. Polit. 1.
6 (diuitiarum auiditas vadit ad infinitum, & potentiores imbecilliores peſſun-
7 dant) cum apud apud Superiores grauandi occaſio ſemper inſit, iuxtà illud *Iacob. Falc. de vitijs Fori, Satira 6.* apud *Ramirez de lege Regia*, *§.35. fol. mihi 397.*

Ego neſcio certè
Quid facias Baro, ſed tecum occaſio cenat
Peccandi tecum occaſio dormit
Et ſemper magno vicina eſt culpa periclo.

Igitur (hercle) non mirum, ſi de illis ſcribendi, ipſaq; colligendi largum præparo campum, in quo iam falcem ſerioſè quidem immitto, eodem pariter ſtilo, & methodo, prout & in anteſignanis Tomis vtens, eandemq; adhibendo claritatem, cum obſcuritas in omnibus, ſinguliſque reprobetur, vt in lege ſuadet tex. in *cap. erit autem lex, 4. diſt.* & probant *Gabriel concluſ. 7. num. 19. et ſeq. de ſentent.* fuſè *Card. Tuſc. pract. concluſ. litt. O. concluſ. 53.*
9 Nec ſubtilitati inhærere placuit, cum illa veritatem ledat, *Gemin. conſil. 49. Dec. conſ. 666. Roman. conſ. 301.*

Bre-

Breuitatem adhuc deſideraui,fuique diſcretus in ſilentio, vtilis,& cautus in verbo,nec tacenda protuli, nec proferenda reticui, quoniam ad inſtar incauta locutio in errorem trahit, ita indiſcretum ſilentium, eos, qui erudiri poterant,in errore derelinquit, vt *in cap.1. 43.diſt. Beda in Leuit.5. S.Greg. homil. 11.in Ezechiel.*

Inde ſuboriuntur carmina illa,

Pauca loqui prudens, audireque plurima debet,
Os vnum, binaſque aures idcircò tenemus.

Confert enim magis pauca idonea effundere, quàm pluribus inutilibus verbis prægrauari perſonas, *l.tanta,* §. *contrarium,C.de vet.iur.enucl.*

10 Noua haud omiſi,quia nouiora tracta; ſparſa,& interuallata,quæ cum ingenti labore fortè apud cæteros nec reperiebantur, in vnum quaſi corpus redacta, vt cirrà fatigationem, moroſamq; inueſtigationem ſe ſtudioſis offerant congerere indagaui,& ab alienis viridarijs fructus, pomaq; non matura carpſi, cultaq; manu maturaui, ita vt iuxta cæteras tibi oblatas dapes eſſe placituras non verear, cum ſit iuxta illud *Auſon.in profeſſ.carm.11.*

Menſa nitens, quam non cenſoria regula culpet.

Et ſi labor hic meus cuipiam arriſerit, cur mihimetipſi gratuler, erit quidem meritò,

Quid cætera carpas
Turba nihil curans, cunctis & quis placet vnquam
Certiſſimum eſt, namque, humaniſſime Lector,
11 *Non omnia omnibus, non omnes*
Non omnia, nec omnes mihi
Placent, & quinam ego omnibus?
Paucis bonis, vni adeo
Curo placere, & qui ſtudens miſeris
Oppreſſis, diuitibus, & ducibus.

Minimè autem anceps reddor,magnum me iter aſcendere, ſed tribuit tamen mihi gloria vires, Nec iuuat ex facili lecta corona iugo.

Hæc igitur ex propoſito in procemio ediſſerere cenſui, vt cauſam iterum in eodem themate accipiendi calamum quiſque agnoſcat.

12 In procemio ſiquidem proferentis declaratur animus, *Angel.conſ 67 n.2.*
Barbat.conſ.1.lib.3.Anchar.conſ.398.n.5. ſic & diſponentis, *Crau.conſ.888.*
num.2.Card.Tuſc.pract.concluſ.litt.P.concluſ.891.& concl.298. vbi pariter,
13 quòd procemium denotat cauſam finalem, loquentiſque mentem oſtendit,
l.fin.ff.de hæredib.inſtit. l. 1.ff.ad Maced.l.cum hi, & ibi Bar. *ff. de tranſact.*
Alex.conſ.55.lib.5. vbi loquitur in ſententia, & *conſ.75.n.3.lib.6.* vbi de diuiſione, & *conſ.204 n.9 eod.lib.* vbi ampliat in codicillis, & vltimis voluntatibus, *Curt.iun.conſ.185.n.3.* vbi extendit in reſcriptis, & *conſ.238.n.33.et ſequent.* vbi ſcribit de decreto, *Crauetta conſ.301.n.2.* vbi de donatione, & *conſ 351.n.2.*vbi ampliat in tranſactione, *Rom.conſ.180.n.6.* vbi loquitur in priuilegio, *Grat.conſ.78.n.13.lib.1.*vbi de locatione,& *conſ.117.n.7.eod.lib.* vbi de libro rationum, & *conſ.137.n.14.lib.1.* vbi ſic concludit in gratia, vt in permutatione, & legato affirmat *conſ.60. lib.2. Ancharan conſil.141.* vbi de concordia, & *conſ.180.* vbi de executione laudi,& cura decreta, *Berous conſ.141.n.8.lib.3.Gozad.conſ.1.n.14.* vbi generaliter in omni diſpoſitione *Menoch.in tract.de præſumpt.lib.6.præſumpt.2.* vbi ediſſerit in ſtatutis,bul-

lis,reſcriptis,ſententia Iudicis,inueſtitura, laudo contractibus, & teſtatorum
diſpoſitionibus, *Gomez in reg.de veriſimili notitia,n.2.in proem.* vbi ampliat
14 in regulis Cancellariæ, *Mandoſ.in reg.15.Cancellariæ,quæſt.2.num.2.* vbi
extendit in ſupplicationibus.

IO.

Digitized by Google

IO. MARIAE NOVARII
I. C. LVCANI
PRACTICABILIA PRAELVDIA
GENERALIA
AD VASSALLORVM GRAVAMINVM
MATERIAM SVBSTANTIALIA
Feliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 ***ORdo conſuetus, non eſt peruertendus.***
Deſiſtere ab incepto ſtilo, non eſt laudabile, ibidem.
2 ***Vix bono peraguntur exitu, quæ cum bono incboato principio non conformantur.***
Vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt incboata principio, ibid.
3 ***Principium cuiuſque rei, eſt ſectandum, & inſpiciendum.***
4 ***Via quam quis elegit, ſequi tenetur.***
5 ***Author reponit Præludia generalia hic, prout & in alijs eiuſdem materiæ Tomis repoſuit.***
6 ***Præmittenda ſunt aliqua, quæ ad ſubiectæ materiæ ornatum, & declarationem conducunt.***

1 COnſuetum peruertere ordinem, nihil quidem boni ſapit, & ab incepto deſiſtere ſtylo, certè non eſt laudabile, ſiquidem
2 haud bono peraguntur exitu, quæ cum inchoato bono, initio non conformantur; vt è contra, vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, *ad tex. in cap. principatus 1. quaſt. 1.*
2 Et quia principium cuiuſq; rei eſt ſectandum, ſicuti ſpectādum eſſe ſuadet, *tex. in l. Pomponius, ff. de negot. geſt. l. ſi procuratorem, ff. mandat. l. nam origo,*
4 *ff. quod vi, aut clam,* & viam, quam quisque ſibi elegit, ſequi debet, *l. ſi mulier. § fin. ff. quod met. cauſ. cap. cum omnes, circa fin. de Conſtitut. cap. qui ſemel de regul. iur. in 6.*

5 Ideò noſcens tàm *in Primo*, quàm *in Secundo Tomo de hac Vaſſallorum Grauaminum* practicabili materia editis, Præludia generalia propoſuiſſe. intendenſque in hoc Tertio illam claudere, nè huiuſmodi in illo deſiderarētur ipſa, & hic quoque reponere minimè piguit, congruumq; eſſe, & vtil itarē ſapere arbitratus fui.

6 Præmittenda enim ſemper ſunt aliqua, quæ ad ſubiectę materiæ ornatum, vel declarationem conducunt, vt nos monet *I.C. in l. proponebatur, verſ. quibus ita præmiſſis, ff. de* Caſtrenſ. *pecul.*

SVMMARIVM.

1 *Tempora hodierna ſunt pexima.*
2 *Grauamina in Vaſſallos ſemper fuere.*
3 *Quod hodie eſt, idem, & olim fuit.*
4 (Hoggidì, ouero, il mondo non più peggiore) *à quo conſcriptus fuerit.*
5 *Poſteri ab antiquis ediſcunt.*
Exempla mala, in ſucceſſores deſcendunt, ibidem.
6 *Quiſq; obliuiſcitur de bonis exemplis.*
Natura eſt prona ad malum, ibid.
7 *Exemplis malis inebriamur, bonis autem egemus.*
8 *Grauamina illata Vaſſallis, ſemper fuerunt exoſa.*
9 *Verba Conſtitutionis Regni, incip. (præſenti) adducuntur.*
10 *Baro maletractans vaſſallos grauius punitur, quam vaſſallus iniuſtè conquerens.*
11 *Dominus, & Vaſſallus ad paria debent iudicari.*
12 *Actus facti à Barone qualiter differant à geſtis per Vaſſallos.*
Baro grauans vim infert, ibid.

ARGVMENTVM.

Grauamina Vaſſallis eſſe antiquis temporibus illata, prout hodiè inferuntur, & illa ſemper fuiſſe exoſa, itavt Barones maletractantes vaſſallos, acrius puniri, quam ipſos iniuſtè conquerentes, ab Authore demonſtratur.

PRAELVDIVM I.

1 PExima quidem hodierna eſſe tēpora minimè negamus, ſed talia per prius fuiſſe, affirmare nō erubeſcimus.

Itaut ad noſtri inſtituti coronidem, bona (vt aiunt) frōte, antiquis,
2 & præteritis ſeculis per vtiles Terrarum Dominos grauamina eſſe Vaſſallis illata, ad inſtar hodie inferuntur clauſis oculis aſſeuerare valemus.

Siquidem ſecluſis exemplis, quæ in immemorabilibus tēporibus varijs in proceſſibus tunc agitatis hac in materia cernūtur, & proprijs oculis vidimus, adhuc noſtram fulcit concluſionem, illamq; roborat, ho-
3 diè, idem fore, vt olim fuere, neque præſentia præteritis eſſe nequiora, itaut magno errore duci exactè tēpora nimium laudantem, hodierna verò damnantem.

4 Vndè non ſine maxima ratione, & ingenij acumine hoc proſpiciens R. P. *Secundus Lancellottus à Peruſia Abbas Oliuetanus*, ſuos effuſit labores in componendo librum in-
4 ſcriptum titulo, *Hoggidì, ouero il mon-*

mondo non peggiore, nè più calami-
toſo del paſſato, quem duabus par-
tibus iam ad publici commodi vsũ
exarauit, cumq, apud ipſum cuncta
ſint ſpecialiter explicata, eiuſdẽ re-
miſſione contentus amplius non in-
ſiſto, curioſus ad eum accedat, nec
pigebit, nam elegantes quidem res
guſtabit, taliter, vt minimè ſtomaca-
bitur.

Vtinam mala relata per illum nõ
fuiſſent, vtinam non eſſent, ſic opti-
mus, & maximè pius omnipotens
Deus talia dimittat crimina, prout
fuere, & hodiè quoq; vigent, & q̃d
5 peius vigebunt, nam poſteri ab An-
tiquis ediſcunt, & mala exempla in
ſucceſſores deſcẽdunt, ſic bona de-
ſcenderent, quia de illis quiſq; obli-
6 uiſcitur, maximè, q̃a natura eſt pro-
na ad malum, exemplis quidem ma-
7 lis inebriamur, bona autem ſitimus,
illis abundamus, iſta deſideramus,
heù nos, hei humanæ naturæ.

8 Cæterum, grauamina, ſiuè anti-
qua, ſiuè moderna per Barones vaſ-
ſallis illata, ſemper fuiſſe exoſa, & il-
la eſſe prohibita, patet *in Conſt. Re-
gni, Præſenti*, cuius hæc ſunt verba.

9 *Præſenti Cõſtitutione decernimus,
vt nullus Dominorum vaſſallos ſuos
contra iuſtitiam opprimat, vel ab eis
contra Conſtitutionem noſtram illi-
citum auferat, quod, qui fecerit expẽ-
ſas vaſſallo ſuo victori reſarceat, &
ablati duplum Curiæ noſtræ cõponat,
vaſſallus autem, qui Dominum ſuum
occaſione prædicta contra iuſtitiam
calumnioſè tentauerit in expẽſis vit-
tori Domino condemnetur, ſic enim
vtrique conſulimus dum nequitiam
Domini, & vaſſalli calumniam con-
demnamus.*

Ex qua quidem conſtitutione
moderniſſimè *Regens Tapia in ſua
compilat. iur.* Regn. *lib. 6. de Grauam.
vaſſallor. tit.* 28. facta perprius de
nobis commemoratione in iam
editis tractatibus elicit concluſio-
nem Baronem maletractantem ſuos
vaſſallos, grauius puniri, quàm vaſ-
10 ſallum iniuſtè conquerentem, red-
dens diuerſitatis rationem, quia li-
11 cet dominus, & vaſſallus ad paria
debeant iudicari, actus tamen Baro-
12 nis differt ab actu vaſſalli; ille enim,
ſi grauat, vim infert, iſte verò non
niſi iniuſtam querelam proponit.

SVMMARIVM.

1 *Subditi, ac vaſſalli amore ſunt gu-
bernandi, pro vt ſic ſeruatum, &
ſeruari per Sereniſſimos Hiſpa-
niarum Reges enunciatur, n.* 11.

2 *Amari cupiat, qui dominari intẽdit.*

3 *Beneuolentia ſubditorum Principis
eſt theſaurus.*

4 *Amor eſt præcipuus ad rectè guber-
nandum, nec timor, & n.* 8.

5 *Qui ab omnibus timetur, omnes ti-
mere cogitur.*

6 *Magiſtratus non tã debent eſſe pru-
dentes, quàm benigni.*

7 *Aptior ad regendum exiſtimatur is,
in quo benignitas, & manſuetudo
cum zelo iuſtitiæ inſunt.*

9 *Princeps, qui ſe patrem oſtendit, ſub-
ditos filios ſentiet.*

10 *Princeps parens publicus nuncupa-
tur.*

12 *Excellentiſſ. D. Gaſpar de Guzman
Oliuarenſium Dux extollitur lau-
dibus.*

13 *Integritas Superiorum ſalus eſt
ſubditorum, & mala exempla il-
lorum, ſubditis ſunt venena,
num.* 14.

AR-

ARGVMENTVM.

Vaſſalli qualiter potius amore, quàm timore tractari, & regi debeant, vt eorum excludatur grauamen.

PRAELVDIVM II.

1 CErtior gubernandi, & regendi norma dari fortaſſe nequit, niſi vt ſubditi, & vaſſalli amore potius,quàm timore tractētur, *Scriban. Politic.lib.2. cap.12. Nauarrett. diſcurſ.* 22. Ita quod ſi in practica id ponatur,& fiat certè grauaminis,fumus vaſſallorum oculos minimè obcecabit.

2 Amare inquam cupiat, qui dominari tutò intēdit, & verū vetus illud eſt, Amor populi munimentum inexpugnabile, iuxtà illius vatis carmen:

Non ſic excubiæ, nec circumſtantia tela,
Quàm tutatur amor.

3 Beneuolentia ſiquidem ſubditorum Principis eſt theſaurus,& cuſtodia, vt docet *Plutarc. in Arat.ſuper n.35.et 36.*quem refert *Henriq. in tract.de Molend.q.11.n.105.*

4 Et præcipuum ad regimen rectū conſtituendum amorem, quàm timorem probat *Simmach. de Republ. lib.3.cap.13.*

5 Hinc amabilem eſſe debere potius, quàm terribilem; nam qui ab omnibus timetur,omnes timere adſtringi enunciat *Democrit.* apud *Melliſ.*

6 *Et Stob. in ſermone de Republ.* exclamat,Magiſtratus non oportere tantum eſſe prudentes, ſed pariter benignos, ſubditos autem nedum morigeratos, ſed Magiſtratuum quoque amantes.

7 Nec populo regendo aptior quiſpiam,quàm is, in quo benignitas,& manſuetudo cum zelo iuſtitiæ inſunt, *Ferd.in Num. cap.* 12. refert hæc, & alia moderniſſimè *Cabreros de Auendan. in Metbod. de lineat.de metu,lib.1.cap.6.* vbi quā fusè enu-
8 cleat, ſi metus ſit potior amore ad regimē, & negatiuam fouet opinionem dicens *num.* 18. neque certiorem aliam gubernandi rationem, quam dum patris perſonam Princeps,filiorū inducit ſubditus, & qđ mutuò huiuſmodi ſe prouocant. Pa-
9 trem Princeps ſe oſtendit, ſubditos ſentiet filios, nec validiùs quidquā amore ad amorem ſuorum parandum.

10 Herclè ita erit obſeruandum, nā cùm Princeps parens publicus nuncupetur, *Caſtrenſ. in l.3. ff. de offic. Praefect. vigil.* & recenter *Amata obſeruat.iur.lib.1.cap.1.num.5.* ad inſtar parentes filios diligunt, ſic Princeps amore vaſſallos proſequi obligatur. Prout ſic ſeruaſſe Sere-
11 niſſimos noſtros Reges Hiſpaniæ, quos potius amore, quam timore regnaſſe, teſtatur *Claudian.* his verſibus:

Diues opum letare tuis ſpecioſa metallis
Principibus fecunda pijs Hiſpania.

Idque hiſce temporibus in Monarchia Inuictiſſimi Philippi IV.noſtri Regis videmus inconcuſsè practicari; eius enim regnare eximio quidem,& ineffabili amore exuberat,maximè ſub feliciſſimo modera-
12 mine lucidiſſimi Hiſpani ſideris Illuſtriſſimi,& Excellentiſſimi Domini D.Gaſparis de Guzman Comitis de Oliuares, & Ducis de San Lucar, cuius ſummas laudes, meritaq; totus Orbs agnouit, prædicat,& expandit, vt Annalium volumina teſtabuntur,ſingulorumq;fatentur ora.

Quod ſi à tanto Monarcha ſeruari videmus, cur ab eius Feudatarijs,

rijs, non erit ad vnguem obſeruandum; integritas enim tanti Principis debet eſſe ſpeculum, & ſalus aliorũ
13 inferiorum, iuxta illud, quod integritas Pręſidentium, ſalus eſt ſubditorum, *cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop. S.C. Trid. ſeſſ. 6. de reformat. cap.* 1.

Cùm vita Principis dicatur cenſura, eaq; perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tàm imperio nobis opus eſt, quàm exẽplo, *Plin. in panegir. Troiani.*

Indè vti in corporibus, ſic in membro, grauiſſimus morbus, qui à capite diffunditur, paratumq; exitiũ illi dicebat *Plato lib.* 4. *de legib.* in qua non lex magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt.

Et huc ſpectant, quæ notauit carmina Eminentiſſimus Cardinalis *Zabarel in clem. nè in agro, de ſtatu Monach.* ſub horum verborum formula:

Ordo cucullatus poterit, tunc eſſe Beatus
Sitibat flumen, ſi diſcat amare legumen,
Sed ſæpè ſpernit fabas, pro piſcibus Abbas,
Conſimiles mores cupiant retinere minores.

Et conducit verſus ille
Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

14 Hinc mala exempla Superiorũ, venena ſunt pręparata ſubditis, peccarunt Reges, peccarũt ſubditi, quia Rex caput, ſubditi membra ſunt, & proindè capitis dolor ad membra deſcendit, *vt Cicer. lib.* 3. *de legib.* autumat, cum à ſuperiore, vti à capite ſenſor, & motus ſubditis veluti cæteris membris per neruos operationis imparriuntur.

Confert *Deutheronom.* 1. vbi ſic vitam ſuperior dirigere debet, vt norma ſit, & virtutũ exemplum ſubditis.

SVMMARIVM.

1 *Barones debent potius eſſe paſtores, quam percuſſores.*
2 *Barones quomodo debent eſſe erga vaſſallos.*
3 *Beneuolentia, magis quam ſeueritas debet eſſe erga vaſſallos.*
4 *Chriſtus, ſi Petrum Apoſtolum poſt trinam monitionem iudicaſſet, Eccleſia non receepiſſet tantum fructum.*
5 *Audacia impunitatis facit, quam nequiorem.*
6 *Venia facit quem delinquere.*
7 *Corrigens ſe, non dicitur committere.*
8 *Barones, & alij ſuperiores debẽt incumbere, nè vaſſalli exulcerentur, nec animi benignitate ſoluantur.*
9 *Virtus eſt non exiberi ſe minus auſterum, nec nimis mitem.*
10 *Laicis quod conuenit, eſt conueniens Eccleſiaſticis.*
11 *Rigor debet abeſſe ab Eccleſiaſticis.*
12 *Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Aloyſius Riccius Epiſcopus Vici Equenſis laudatur.*

ARGVMENTVM.

Barones, qnaliter erga Vaſſallos potius paſtores, quam percuſſores eſſe debeant.

PRAELVDIVM III.

1 ANtecitato Pręludio ſocius eſt, & ſequens, vt Barones, alijq; ſuperiores, potius eſſe debeant paſtores, quam percuſſores, *ad tex. in cap.* 1. 86. *diſtinct. cap. fin.* 94. *diſtinc. cap. eſto ſubiectus,* 95. *diſtinct.* confert *Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *de reformat.*

2 Et tales erga Vaſſallos ſuos debent exiſtere, quales ipſis, ſi ſubiecti fuiſ-

fuiſſent, ſuos voluiſſent eſſe ſuperiores, *cap. quorundam*, 74. *diſtinct.*

3 Plus etenim erga vaſſallos, debet eſſe beneuolentia, quam ſeueritas, plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam poteſtas.

4 Confert cōſiderare, quia ſi Chriſtus Saluator noſter ſtatim poſt trinam monitionem Petrum Apoſtolū iudicaſſet, non tantum ex eo fructū, ſicuti fecit Eccleſia, recepiſſet, *cap. licet il* 1, *& il* 2. 45. *diſtinc.*

Hinc appoſitiſſimè *Sapiens* in hæc prorupit verba *Eccleſ.* 7. *Noli eſſe nimis iuſtus.*

5 Cæterum, quia agnoſco, quod cū per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant nequiores, *cap. vt famæ, de ſentent. excom. l. capitalium, §. famoſos, ff. de pænit.* & veniæ faci-
6 litas tribuit incentiuum delinquendi, *cap. eſt iniuſta, cum ſeq.* 23. *q.* 4.
7 & crimina q̄ pōt emēdare, nec corrigens, ipſe commictere dicatur, *cap. quanta, de ſentent. excomm. cap. ſicut dignum, de homicid. cap. negligere*, 2. *q.* 7. *cap.* 1. 86. *diſtinct. cap. præterea* 22. *quæſt.* 8.

8 Ideò Barones, ac ſuperiores alij omnes debent incumbere, vt immiſceatur lenitas cum ſeueritate, faciēdo quoddam ex vtraq; temperamētum, vt neque nimia aſperitate exulcerentur vaſſalli, neque animi benignitate ſoluantur.

Debet ſiquidem eſſe amor, ſed nō emolliens, rigor, ſed non exaſperans; zelus, ſed non immoderatè ſeuiens; pietas, ſed non plus quam expediat parcens, vt conſtat apud *D. Gregor. moral. lib.* 20. *par.* 4. & elicitur *ex cap. libenter, de poenit. diſt.* 1. *cap. duæ ſunt, cap. diſciplina, & cap. omnis, cap. namque, cap. vera, & cap. recedite*, 45. *diſtinct.* & ex *Conc. Trident. ſeſſ.* 13. *de reform. cap.* 1.

9 Taliter, vt virtus ſit, non exhiberi nimis auſterum, aut nimis mitem, nè contemptus indè exoriatur, *l. obſeruandum ff. de offic. præſid. l. nè quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconſul.*

10 Quod ſi in ſuperioribus laicis id eſt neceſſarium, & optimum, eò maximè erit conueniens, & Eccleſiaſticis, qui debent eſſe mites, ac patien-
11 tes, cum ab ijs rigor abeſſe debeat, *cap. 1. de dol. & contum.*

Vnde piè quidem, ſic vidi practicari ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Aloyſio Riccio Præ-
12 ſulū corona, & decore in ſua Diœceſi Vici Equenſi, in qua vti Paſtor, & beneuolus Pater omnia ad commodum ſuarum ouium ſatis benè peragit, ſed non mitum, quia nobilitate, literiſq; vniuerſaliter in ſingulis materijs, & ſcientijs ſuperabundat, itaut in Orbe ſimilis non fuerit, neque orietur, Deus Optimus Maximus ad publicæ vtilitatis commodum illi neſtoreos concedat annos, & habitum ad meliora mutare permittat.

Iuxta ſupradicta igitur ſe dirigāt vtiles Domini, & ſuperiores, quod ſi efficere non curauerint vltra pœnas mundanas, in alio ſeculo ſuas non effugient, ſiuè ſit paruus, ſiuè magnus, ſiuè diues, ſiuè pauper, iuxtà illud

Nihil proderit dignitas Papalis, ſiuè ſit Rex, ſiuè Cardinalis,
Nec proderit quicquam allegare, nam reus condemnabitur, nec dicetur quare.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen datur iuris, & facti.*
2 *Grauamen iuris, quod ſit, & quod facti, num.* 8.
3 *Grauamen iuris quomodo cognoſcatur, & quomodo facti, & an in hoc ſit dandus terminus, num.* 9.
4 *Grauamen per eadem acta determi-*

minatur reproductis actis coram Superiore, ſed eadem non alia, quamuis ſimilia, vel ſatis conſerant, num. 5. *& 6. & qualia debeant eſſe,n.7.*

10 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur, ſed probanda ſunt.*

11 *Facta de ſui natura ſunt incerta.*

12 *Probare oportet, nec ſufficit dicere.*

13 *Probatio oportet de neceſſitate concludere*

14 *Eſſe non probat,quod ab hoc contingit abeſſe.*

15 *Probatio incerta non releuat probantem.*

16 *Grauaminibus legitimè probatis, Superior reparare grauamina poteſt.*

ARGVMENTVM.

Grauamen in vaſſallos, qualiter circa ius,& factum verſetur, & agnoſcatur, vt per Superiores reparari valeat.

PRAELVDIVM IV.

SVaptè quidem in huius ſcenæ apparatu opportunum fore exiſtimaui,vt appareret diſceptatio illa, qualiter nempè grauamen in Vaſſallos circa ius, & factum verſetur,

1 & agnoſcatur cum iuris, & facti grauamen dari nullus eſt,qui neſciat.

2 Grauamen igitur iuris, (vt ad explicationem deueniamus) circa idē ius verſatur, quando nempè contra diſpoſita per idem aliquid in vaſſallos geritur,ex dictis per *Top.de poteſtate Princ.*§.7.

3 Quod quidem grauamen per eiuſdē iuris terminos cognoſcitur *Giurba conſ.crim.63. num.*17. vbi quod ſi iuris ſit grauamen per eadem acta

4 determinandum venit,ex *Corn.conſil.*10.*n.*2.*lib.*4. *& Cornaz dec.Rotæ Luccenſ.*80.*n.*7. reproductis actis coram Superiore, ne nulla alia reddatur prouiſio, & ſententia, *Gabriel concluſ.*5 *ſub tit.de appellat. Azeued. in l.*7.*num.*76.*tit.*18.*lib.*4. *recopilat. Scacc. in tract.de appellat.q.*20.*n.*7. 8.11. *&* 12. *Auil.in cap.Prætor.*21. *gloſſ.ſe præſente.nu.*1. *Ludouiſ.deciſ. Rot.Rom.*485.*n.*11.*Cæſar de Graſſ. deciſ.eiuſd.Rot.*9.*n.*5. *de cauſ.poſſeſſ. & propriet Gratian.forenſ.diſceptat. tom.*1.*cap.*121.*n.*24.*&* 25.*Reg.Valenzuela conſ.*84.*nu.*69. *vol.*1. quæ

5 eiuſdem, non alterius cauſæ ſint, *cap.forus,de verb.ſignific.Ruginel.de appellat.*§.10.*gloſſ.*10.*n.*11. *Seraph: dec.Rot.Rom.*377. *Ludouiſ.dec. Rot.* 300. amplians *deciſ.*55.quamuis ad

6 eam ſatis conferre videantur, addo *Campanil.in diuerſ.iur Canon. rub.* 11.*cap.*13 *ſub n.*314 *Gratian.foren. diſceptat.tom.*5.*cap.*968.*n.*7.*Illuſtr. Coccin.deciſ.Rot.Rom.*1.ſed quę ne-

7 ceſſaria ſunt ad iuſtitiam,vel iniuſtitiam detegendam, *Ludouiſ. dec.Rot.* 320. *&* 508. Ita vt ſi non eſſet releuantia, non eſſent talia acta præſentanda, *Rota apud Farinac. dec.*564. *part.*2.*tom.*2 *Gratian forenſ.diſcept. tom.*5.*d.cap.*968. *n.*10. licet criminalia ſiut, *Ludouiſ cit.dec.*320.*nu.*3. idq; cum actuarij fide,quod ſint cōpleta,nec aliquid deficit,*Gram.conſil.* 54.*nu.*11.*Intrigl.conſ.*18.*nu.*16. *Ludouiſ.dec.*59.*nu.*6. *&* 9.*Farinac. dec Rot.*144 *nu.*5. *poſt vol.*2.*conſ* & ad materiam latè recenter *Vrſell.in examin. concluſ.legal.* qui plura cumulat *concluſ.*31. *in verb.actorum transportatio*, & nos ſatis appoſite *in praxi noui iur. Pontificij, concl.*1. *ſub rubr. de actis primæ inſtantiæ à iudice à quo,ad iudicem ad quem per appellantem tranſportandis*, vbi ad ſaturitatem erit videndum.

8 Grauamē autem facti in his, quæ de facto fiunt, verſatur, velatiùs eſt vi-

videre *tom.1. pralud. 2.*

9 Quod quidem Grauamen per probationes eſt verificandũ,& proindè in illo terminus eſt impartiendus,& terminũ petere poſſunt vaſſalli grauati ad probandum, quæ in facto ſunt, vt detegatur Grauamen, illudq; noſcatur, *Giurba indicat.conſil.62.num.19 per text. in l.à procedente,C.de appellation. Bartol. in l.ſi ſocietatem,§ arbitrorum,num.26.& 27.& ibi Florian. ff.pro ſocio, Crau. conſ.182.Duen.reg 47.limit.1. Cornazzan.deciſ.Lucenſ.106.num.Carpan.ad Statut. Mediolan p.1.ſtat.41. num.103.Vrſill ad Afflict.deciſ.42. nu.6.Maſtrill dec.179.n.34.*

10 Recipit fomentum hæc aſſertio, nam facti,quæ ſunt veniunt probanda, cum illa minimè præſumantur, *l.in bello,§ facta,ff.de captiu.& poſtlim. reuerſ.l.1. C.de probat. l.aſſecuratio, C.de non numerat. pecun. cap. cum Ioãnes §.verùm, de fide inſtrument.cap.licet de conſtitut.in 6.* fusè *Menoch.in tract. de præſumpt. lib.6. præſumpt. 14.* copiosè *Maſcard. in tract. de probat concluſ.732.* luculẽter *Card.Tuſc.concluſ.10.lit F.*

11 Cuius axiomatis reddit rationẽ *Paris de reſignat. beneficior. lib. 10. quæſt.8. num. 44.* quia facta ſui natura ſunt incerta, *per l. in omnibus, ff.de iur.& fact ignor.*

12 Vndè vt certificentur, patet ad ſenſum eſſe neceſſariam probationem, cũ probare oporteat, nec ſufficiat dicere, *gl.in l.1.ff.ſi quadrup. pauper.feciſ.dicatur, cap. dilectus de except.*

13 Quæ probatio debet de neceſſitate concludere, quia non probat
14 hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe, *l.non hoc, C.vnde legitimi, vbi Iaſ.* regulam ponit cum ampliationibus,& limitationibus, *l. neque tales,C.de probation. cap.recepimus, de priuil.* latè *Card.Tuſc. concluſ.765.*
15 *lit P.* Nec probatio incerta releuat probantem, vt ex dictis iuribus, *cap. in præſentia, de probat. Maſcard. de probat.concluſ.1363. Farinac. de teſtibus,q.68. Gratian. forenſ. diſcept. 144.num.21.cum ſeq. Illuſtriſs.Epiſcop. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 586.nu.6.par.1.*

16 Et hac probatione facta per legitimos ſuperiores, ad quos ſpectat, poterit tunc iuxta veros iuris tramites probata grauamina reparari.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitati an liceat coram ſuperiore comparere pro grauamine illato alicui ex ciuibus abſq; mandato,& num.9 declara tamen, vt num.10.& num.11. vbi ita iudicatum.*

2 *Ciues ſunt membra Vniuerſitatis.*

3 *Ciues efficiunt Vniuerſitatem.*

4 *Vniuerſitas nihil aliud eſt, quam homines Vniuerſitatis.*

5 *Membrum,qui tangit, totum corporis tangit.*

6 *Vniuerſitas habetur loco domini,& ideò poteſt agere.*

7 *Domini cauſarum ciuiliũ, qui propriè nuncupantur Terræ Domini, proponunt capita contra habentes iuriſdictionem criminalem ad releuandos ſubditos.*

8 *Qui pro alio comparere poſſint enumerantur.*

ARGVMENTVM.

Grauamina Vaſſallorum contra Barones,vel Officiales, quãdo iuridicè per Vniuerſitates abſque Mãdato poſſint proponi.

PRAE-

PRAELVDIVM V.

SVbintrat quidem ex neceſſitate
pro huius tractatus mantiſſa, & e-
nucleatione diſceptare, ſi liceat Vni
uerſitatibus pro grauaminibus illatis
particularibus ciuibus comparere
apud Superiores, & proponere que-
relas, & grauaminum capita, cæte-
taſq; ſimiles actiones intentare.
1 In cuius quidem atticuli reſolu-
tione ſi recurramus ad *Guid. Pap in*
dec.464. vtique pro parte affirmati-
tiua determinatum in parlamento
Grationopolitano reperimus, & al-
legatur ad id *Oldrad. de laude in*
ſuis quæſtionibus, q.6.
2 *Et* ſanè deciſionis ratio conſide-
ratur, nam ciues ſunt membra Vni-
3 uerſitatum, cum ciues ipſi efficiant
Vniuerſitatem, *Zabarell. in cap. re-*
quiſitis de teſtam. Azeued. in recopil.
Hiſp. lib.7. tit. de los ajuntamientos
de los Conſejo, & Vniuerſitas nihil
4 aliud eſt, quàm ipſi homines Vni-
uerſitatis, *gloſſ. in l. ſicut, §.1. ff. quod*
cuiuſq. Vniuerſ. nom. Boer. in tract.
de ſedit. cap. fin n.14 & 22. Ioſeus de
iur. Vniuerſ part.1 cap.1. & nos la
tiùs probauimus *in praxi elect. &*
variat fori, quæſt.25. ſect.2. in noua
5 *edit*. vnde qui tangit mẽbrum, totum
corpus tangit, *l. vulgaris, ff. de furt.*
6 Fulcitur pariter & illa, nam Vni-
uerſitas habetur loco domini, &
proinde poteſt agere, *l. de iure. ff. ad*
municip. l. generali, C. de decur. lib.10
7 Videmus inquam Baroni in ciuili-
bus, qui propriè nuncupatur terræ
dominus licere capita contra Baro-
nem criminalem præſtare pro ſub-
ditorum releuamine, *Anna ſing.61.*
& ita prouiſum per Sacrum Conſi-
lium inter Vniuerſitatem populi, &
Abbatem Gabrielem Sances, *Ma*
ſul. ad Capyc. dec.9. n.9. Thor. in cõ-
pend. dec. Regni, in verb. Baro, *tom.2.*
Angel. moderniſſimè *in ſuo prat. in*
l. iubemus, §. illud etiam, n.3. C. de
defenſor. ciuit.
8 *Et* eſſe conceſſum patri pro filio,
viro pro coniuge, ſocero pro nuru,
domino pro ſeruo, *E*piſcopo pro *Ec-*
cleſia, Monaſterio pro monacho, &
Collegio pro collegiatis compare-
re ſatis pleno calamo ediſſerit *Fa-*
rinac. (vt vnum pro omnibus allegẽ)
in ſua pract. crimin. tit. de var. & di-
uerſ crim. q.105. inſpect.6.
9 Igitur in ſimili dum Vniuerſitas
ſit ſuorum ciuium mater, valebit
pariter abſque mandato comparere
defenſionem ſuſcipiendo pro ciui-
bus indebitè moleſtatis, & contra
Barones pro releuandis ciuibus op-
preſſis grauaminum capita pręſtare.
10 Cæterum nuper citata opinio
quamuis ſit vera, illam tamen talem
ſimpliciter minimè agnoſco, ſiqui-
dem ſuum vendicat locum, quoties
Vniuerſitas defendere vellet ciues
à grauaminibus, & moleſtijs, quæ in
conſequentiam aliquod reſpician-
ius eiuſdem Vniuerſitatis, vt nouiſ-
ſimè probat *Capiblanc. pract. quæſt.*
ſuper Pragmat. 3. de Baron. cap.14.
n.3. tom.2. vbi teſtatur ſic diſtingue-
re *Crauett. conſ.55.* & punctualiter
Addit ad Specul. tit. de decim. §.1. vbi,
quod Vniuerſitati licet aſſumere in
ſe litem contra vnum, pluresuè ci-
ues natam ſi ex ea ſententia oriri
poſſit aliquod præiudicium ſaltim
ſecundariò aduerſus publicum, ſic-
que dicit innuere *Theſſaur. dec.16.*
ſub num.7.
11 Indè in praxi in proceſſibus gra-
uaminum contra Barones propoſi-
torum per Vniuerſitates, quando
grauamina reſpiciebant intereſſe
particularium, reperio prouiſum,
quod comparẽtibus particularibus
intereſſe habentibus prouidebitur,
vt patet præciſè in proceſſu Prigna-
ni, & Mileti de Cilento in Banca
Galterij, nũc delicto Act. S.C. in

proceſſu Vniuerſitatis terræ Caſularum in Banca de Felice, in proceſſu terræ Montisfortis, in Banca Sarni, in proceſſu Vici de Montanea in Banca Figliolæ, & in alijs pluribus cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Actiones populares reſpicientes ciuium damnum, vel vtilitatem, ſingulis competunt.*

2 *Ciuis vnus poteſt proponere grauamina contra Barones, vel Prælatos, aut alios Superiores, et aſſumētes hanc protectionem, poſſunt cogere Vniuerſitatem ad expenſas litis, dummodo ſit iuſta, & expenſas factas repetere, n. 3.*

4 *Demanium pro Vniuerſitate etiam illa contradicente, quilibet ciuis petere poteſt.*

ARGVMENTVM.

Grauamina Vniuerſitatum an poſint proponi per ciuem vnum contra Barones, vel Prælatos, aut alios Superiores.

PRAELVDIVM VI.

SAtis communi calculo eſt recepta concluſio in iure noſtro, actiones 1 populares reſpicientes ciuium dānum, vel vtilitatem ſingulis competere; nam in ijs, quæ pertinēt ad ſingulos vti ſingulos cuilibet competit actio, *l. per fundum, ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. Capyc. dec.* 28.

2 Hinc ad noſtrum propoſitum deſcendit, grauamina Vniuerſitatis per vnum ciuem contta Baronem, Prælatum, aut alios Superiores proponi poſſe, ita quod vnus ciuis valeat aſſumere defenſionem ſuæ patriæ, actiones proponere, & capitadare pro ſubleuandis conciuibus ab oneribus, & publicis grauaminibus, vt ex *l.* 3. *C. de his, qui ſpontè muner. ſuſcip. lib.* 10. probat *Capiblanc. ſing.* 20 dicēs *tom.* 2. *pract. qq. ſuper prag.* 3. *de Baron. cap.* 14. *n.* 12. licere cōtra Barones aliquibus ciuibus dare capita ciuilia, & criminalia agendo, vel defendendo totam Vniuerſita-3 tem, & quod hanc protectionem aſſumentes cogere valeant Vniuerſitatem ad expenſas ſubminiſtrandas pro lite, dummodo ſit iuſta, & factas expenſas poſſe repetere, *Oldrad. cōſil.* 38. *Palat. in repet. cap. per veſtras,* §. 39. *n.* 6. *de donat. inter vir et vxor. Auendan de exequend. mandat. Reg. cap.* 4. *n.* 31. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *n.* 90.

4 Pungit ad corroborationem firmatæ opinionis, nam in petitione libertatis demanij videmus particulares ciues poſſe acclamare, & litem proſequi, ac obtinere, vt fuit deciſum per Regiam Cameram Summariæ in cauſa Vniuerſitatis terræ del Ziro, nam ad ſolam petitionem Io. Baptiſtæ Spoletini ipſa Vniuerſitate contradicente fuit demanium conceſſum, & ſic etiam vidimus practicatum in cauſa demanij petiti per particulares terræ Murani contra Illuſtr. Principem Schaleæ, de quo latiùs ediſſerimus *forenſ. quæſt.* 120. *part.* 1. ibi, *lectorem relegamus,* & hāc opinionem meam nouiſſimè ſupradictum locum allegando reportat *Thor. in compend. dec. Regni, in verb. demanium, tom.* 2. & ante me eandē probarūt ſententiam *Ann. conſil.* 53. *lib.* 1. *Camil. de Curte in diuerſ. feud. in verſ. licet autem veriſſima, nn.* 70. *fol.* 10. *& Reg. Rouit. in Pragm.* 63. *n.* 20. *& ſeq. de offic. Procur. Cæſar.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Barones de exceſſibus Vaſſallorum non excuſantur ſub prætextu ignorantiæ.*
2 *Sanguis ſubditorum de manibus Prælatorum requiritur.*
3 *Superiores paterna vigilantia ſubditos corrigere debent.*
4 *Prælatus non excuſatur lupo comedente oues.*
5 *Malum non eſt in ciuitate, quod dominus non facit.*
6 *Libido delinquendi ex quo oriatur.*
7 *Princeps, ſiuè alius Superior debet eſſe vigilans.*
8 *Prælati negligentes aliquando fuerunt depoſiti.*
9 *Negligentia æquiparatur dolo.*
10 *Caſus fortuitus debet probare non fuiſſe dolum.*
11 *Argentarius allegans amiſſas rationes caſu, debet eas probare.*
12 *Carcererius debet probare non fuiſſe dolum.*
13 *Depoſitans in amiſſione depoſiti, debet probare ſe caruiſſe dolo.*
14 *Epiſcopi negligentes circa eorum officia corripiuntur.*
15 *Ius eſt ſcriptum vigilantibus, & non dormientibus.*

ARGVMENTVM.

Barones de exceſſibus Vaſſallorum deſides, & negligentes tenentur, nec vllo ignorantiæ velamento iuuantur.

PRAELVDIVM VII.

1 NE obliuiſcantur vtiles terrarũ domini, ſed memoriæ commendent in exceſſibus vaſſallorum minimè excuſari ignorantiæ ſub prætextu, cum illa vix quidem in hoc caſu diſtingui à ſcientia debeat, cum vigilantiæ concometiuam habere dicatur, iuxtà *text. in cap. irrefragabile, de offic. ordin. et cap. quamuis, de regul. iur.* vbi graue verbum pro negligentibus Prælatis habetur
2 ſubditorum nimirum ſanguinem de manibus Prælatorum requirendum, quod ipſum haberi videtur in caſum ad Monaſterium, §. *fin. de ſtat regul* poſiti .n. ſunt Superiores non vt ſomno dediti, aut deſidio ſubdi-
3 tos ſibi populos negligant, ſed vt vigilantia paterna præpoſiti corrigant eorum exceſſus, *c. qualiter, & quando de accuſ.* nec meretur paſtor ex-
4 cuſatio admitti ſi lupus comedat oues neſciente Prælato.
5 Inde in ſacra Biblia legitur (non eſt malum in Ciuitate, quod non faciat dominus) ideſt conuiuere nullatenus debent, qui populis regendis præpoſiti concreditum ſibi Reipublicæ clauum regunt, & moderantur, quibus quidem diſſimulãtibus, latens quidam crepit in regimine torpor, & in delictis couſenſus, *cap. ſi rector, 43. diſt.*
6 Inde prætcrea ſecura quædam, & ideò pernicioſa oritur delinquẽdi libido, vt manifeſtè apparet in *cap. error, 83. diſt.* cum excedendi tribuat incentiuum paſtoris ſocordia, ac etiam veniæ facilitas, *cap. iniuſta, 23. q. 4.*
7 Attamen ille Princeps, ſiuè Prælatus, aut Superior durum illud verbum timorato pectore formida ſtudeat adeò vigilantiæ, vt cum Apoſtolo dicere valeat (mundę ſunt manus meæ à ſanguine omnium veſtrum)
8 Vnde ex *Concil. Magontin.* depromptum habemus, Prælatos negligentes ſæpè depoſitos, *c. dictum*
9 *eſt, 81. diſt.* & negligẽtia dolo æquiparatur, vt probat *tex. in l. ſi quos iudices, C. de offic. Praſect. orient. cap. 1.*

86. diſt. cap. placuit, 11. quaſt. 3.

Et id quod verificatur in paſtore, quē de cuſtodia teneri probat *text. in l. qui mercedem, ff. locat. cap. tres perſonas,* 23. q. 4. ratione enim officij debet habere cuſtodiam, *cap. ea,*
10 *quæ, de offic. Arcbid.* vnde caſu omiſſionis fortuitæ, debet probare caſum, & dolum abfuiſſe, vt probat *Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 265. & 269.*

11 Quemadmodum etiam argentarius, qui allegat amiſſas rationes, cū caſu, ruina, vel incendio, quoniam probare tenetur, *l. quis ex argentarijs,* § *vlt. ff. de edend.* quod pertine-
12 re etiam poteſt ad cuſtodem carceris, *l. fin. ff. de cuſtod. & exhib. reor.*
13 & depoſitarium, *cap. bona fides, de depoſit.* imò & ad deponentem apud quempiam decoctorem, quia ſuſtineat omne periculum, *Gama deciſ. 189. Anna conſ. 68. n. 16. Caroc. de depoſit. part. 2. q. 81.*

Prælatos ſanè, & quoſcunq; Præfectos prudentia decet, quæ in literarum, diſciplinarumq; ſcientia conſiſtere dicitur, ſed minus aptus, & idoneus (ne dicam omninò indignus) ad Prælaturam, & Præfecturam obeundam is mihi videtur cum cæteris, ſi in ijs, quæ agere eum oporteat peruigil non eſt ſollicitus.

14 Quare Gregorius Pontifex corripiēdos eos Epiſcopos ſanxit, quos circa ſuum ipſorum officium negligentes extitiſſe compertum habebat, *cap. peruenit ad nos,* iuncto *cap. nunciatum eſt, 84. diſt.*

15 Hinc ius eſt ſcriptum vigilantibus, & non dormientibus, *l. pupillus, in fin. de ijs, quæ in fraud. cred.*

Ideò adhoc Cicero aſſeuerare conſueuerat Reipublicę adminiſtrationi ſemiſopito, & conpeſcenti iudicio opus eſſe, ſed vigilantiſſimo, & maximè perſpicaci, ſano, integro, ſolido, horologio, quod commodè cōparari queat, & præconi diei noctis profundæ peruigili, cuius concrepantibus vocibus nocendi viam quacunq; deferat errorum chorus omnis vnam iuſtitiæ viam ingreſſus ſtrenuè quidem ille iacentes excitat ales, & ſomnolentos grauiter increpat Regnum, ideò & quotquot regendæ Reipublicæ præficiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Barones olim viſitabātur ſicuti tractabant vaſſallos, ſecus hodie, n. 4. 5. & 6.*

2 *Capitulum Sereniſſimi Regis noſtri reportatur.*

3 *Grauamina pauciora fiunt timore pœnæ, quàm virtutis amore.*

7 *Vaſſalli tempore grauaminum debent audiri, & iuſtitia eis ſubminiſtrari.*

ARGVMENTVM.

Barones pro Grauaminibus Vaſſallorum hodie non uiſitari ex praxi demonſtratur.

PRAELVDIVM VIII.

1 ANtiquis quidem temporibus (vtinam durarent illa) ſolitū erat viſitari Barones qualiter tractarent vaſſallos, quod ſatis iuridicum eſſe probat *Affl. &. in Conſtit. Regni, Capitaneorum, n. 6.* & ita eſt data inſtructio Generali viſitatori per Sereniſſimum noſtrū Regem ſub ſpeciali capitulo, cuius tenor eſt vt ſe-
2 quitur: *lo que principalmente en eſta viſita haueys de hazer, es informar os con mucha diligencia, y cuydado de como los Barones tratan ſus Vaſſallos, porque entendemos hazer en eſto muy gran deſorden en a quel Reyno, y*

ſi los miſmos vaſſallos dieren quexa contra ellos oyrios beis impaxando los mientre ſeguieren ſu iuſticias, de manera que ni en las perſonas, ni en los bienes lo pueda ſer hecho agrauato per los tales Barones directè, ni indirectè, y aunque no haya quexa de parte vos de vuoſtro officio, y en virtud de nueſtra comiſſion ſi allaredes en alguno, ò algunos coſa notable, y importante, que ſin offenſa de juſticia no ſe pueda diſſimular antes conuenga remediar por euitar la oppreſſion de nueſtros ſuditos, hazeys que nueſtro Abogado, y Procurator Fiſcal procedan contra ellos, y que ſe haga juſticia, conforme à las leyes, Pragmaticas, Capitulos, y Conſtituciones de Reyno, vſando en eſto toda diligencia que haberieredes ſer neceſſaria, aſſi para el caſtigo de los, que hazen lo que no deuen, como para exemplo delos otros, y porque en eſte caſo queriamos, y deſſeamos hazer tal punicion, que de aqui adelante los dichos Barones no tengan libertad. ni eſa dia para maltratar ſus Vaſſallos, os encargamos, y mandamos que hagays luego yer todas las leyes de Pragmaticas, y Cōſtituciones, que ſobre eſto hay, y ſi os pareciere que baſtan para el dicho fin las hareys de nueuo publicar, y que ſe guarden enteramente, y ſi no parecieren baſtantes platicareys alla ſobre eſte articulo aſſi con lo nueſtro Collateral Conſejo en general como ellas, y otras, que en eſto non tengan intereſſe in particolar, y viſto compa recteres de todo nos auiſareys, de lo que reſoluieredes, que ſe deuia proueer en ellos; porque viſto lo mandamos deſpachiar como conuenga à nueſtro ſeruicio, y bien comū de aquel Reyno.

Quæ ſanè prouiſio ſatis conducebat ad firmamentum optimi regi-
3 minis, quoniam ſaltem pœnæ timore, ſi non virtutis amore pauciora inſurgerent grauamina.

4 Cæterum praxis id hodie non concedit, cum in deſuetudinem abierit talis viſitatio, nec temporibus noſtris vidimus practicatum.

5 Taliter vt viſitatio Baronum, & eorum vaſſallorum receſſerit ab aula, cum non ſeruetur, vt viſitator Generalis viſitet Barones, & vaſſallos, nouiter ita meminit *Danza in tract. de pugn. DD. tit. de viſit. carcer. & carcer. cap. 1. n. 9. tom. 2.* vbi ante ipſum aduertiſſe patet bonæ Memoriæ *Taſſon. in com. ad Pragmat: de antefat. verſ. 1. obſeruat. 3. nu. 50.* & præcipuè *Reg. de Ponte in tract. de poteſtat Proreg. tit de elect. Official. §. 1. n. 62.* vbi quod cum alias Ar-
6 chiepiſcopus Salernitanus viſitator Generalis Regni voluiſſet ſup hoc manus imponere, inſurrexit magnus rumor inter Titulatos, Magnates, & cæteros Barones, illiq; ſimul cum Deputaris Ciuitatis recurſum habuerunt ad Proregem, & ſic fuit ſuperſeſſum, nec amplius proceſsū, quia Prorex de omnibus certiorauit Catholicam Maieſtatem, & mādauit ne Viſitator in hoc ſe intromitteret, tanquam non ſpectans ad eius commiſſionem, & quod erat occupare Proregis officium, & authoritatem.

Roborat autem hanc nō viſitandi praxim *Freccia de ſubfeud. auth 35.* quia aliàs eſſet quædam generalis inquiſitio, poſſeſſioniſque feudi turbatio.

7 Vnde ſufficere debere, quod tēpore grauaminum vaſſalli audiantur, eiſque iuſtitiæ complementum miniſtretur, probat *Maſtrill. in tract. de Magiſtr. lib. 4. c. 13. in fin.*

Licet non reticeam dicere *Affl in Conſt. Regni, Capitaneorum, n. 6.* valdè mirari quare, & quomodo hoc bonum inſtitutum viſitādi Barones in deſuetudinē abierit.

S V M M A R I V M.

1 *Subiectus agere volens, tenetur petere veniam, & quando cenſeatur petita, vel conceſſa venia, num. 2.*

3 *Grauamina contra Barones proponunt Vaſsalli abſq, venia, & quomodo, & an reſpectu Vaſſallorum in feudis, & in cauſis criminalibus, num. 4.*

A R G V M E N T V M.

Grauamina, vbi contra Barones per Vaſſallos ſunt proponenda, num venia, & licentia præcedere debeat.

PRAELVDIVM IX.

QVamuis omnis ſubiectus agere
volens ad illam teneatur reue-
1 rentiam, vt veniat obligatus pe-
tere veniam, *l. 2. ff. de in ius vocand. §. pænalem, inſtit. de action. Duen. regul.* 351. cum adductis per *Apicel. in alleg.* 10. *n.* 10. *Viu. dec.* 230. *Chriſtin. in dec.* Cur. *Belg.* 90. *à n.* 7. & la-
tiùs per nos *foren quæſt.* 149. *p.* 1. vbi
2 tutati ſumus veniam non cenſeri pe-
titam, nec licentiam conceſſam, ſi
pars fecerit mentionem in libello,
quod eſt perſona, cui debetur reue-
rentia, & iudex mandat citari tali
modo vt acta reddantur nulla, & ſi
agatur de liquidatione inſtrumenti,
& expedita ſit citatio abſq. venia,
non poterit procedi ad interroga-
tionem, & in vltimo peremptorio
ſemper licere opponi, minimè pro-
cedi poſſe ad interrogationem in-
ſtrumenti ex quo perſona actoris nõ
eſt legitima in præſentando inſtru-
mentum, non petita venia, vt per
Frecc. in tract. de præſent. inſtrument. part. 12. *n* 16.
3 Tamen nulla præcedente venia
grauamina, actiones, & lites contra
Barones à Vaſſallis inſtaurari poſ-
ſunt, pro vt ſic in litis ciuilibus elici-
tur, ex *Boer. deciſ.* 271. *Vrſil. in addit. ad Afflict. dec.* 265. *n.* 28. *Peregr. in tract. de iur. Fiſc. lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 2. & *Polidor. Rip. obſeruat.* 39. & in crimi-
4 nalibus teſtatur *Capiblanc. pract. qq. ſuper Pragmat.* 3. *de Baron. cap.* 14. *nu.* 15. *tom.* 2. vbi licet ex dictis
per *Capyc. deciſ.* 118. *num* 7. & per
Franch. deciſ. 162. *n.* 9. actio crimina-
lis contra Barones à Vaſſallis videa-
tur non poſſe intentari, id dicit ve-
rum reſpectu Vaſſallorum ratione
feudi, non autem burgenſorum, ex
Doct. in cap. 1. *de milit. vaſſall. qui contumax eſt.*

Vnde in ſingulis proceſſibus grauaminum, quos ipſe peruolui, nunquam vidi petitam huiuſmodi licentiam per vaſſallos, qui litigarunt cũ eorum Baronibus, vel contra eos grauaminum capita obtulere, & ita hodie viget praxis in ſupremis Tribunalibus noſtris.

S V M M A R I V M.

1 *Grauamen metus reuerentialis poteſt dari inter Vaſſallos, & Barones, & num. 4.*

2 *Domini terrarum ſunt potentes ad metum inferendum.*

3 *Burg. & Pal. conſ. 15. num. 25. confutatur.*

5 *Metus reuerentialis habet locum in omni perſona habente ſuperioritatem, & referuntur perſonæ, in quibus habeat locum, & n. 14.*

6 *Vaſſallus debet reuerentiam domino.*

7 *Metus reuerentialis habet locum non ſolum reſpectu Baronum, ſed Locumtenentium, Affictatorum, & Commiſſariorum Baronis, & reſpectu Vaſſallorum exemptorum.*

8 *Con-*

8 *Contractus an, & quando prohibiti ſint inter Vaſſallos, & Barones.*
9 *Nullus præſumitur iactare ſuum, niſi ex metu, vel violentia.*
10 *Contractus præſumitur meticuloſus concurrente metu reuerentiali, & læſione, etiam ſi in contractu ſit appoſitum iuramentum, n. 11.*
12 *Iuramentum præſtitum metu reuerentiali, non valet, nec obligat.*
13 *Contractus celebrati in fauorem eius, cui debetur reuerētia, concurrente enormiſſima læſione, reſcinduntur tanquam meticuloſi metu reuerentiali.*
15 *Vaſſalli ſe obligantes pro pecunijs, quas ab alijs accipiunt, vt illas dominis ipſi mutuent, quo remedio iuuentur, & num. 18. & an putentur principales, vel fideiuſſores, num. 20.*
16 *Metus reuerentialis habet locum in contractu pro domino geſto, etiā ſi domini non ſint ex his, qui recognoſcant Superiorem, & n. 17.*
19 *Contractus facti ab vxore pro marito tanquam meticuloſi, ſunt nulli.*
21 *Principalis dicitur, ad quem pecunia peruenit, & res principaliter ſpectat.*
22 *Baronis præſentia, cui debetur reuerentia, ſolum ſufficit ad infringendos contractus, & an requirantur minæ; num. & vide num. 26. 27. & 28. infra vt n. 29. 31. & 32.*
23 *Tacens ob alterius præſentiam, velle non creditur.*
25 *Velle non creditur, qui alterius obſequitur imperio.*
30 *Senatores habent potentiam ſolum in habitu, & non in actu, & ideò iuſtum metum non inferunt.*
33 *Preces Superiorum iuſtum inducunt metum.*
34 *Preces Regis important vim.*
35 *Vultus iratus Baronis, vel alterius Superioris importat metum.*
36 *Vociferatio Superioris importat metum.*
37 *Fœmina vti fragilis ſexus, etſi domina, videtur non poſſe incutere metum.*
38 *Mater poteſt incutere metum.*
39 *Vaſſalli fœminæ Baroniſſæ tenentur exhibere reuerentiam.*
40 *Fœminæ adhuc ſolent eſſe duræ ceruicis.*

ARGVMENTVM.

Grauamen metus reuerentialis, qualiter à Vaſſallis contra Barones, & Affittatores terrarum opponi poſſit ad finem reſcindendi contractus, & obligationes cum eis, vel ad eorum fauorem geſtos.

PRAELVDIVM X.

NE ieiuno (vt dicitur) ventre impracticabili, & currenti materia contractus inter Barones, & vaſſallos pertranſire videremur, ſuppon-
1 mus poſſe dari grauamen metus reuerentialis per vaſſallos contra Barones, vt per *Cephal. conſ. 642. à nu. 106. lib. 5. Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 15. n. 243. Rodriq de ann reddit. lib. 1. q. 15. n. 60. Fontanell. in tract. de pact. nuptial. tom 2 part. 7. gloſſ. 2. clauſ. 7. n. 57.* cum domini iſti terra-
2 rum ſint potentes ad metum inferendum, *Innoc. in cap ſi diligenti, de præſcript. Bald. in Extrauag. de pac. conſtant. §. pactiones, Calder. conſ. 1. de præſcript. Guid. Papa deciſ. 407. nnum. 2.*
3 Et licet *Burgos de Paz conſil. 15. n.* 35. aliorum nixus authoritati firmauerit minimè dari metum reuerentialem in ſubditum contra Baronem, niſi eſſent domini non recogno-

gnoſcentes Superiorem.

4 Tamen ipſius opinionem eſſe
communi calculo confutatam teſta-
tur modernè *Capiblanc.* primæ in-
hærens opinioni *pract. quæſt. ſuper
Pragmat.3.de Baron cap.*10 *ſub nu.*
4. *tom.* 2. inde anteſignanam verio-
rem ipſe agnoui *forenſ.q.*45.*part.*2.
cum qua tranſiui libenter.

5 Datur enim metus iſte reueren-
tialis in omni perſona habente ſu-
perioritatem; vt in filijs reſpectu pa-
rentum, in fratribus minoribus re-
ſpectu maiorum, in pupillis reſpectu
tutorum, in nuribus reſpectu ſocerũ,
& in ſimilibus cæteris, de quibus
apud *DD. in l.*1.*§.quæ onerandæ,ff.
quar.rer.act. non det. Graſſ.in tract.
de except.ad materiam Statut. excep.*
11.*nu,*24 *& ſeq. Farinac in fragm.
crimin.in verb.metus,n.*124 *part* 2.
*Sanch. de matr.lib.*4. *q.*6. *Viſcont.in
concluſ.iur. in verb.metus,* Mongoll.
*in tract.de metu,cap.*4.*princip.pag.*6
6 *mihi,*59. *vbi nu.*2?. quod vaſſallus
debet reuerentiam à domino.

Igitur à fortiori ita reſpectu Ba-
ronum venit concludendum, cum
de facto illos procedere experientia
doceat, continuòq; vigilent vt no-
ceant.

7 Quinimò puto hæc omnia eſſe
adeò vera, vt nedum reſpectu Baro-
num verorũ dominorũ, ſed etiã re-
ſpectu Locũtenẽtiũ, & Cõmiſſario-
rum ipſorum ꝓcedant, *Aret.conſ.*24.
*nu.*7.*Maranta diſput* 6.*n.*33. *Mon-
gollon.de metu,cap.*5.*n.*7. vt etiam
reſpectu Affittatorum terrarum talẽ
metum reuerentialem admiſi in *cit.
forens.q* 45.*n.*7. vbi pariter etiam
reſpectu vaſſallorum exemptorum
huiuſmodi concluſionem ampliaui,
vt ibi latiùs paret, & vide *Coſtam
Sicul.in conſ.*48.

8 Vnde *Capiblanc. loc.nuper citat.à
n.*1.*cum ſeq.* affirmat, quod etſi inter
Barones, & vaſſallos non ſint pro-
hibiti contractus, *Luc. de Penna in
l.curiales, C.de præd curialib.lib.*10.
tamen ſi Baronis qualitas ſuadeat
metum, vti quia eſſet perſona rigi-
da, crudelis, & vſurpator, tunc ſtat
reuerentialis metus præſcriptio,
*Faber deciſ.*1.*C.quod metus cauſ.* &
iuncta læſione poſſet reſcindi, ex
*Anthar. conſ.*260. *& Innoc.in cap.ſi
diligenti,n.*5. *de præſcript.* idemque
confirmat *cap.*68.*à n.*7. quia nullus
9 præſumitur ſuum iactare, niſi ex me-
tu, vel violentia, *l.cum de indebito,ff.*
10 *de probat.* & ideò concurrente me-
tu reuerentiali, & læſione contrac-
tum præſumi meticuloſum poſt an-
tiquorum ſcholam ex Neotericis
probarunt *Menoch.de præſump.lib.*3.
*præſumpt.*127 *nu* 14. *Azeued in re-
copilat.Hiſpan.lib.*1.*tit.*21.*lib.*4.*nu.*
192 *Maſcard.de probat.concl.*1054
*ex n.*17 *Caſtill quotid.controu.lib.*3.
*cap.*1.*nu.*155.*Card Tuſc.concl.*679.
*lit.D.Peregr. dec.*153. *Theſſ.dec.*66.
*Faber deciſ.*1. *&* 10. *C. de in integr.
reſtit. Anna dec.*88. *Molfeſ.conſ.*4.

Et vti talis ſapit inualiditatem,
cum metus reuerentialis ſufficiens
ſit ad inualidationem contractus, *l.
pen ff.de furt.l.*1.*§.quæ onerandæ,ff.
quar.rer.act.non det. Peralta in l Ti
tia,§.qui inuita,ff.de leg.*2. *Couar. de
ſponsal.part.*2. *cap.*3. *§.*6. *Azeued.in
l.*9 *nu* 28.*tit.*1.*lib.*5. *noua recopilat.
Honded.conſ.*29.*n.*17. *vol.*1. *Pacia.
conſ.*54: *Diana* recenter *reſolut.mo-
ral.part.* 3. *tract.miſcellan: reſol.*20.
*Mathienz in dialog. relat.par.*3. *cap.*
20.*n.*5.

Taliter, ꝙ ſi contrahens cum ſuo
Barone, reperiatur læſus dicatur per
metum contraxiſſe, & proinde clau-
dicat contra ius, *Bart.in l.prohibere,
§.fin.ff quòd vi, aut clam, Rolan. con-
ſil.fin. n.*112. *&* 143.*vol.*4. *Petra de
poteſt. Princ.cap.*15.*n.*5. nouiſſime
*Cabreros, Auend in method. delineat.
de metu,lib.*1. *cap.*8 *ſub nu.*39 *verſ.
vnde contrahens.*

Digitized by Google

Nec eſſet ponere os in cœlum, dicere, quod etiam ſi Baro non eſſet crudelis, & vſurpator vt ſupra, ſed bene morigeratus, ac circumſpectus, adhuc ſi videat eius voluntati non obtemperati ex eo iraſcitur,& terribilis euadit, quod vt vaſſallus effugiat, nedum contrahet, ſed proprijs ſpoliabitur bonis,vt ad libitum Baronis proſequatur, & nè ab eis deflectat gratia, vt nouiſſimè conſiderat *Cabreros, Auend. in method. delineat. de metu,lib.1.cap.8. num.93.*

Quamuis *Marta dec.* 203. *nu.9. & ſeq.* putet, quod ad finem vt metus reſpectu Baronis poſſit allegari, ſit neceſſe Baronem eſſe perſonam potentem ſolitum metum incutere, & minas exequi, & quod appareat de comminatione, *Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.126.n.13.*

11 Quæ ſanè ſententia adeò eſt canonizata, vt virtus iuramenti appoſiti in contractu nihil quidem operetur quin meticuloſus non præſumatur contractus geſtus, cum inſit præſumptio eſſe vi, vel metu idem extorſum, & proinde non ſortiri effectum aliquem ex defectu conſenſus, & libertatis, vt elicitur ex vulgato *text. in auth.Sacramenta puberum, C.ſi aduerſ. vendit. Bobadil.in Polit.lib.2.cap.18.n.173.Seſſ.de iur. lib.1.cap.19. & 23.* & in ſpecie nos firmauimus ſæpiùs *cit.q.45.verſ.nec tandem*, vbi alias cumulauimus rationes, quas hic repetere omitto,videas in hac materia,nec pigebit.

12 Non valet inquam iuramentum præſtitum metu reuerentiali, nec obligat, *Bald.in Letiam, nu.3. C.ad Velleian. Marſil.ſingul.* 247. *Mart. Caſtr.in addit.ad Maſuer.in tit.de iur.iur. Menchac.Illuſtr.controuerſ. lib.1.cap.35.nu.18.Mongollon. in tract.de metu, cap.4.§.2.n.11.*

At quia in conformitatē ſupradictorum pulchrè loquitur *Fontanell. de pact nupt.loc.nuper cit.nu.56.*placuit eius verba adamuſſim hic reportare, quæ ſonant vt infra.

13 *Dixi ſupra, quod contractus celebrati in fauorem eius, cui debetur reuerentia ſi adeſt enormiſſima læſio, reſcinduntur tāquam meticuloſi metu reuerentiali, qui cum enormiſſima læſione ſufficit. adduxi etiam remiſſi-*
14 *uè quæ ſint perſonæ taliter debentes reuerentiam,vt in eis ſupradicta verificari poſſint, quorum occaſione cogor in præſentiarum dicere quid ſentiam de tot, tantiſq; obligationibus, quas reperimus factas per vaſſallos, et ſubditos pro dominis ſuis,quarum tantus numerus eſt in Cathalonia, vt nihil ſupra vt eſſe eget dominus aliqua magna pecuniæ quantitate, vult eam accipere ab aliquo ad cenſum (cenſuale nos dicimus ad rationē vigintimille pro vno millenario) non inuenit, quia regulariter iſti domini ſunt difficilis exactionis, & habent bona vinculata, qui velit cum eo contrahere. Accedit ad vaſſallos, & ſubditos, quod ipſi ad cenſum,ſeu cenſuale dictam pecuniæ quantitatē nominibus proprijs accipiant, & poſtea ei reddant. Faciunt id vaſſalli, ſoluitur eis pecunia,& ſeu illis deponitur, ſicut fieri ſolet in tabula, ipſi recipiunt eam vna manu,& altera*
15 *domino tradunt, qui libenter recognoſcit eis, quod pro ipſo ſe obligarūt promittens ſeruare eos indemnes ab obligationibus, quæſitū eſt ſæpè à me; num attento, quod ipſi nihil participarunt de pretio,nec poſſunt à dominis indemnes fieri propter vincula, quæ ſunt in eorum domibus, poſſint aliquo remedio aduerſus dictas obligationes ſe tueri,& iuuari. Dixi, & ſoleo dicere nō eſſe iſtos ſubditos omni remedio deſtitutos; ex his enim quæ in ſuperioribus adduximus,in iſtis contractibus adeſt metus reuerenren-*

rentialis cum enormiſſima læſione, quod ſufficit ad reſciſionem, & quod adſit metus reuerentialis,patet;quia vt diximus,ibi conſideratur metus reuerentialis, vbi adeſt reuerentia debita, hic autem quis negabit eam
16 *adeſſe? atq; ideò metum reuerentialem conſiderari debere in contractu prio domino geſto,docent ſine difficultate* DD.gloſſ. & Bart.in l.1.§.quæ onerandæ, ff. quar. rer.act. non dat. Mandel. de Alba conſ.186.n.8.lib. 1.Carol.de Graſſ.de except.excep. 11.n.20. Sanch.de matr.lib.4. de conſenſ.coact. diſput.6 nu.25. *quod*
17 *procedit etiam ſi domini non ſint ex his, qui no recognoſcunt Superiorem, pro vt ex* Gaſpar. Roder.in tract.de ann.redd.lib.1.q.15.n.69 *docet noſter* Cancer. in 3. part.var. cap.15. de renunciat.n.243.in fin. *Cur ergo*
18 *non reuocabuntur iſti contractus tãquam meticuloſi,ſicut illi,qui fuerunt*
19 *per vxorem pro marito facti:magna res eſt hæc propter innumeras obligationes, quæ ad præſens inſunt in hac prouincia pro dominis per vaſſallos factæ, ſed iuuemus miſeros vaſſallos, qui quotidiè compellũtur ſe ſe pro dominis in totum exinanire, & flentes ſoluere, quod illi ridentes conſumpſere: à paucis vidi hoc tẽtatum, ſed ſcio cauſam nunc de hoc duci in Senatu inter creditores habitatorum Baroniæ de* Bellpuig. *& aliorum locorum Ducis Sueſſæ. & Vabenæ coram egregio Senatore Hieronymo Aſor, Act. Hieronym.Boſcho,vbi vlterius confidunt vaſſalli ſe poſſe probare aliquos trinarum actus poſitiuos, exemplaris eſt hæc cauſa ad multas alias.*

20 *Et tantò magis confidere miſeri Vaſſalli debeat, annullandos fore iſtas obligationes factas pro dominis, ſi conſideramus, quod vaſſallos obligantes ſe cum dominis in aliquo cenſuali,licet æquè principaliter non reputet ſenatus pro principalibus,& veris debitoribus quando de hoc contingit diſputari ſed pro fideiuſſoribus, & ideo concedit eis,quod poſſint contra dominos agere, vt fideiuſſores ſi adſunt requiſita ad liberandum eos ab obligatione quamuis id non permiſerint,prout in terminis declarauit* Senatus die 30.Ianuarij 1595. *Relatore olim egregio Senatore Onophrio Ferrato inter Syndicum de Pins, & nobilem Ioannem de Roſa ſubmittitur pro motiuo ad declarandum vaſſallos fideiuſſores non principales, quia adhibiti illi fuerant in actu, & contemplatione dominij in nudam vtilitatem, & commoditatem ipſius. id quod de iure eſt expeditum; is enim dicitur principalis, ad quem pecunia*
21 *peruenit,& res principaliter ſpectat,* vt docet Hieronym.Gabr.in conſil. 63.num.9.lib.2. & Surd.deciſ.308. num.5.

22 Cœterum, ſi præſentia ſola Baronis,cui debetur reuerentia, ſufficiat ad infringendos contractus, quamuis circa ſimilem quæſtionem *Doctores* ſint in magna procella.

Tamen ſcrutando hodiernam praxim, & oculos habendo ad magnum imperium, quod in ſubditos illi exercent libenter,cum affirmatiua concurrerem opinione,quam tutati ſunt *Salic.in l interpoſitas, nu.4.* & ibi etiam *Padilla num.*20.C.*de tranſact.Roman in l.ſi cum dotem, §.eo autem, num.*11.*ff.ſol.matrim. Barbat.conſil.*38.*num.*28 *& ſequen. Pard. Prateius ad leg. Iul. de fundo dotali verſic.aiunt Pontifices, Ripa reſponſ.* 138. *num.* 8. *Soccin. Iun. conſil.* 47. *num* 32. *lib.*3. *Maſcard.* qui alios ſecum vehit *de probation. concluſ.*1055.*n.*16 *Menoch.de arbit. Iudic.caſ.*136.*n.*7.*lib.*2.

23 Pungit roborationem huius ſententiæ *tex. in l. pen. ff. de furtis*, vbi patet, velle non credi ob alterius præſentiam tacentem, & ſic taciturni-

ni-

Digitized by Google

nitas liberti ibi non nocuit ei,ob reuerentiam debitam patrono.

24 Licet hanc opinionem nuncupet veram *Mongollon. in tract. de vi, & metu d. cap.* 4. §. 1. *num.*5 quoties interuenit mandatum eius,cui reuerentia debetur etiam ſine minis; & id quidem confirmat *per tex. in leg.*

25 *velle, ff. de regul. iur.* vbi cauetur velle non credi, qui obſequitur alterius imperio, quod ſi ſola præſentia interueneriт ipſe putat diſtinguendum, quod aut ſumus in reuerentia ſimpliciter,& in gradu poſitiuo, vel in reuerentia nimia, & ſic in gradu ſuperlatiuo.

26 Primo caſu, quando eſt talis perſona,cui ſolum debetur reuerentia ſimpliciter,vtpotè ſi ſit ita ignauus, & vilis,quod debens reuerentiam audeat dicere nolo, & tunc habebit locum illorum opinio, nè ſufficiat ſola præſentia, ſed requiri minas, verbera,vel mandatum,vt per *Diaz* qui antiquos reportat *in regul.* 532. *Tiraquel.de legib.connubial. gloſſ.* 5. *num.*39. *Molin. de primogen. Hiſp. lib.*2.*cap.*3 *num.*9. *Maſcard.de probat.concluſ.*193 *num.* 7.*Guttier.de iurament.confirmat. cap* 1. *num.*15. *part.* 1.

27 Secundo caſu, quando perſona eſt ita grauis, vt ei debeatur reuerētia nimia, & tunc licet minæ, nec mandatum interueniant ſola præſētia ſufficiens erit, *ex l.* 1. §. *quæ onerandæ,ff.quar.rer. act. non det. ibi, metu ſolo, vel nimia reuerentia, vbi Zaſ. num.*6. expreſsè exemplificat; ſicque in huiuſmodi caſu nimiæ reuerentiæ docent *Bald. in l. ſi fine, num.*2.*& in l.etiam, num.* 3. C. *ad Velleian.Capr.conſil.*29.*num.*14.*&* 17. *Marſil. ſing.* 347.*in fine*, *Menchac. quæſt. Illuſtr.lib.* 1. *dict.cap.*35. *num.*18.

28 At ipſemet *Mongollon. in eodem tractatu cap.* 5. *de metu potentiali num.*8. loquendo de dominis Terrarum meam opinionē agnouit veriorem, vt ipſi inferant metum iuſtum,etiam ſi minę,nec verbera pręcedant,per ea,quæ tradit *Aretin. cōſil.*24.*à num.*9.*vſq. ad* 13.amplians *num.* 9. procedere etſi contractus fiat ad vtilitatem tertij, *argum.tex.in l.venditiones,C de his quæ vi,metuſve cauſ.fiunt*, *& ex Alex. in l. ſi per impreſſionem, num.* 4. *C.eodem titul. Maranta in diſput.*6.*n.*33.

Sed non reticeam dicere ipſum iam recitatam opinionem limitare in tribus caſibus,

29 Nempè, quando Terrarum domini, ſiuè Barones haberent poteſtatem, & potentiam tantum in habitu,& non in actu, quia tunc putat ille eorum potentiam iuſtum metū minimè inducere,*ex l.ad inuidiam, C.de his quæ vi, metuſu. cauſ. fiunt*,

30 vbi,quia Senatores habent potentiam ſolum in habitu, & non in actu iuſtum metum non inferunt.

31 Inſuper,quando (etiam ſi habeāt potentiam in actu) non ſunt ita potentes, quod valeant metum inferre illi,cui dicitur metus illatus,*per tex. in l.penult.ff.de furt.* & per adducta ab eodem in *dict. pract. cap.*8. §. 3. *num.*18.

Tandem quando perſona eſt mul-

32 tum loquens, & modicum faciens, ex *Bar.in l.metum,n.*1.*C.de his,quæ vi, metuſq; cauſ fiunt.*

Vtraque obſeruabis preces cuiuslibet Superioris iuſtum inducere

33 metum, *l.fin.C.de met.gloſſ. in l.* 1. *ſi reſtit.prouinc. gloſſ.in clem.* 1. *de reſtit.in integr. Pereira in l.ſi ciratorem habens,in verb læſis, n* 49. *C.d. tit.* quamuis id agnoſcatur verum à conglomeratis per *Maſcard. in tract. de probat.concluſ.*193 quando is rogans ſeuire ſoleat in eos, quos rogauit,modernè refert *Cabreros in tract.de metu,lib.*1.*d.cap.*8.*num.*39.

Et

34 Et ſubiungens pariter preces, ac mandata Regis haberi pro vi, *cap. Beatus 7.quaſt.2. cap.rogo 11. q. 3. cap. cum inter ſeniorem, de electiõn. cap. nullus 36. quaſt. 2.* & probat *Reg.Valenzuel.conſil.4. nnm.87 tomo 1.* idemq; reſpectu precum Papæ enunciat *Barboſ.in cap. periculoſo,§.porro, num. 39. de ſtatu Regular.*

35 Vultuſque iratus Baronis, vel alterius ſuperioris adhuc iuſtum inducit metum, *Alciat. in l. interpoſitas,C.de tranſact. num.19. Crauetta conſ.49.nu.3.vol.1. Staiban.conſ.7. num 7.*

36 Et vociferationem ſuperioris ad actum adhuc inducere iuſtum metum, patet *in l.3* ibi, *Aut verborum terrore*, & *l.fin.* §. *ſi iuſto metu, ff. quod met.cauſ.* & tradit *Cabreras de Auendan.in methodica delineat.de metu,lib.1.d.cap.8.num.38.*vbi plurimos coadunat caſus; in quibus inducatur iuſtus metus; quos vti diſtantes in noſtro ſermone prætereo.

Sed curioſe poſſet queri, Num ſupradicta vendicent locum fœmina exiſtente Domina,& Baroniſſa, quaſi, quod illa vti fragilis ſexus
37 nequeat incutere metum, cum fœminæ minus timeantur, vti minus audaces,& imbecilliores,*l.quiſquis, C.ad l.Iul. Maieſt.Tiraq.in l. 9. connubial.n,158.& 159.*

Et concluſiuè procedendo affirmatiuam baptizo opinionem, ex fuſè nouiter congeſtis per *Cabreros Auendan.in methodica delineat.de metu lib.1.cap.8.à num. 115. vſque ad nu. 134.* quatenus ex varijs fun-
38 damentis probat, matrem poſſe incutere metum, & conuincit *Marſ. conſ.124.n.13 & Burg.de Paz conſ. 3.n.55.*affirmantes non præſumi metum,ſi filia in præſentia matris contrahat.

Negari ſiquidem ſuapte nequit
39 Vaſſallos fœminæ vti dominæ reuerentiam, & honorem teneri exhibere, ex quorum coniugio certè oritur Maieſtas, vt autumant *Minois ad Alciat.Embl 9. Plin. lib.35. cap. 10 & Ouid.5.Faſtor.*Igitur vaſſalli iuſtè timent Imperium Baroniſſæ.

40 Maximè, quia fœminæ adhuc ſolēt eſſe duræ ceruicis rigidæ,& fortisſimæ, vt apud *Valer. Maxim.lib. 3 cap.3.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ grauaminum Baronum vbi decidantur.*

2 *Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Prouinciales Audientię cognoſcere poſſunt de grauaminibus Vaſſallorum.*

3 *Officiales Baronales vbi grauant Vaſſallos, ad quem eſt habendus recurſus,& ibi de praxi.*

4 *Vaſſallus Baronis,qui habuit recurſum ad Tribunal ſuperius, ſi fuerit repertus innocens à ſua prętenſa inquiſitione abſoluitur ab eodē Tribunali,nec remictitur Baroni, ſed declara vt nu. 5 nempe quando Baro haberet ſecundas cauſas.*

5 *Iuriſdictio ſecundarum cauſarum auget Baronibus authoritatem.*

6 *Vaſſalli grauantur ſub iugo ſecundarum cauſarum.*

7 *Demanialia non poſſunt vendi, ſi ſint magni momenti.*

ARGVMENTVM.

Quomodo ſuccurratur Vaſſallis contra Barones, & Officiales illos grauantes.

PRAE-

PRAELVDIVM XI.

1 QVando vtiles Terrarum Domini propriè ipſi grauant dũ vel perſonalia, vel realia exigere volunt ſeruitia vaſſalli grauati adeunt Sacrum Conſilium, ibiq; cauſæ grauaminum deciduntur, vt diximus *tom.* 1. *Præluđ.* 10. licet non
2 per hoc Magnæ Curiæ Vicariæ, aut Regijs Audientijs ſit præcluſa via illis conſulere, nam cum Regio nomine ius dicāt, poſſunt grauatis remedia adhibere, vt tempore meo fuit infinitis quippè vicibus obſeruatum in Regia Audientia Apuleæ, & Comitatus Moliſij, & teſtatur *Regens Tappia lib. 6. Iur. Regni tit.* 28. *num.* 13. vbi affirmat latè proſequi *Scrader. de feud. part.* 10. *ſect.* 4. *num.* 119.
3 Quando autem Officiales Baronales iuſtitiam miniſtrantes grauamina inferunt aliqua in cauſa, tunc habetur recurſus ad Tribunalia ſuperiora, ibiq; de cauſæ meritis agitur, & ſi grauamen reperiatur notabile prouidetur, quod cauſa remaneat in Regia Audientia, vel Magna Curia Vicariæ, ſi verò non ſit tale, remittitur ad eandem Curiam, cui iniungitur, quid debeat facere, vel ſi habeat cauſas appellationum remittitur ad Iudicem ſecundarum cauſarum cognitio grauaminis à Iudice primarum cauſarum, *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de Elect. Official. num.* 51. & ita ſæpiùs vidi ſeruari in Sacro Conſilio, in qua priſcis temporibus pariter ita obſeruatum à veteranis Aduocatis, & Officialibus certioratus ſum.
4 Et quamuis *Maſtrill. in tract. de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 202. annuat, ſolitos eſſe Iudices viſo proceſſu, & reperto, vaſſallum Baronis eſſe innocentem, illum abſoluere abſq; alia remiſſione ad illum.

5 Tamen *Regens Tappia lib. 6. Iur. Regni d. tit.* 28. *ſub num.* 14 autumat hodie id non ſeruari, quando Baro habet ſecundas cauſas, nam ſi hoc fieret eluderetur iſta reuiſio illi alias conceſſa, vigore priuilegij ſecundarum cauſarum.
5 Quæ augent Baronibus authoritatem, & magis redigunt in ſeruitutem vaſſallos, vt eleganter conſiderat *D. Reg. Moles deciſ. manuſcript.* 117. hiſce ſub verbis, quæ adamuſſim reponere placuit vt infra.
6 Et quod vaſſalli grauentur ſub iugo ſecundarum cauſarum, & ſub augmento maioris iuriſdictionis in perſonam Baronis non eſt dubium, & experientia docet. Hinc Sua Maieſtas per plures eius Regias literas mandauit, ſecundas cauſas nullatenus vēdi poſſe in Regno pro beneficio vaſſallorum, & de iure, additur alius Dominus dicitur quis redigi in ſeruitutem, *cap.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. ſtantibus etiā maximis grauaminibus Baronum, qui vix precarium ſpiritum miſerrimis Vaſſallis relinquunt, vt dixit *Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure*, itaut meritò *gloſ. in cap.* 1. *de conſuet. recti feudi in* 8. ſed & qui. debitor, *quæ ſit prima cauſa benefic. amiſſ. & in cap.* 1. *de milit. vaſſal. qui cont. mm. Andr. in cap.* 1. *quibus modus feudum amiſſ.* æquiparauerint illos libertis, & ſic verum eſt, quod tradit *Andr. in d. cap.* 1. *nec dominus, de probib. feud. alien. per Feder.* quod demanialia nōn poſſunt
7 vendi, ſi ſunt magni momenti, *capit. intellecta, de iur. iurand.* & ſi ſunt modici momenti, poſſunt vendi ex neceſſitate, & non aliter, idem addit in caſu iuſto, in quo Vniuerſitas, quæ per longum tempus ſtetit in libertate, huius iuris videtur habere tacitum pactũ de ita ſemper perſiſtendo, *l. eum qui, C. de fund. rei*

priu.l.cum de in rem verſ.ff.de vſur. quæ omnia firmauit *Afflict.in d.c.1. eadem lege de Cap. Corradin.* vbi in ſpecie loquitur,quando Rex vendit ſecundas cauſas.

Sed ad noſtrum redeundo obſeruare non deficias anteſignanam *Maſtrilli* opinionem indiſtinctè procedere, quãdo Baro iuriſdictione ſecundarum cauſarum careret.

Iſtis igitur modis contra vtiles Terrarum Dominos, eorumq; Officiales grauantes, *V*aſſallos poterint vti, & ſic eiſdem ſuccurretur.

Finis Præludiorum.

IO.

IO. MARIAE NOVARII
I. C. LVCANI
TRACTATVS
DE
VASSALLORVM
GRAVAMINIBVS
TOMVS TERTIVS.

QVIA in alijs iam duobus editis de hac materia Tomis poſt recenſita aliqua generalia Præludia ad ſpecialium Grauaminum enumerationem deuenimus; Ideò, nè inceptum ordinem prætermiſtere videremur, cum iam ſub ſummi, & Altiſſimi DEI clypeo, nonnulla Præludia generalia præmiſerimus ad ſpecialia Grauaminum capita præparamus, & dum præparatos ad illa nos aſpicis, te attentum peroptamus, de qua attentione ſecuri exiſtentes hac in ſcena, ecce iam eximus, illaq; cumulare libenter incipimus.

Non eſt enim nouum, ut exaratis generalibus, ad ſpecialia deueniatur, cum cognito genere ad ſpecies deſcendatur, iuxta doctrinam *Ariſtot. 1. phyſicorum cap. 1.* cuius verba unt: *At confuſa primo nota nobis ſunt magis, ac manifeſta, Elementa verò, principiaque poſterius, ex hiſce nota per ipſorum diuiſionē fieri ſolent; Idcircò ex vniuerſalibus ad ſingularia proficiſcamur oportet.*

Cuius certè doctrina comprobatur *per tex. in l. 1. ff. ſi cert. petatur, vbi ex eo* id aduertit *Alexander.*

SVMMARIVM.

1 *Decima eligi non poteſt in gerbis, ſtipulis, & gregnis ſi ſit conſuetudo, illam ſoluendi in grano, vel ordeo, etſi Baro ſecus agat grauat Vaſſallos, nu.2. declara tamen vt nu.3. & ſubdeclara vt num.4.6. & 11. & de ratione nu.14.*

5 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.*

7 *Grauari vnū pro alio, & inquietari pro aliena fraude facto, vel debito probibitum eſt.*

8 *Grauari nullus debet pro alieno odio, quia ſapit iniquitatem.*

9 *Poena ſuos debet ſequi authores, & noxa caput ſequi debet.*

10 *Nullus pro alieno delicto puniendus eſt.*

12 *Futura contingentia quando ſint iudicanda ſecundum communem, contingentiam.*

13 *Priuilegium Principis aliàs latè interpretandum, non interpretatur contra, & in præiudicium tertij.*

15 *Remedia debent ſubminiſtrari iuxta morbi acceſſiones.*

16 *Vnum altare diſcooperiendum non eſt, vt alterum cooperiatur.*

19 *Nocentem dimittere melius eſt, quā innocentem condemnare, & grauare.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi Decimam, quam ſoluere in grano, ordeo, & in alijs leguminibus ad mēſuram ſoliti ſint, in manipulis, & gregnis conſignare adſtringantur.

GRAVAMEN I.

1 SI Aimonis Crauecta ſectandū eſſet iudicium, quòd in ſuo cōſil. 21. part. 1. promulgauit, vbi mordicus illam agnouit veram opinionem, vt ſtante conſuetudine ſoluendi in grano, vel ordeo ad menſuram, decima minimè veniat ſoluenda in gerbis, ſiuè ſtipulis, & gregnis.

2 Vtique Vaſſallorum ſubintrabit grauamen, quoties decimam frumenti, ordei, & aliorum bladorum debitam, & ſolitam conſignari Baronibus ad menſuram in manipulis præſtare adſtringantur.

Et in rei veritate hanc opinionem, diudico veram ex dictis *tom.1. Grauam. 305. & tom.2. grauam 9.* cum fuſius recollectis, quam recenter *Regens Valenzuel. conſ* 114. *vol.2.*

3 Sed non reticeam dicere, quod ſi appareret adeſſe fraudem, & illam ſolere fieri per vaſſallos contra Barones, & alios, quibus debetur decima; poſſent tunc abſque grauamine vaſſalli debitores condemnari ad ſoluenda terragia, ſiuè decimas in manipulis, ſeu gerbis, & gregnis, numerando illos, vt de quibuſlibet decem, vel octo, iuxta conſuetam quotam reponatur vnum pro Barone, ſiuè Parocho, & ſic de tota maſſa facta coacceruatione, & computo valeant ipſi ratam ſibi tangentem ad proprium libitum aſportare, & ad ipſorum beneficium facere triturare, vt longa ſerie tutatur *Fontanella in tractat. de pactis nuptial. tom* 1. *clauſul.*4. *gloſſ.*19. *part.*2. iuxta quam opiuionem determinatum in Sacra Regia Audientia Hydruntina fatetur hanc ſectando pariter ſententiam *Capibl. pract. quæſt. ſuper prag.* 11. *de Baronib. tom.*2. *à num* 11. *cum ſequēt.* & hoc in cauſa Illuſtri Marchioniſſæ Campi D. Mariæ Paladinæ.

4 Quæ ſanè declaratio tunc poterit ſuū ſortiri effectum, quando cōſtat expreſsè de tali fraude, nec ſola ſuſpicio fraudis erit ſufficiens, itaquod obiectum, obtinendi, vt in manipulis, & gregnis ter-

terragium, ſiuè decima ſoluatur erit
probatio fraudis, quæ cum effectu fuit
facta in ſolutione poſt triturationem
ad menſuram, taliter vt ex ſola ſuſpi-
cione fraudis non debeant condemna-
ri Vaſſalli ad præſtandam talem deci-
mam in manipulis. & gregnis, niſi ipſa
commiſſa probetur, vt contra obſer-
uantiam, de qua *Ferrer. obſeruat.* 278.
part. 3. pluries deciſum per noſtrum
Senatum refert *Fontanel. de pact. nupt.*
cit. gloſſ. à nu. 21. *cum ſeq.* & ita pariter
deciſum in Senatu Sabaudiæ comme-
morat eum eadem pertranſiendo opi-
nione *Faber dec.* 3. C. *quæ ſit longa con-
ſuetudo*, vanus enim titor fraudis com-
mittendæ præſumpta per dominum,
non eſt attendendus, vt cogat ſubditos
ad præſtandam decimam in ſtipulis, &
gregnis.
5 Cùmq; alteri per alterũ iniqua con-
ditio dari non debeat, *l. non debet, ff. de
regul. iur. l. debitorum pactionibus* C. *de
pact. cap. ſi compromiſſarius* §. *porrò, de
elect. in* 6. *cap. non debet, eod lib. de regul.*
6 *iur.* ideò reſpectu ipſorum, contra quos
fuit probata fraus in conſignatione
decimarũ poſſet præcedere ordo coa-
ctiuus ad præſtanda terratica, ſiuè de-
cimam in manipulis, & gregnis, non
autem reſpectu aliorum, qui non frau-
7 dauere; prohibitum eſt enim grauari
vnum pro alio, & inquierari aliquem
pro aliena fraude, ad inſtar vt pro alie-
no debito, vel facto quis moleſtari ne-
quit, *Anchar. conſ.* 140. *Rom. conſil.* 241.
Abb. conſ. 39. *in fin libr.* 1. vbi extendit
etiam inter Iudæos, *Dionyſ. Paul. de ve-
ra quatuor Patriarchar. ſed. erect. cap.* 18.
n. 45. & fusè *Cardin. Tuſc. pract. concluſ.
lit. A. concl.* 313. apud quem alia habes.
8 Et grauari nullus debet alterius odio
l ſi quis, in ſuo fin C. *de inoffic. teſtament.
Rebuff. in l. vrbis appellatio, nu* 2. *ff. de
verb ſignific. Surd. dec.* 102. *n.* 1. quia ini-
quitatem ſapit, *cap. ſi compromiſſarius,*
§. *porrò, de elect. in* 6. *Palat. in repet. cap.
per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.*
§. 8. *n.* 6. *cum ſeq. Tiraquell. de iur. marit.
gloſſ.* 8. *n.* 141.
9 Cùm pœna debeat ſuos tenere Au-
thores, nec delicti ignaros ſequi, *l. ſan-
cimus*, C. *de pœn l. abſentem, ff. eod. tit.*
cum adductis per eundem *Card. Tuſc.
concluſ.* 212. *lit.* P. noxaq; caput ſequi
debet, *l. res mihi, ff. comodat.* §. *omnis, i-n
ſtitut de noxalib. act. cap.* 1. *de iniur.* cum
conglomeratis apud *Farinac. in pract.
crimin. q.* 23. *in q ſeq.* reaſſumentem cõ-
10 cluſionem nullum pro alieno delicto
puniendum eſſe, quod probatur ex illo
Ezech. cap. 18. *Anima, quæ peccauerit,
ipſa morietur. vt in cap. iam itaq;* 1. *q.* 4.
in cap. ſi habes, 24. *q.* 3. *& in cap. quæris,
de conſecr. diſt* 4. Necnon patet ex illo
Exod. cap. 23. ibi *(inſontem, & iuſtum
non occides) & Daniel cap* 13. *Innocen-
tem, & iuſtum non interficies, & Iob c.* 4.
Quis enim vnquam innocens periÿt, 3. *aut
quando recti deleti ſunt,* 3.
11 Si enim ex cauſa fraudis cõceſſæ hu-
iuſmodi cõmutatio præſtationis deci-
mæ in gregnis, & manipulis fit, dum
perprius in triturato frumento, vel or-
deo fieri ſolebat: quia fraus vniuerſalis
non eſt, nec ab omnibus facta, ideò nec
vniuerſaliter ab omnibus præſtatio de-
cimæ in tali modo eſt facienda.
Aliàs certè ſequeretur abſurdum,
vt alter alterius delictum purgaret, &
quod non delinquens affligeretur, quæ
ſanè in iure noſtro non ſunt recepta
ex ijs, quæ fuſo ſermone conglomera-
uit *Illuſtriſſ. Epiſcop. D. meus Rſtc. dec.
Cur. Archiep.* N *cap.* 47. *part.* 1. apud quẽ
perplura conducentia ſimilia reperies
Conducunt, quæ nouiſſimè conglome-
rat C*abrerot de Auend. in tract. de metu,
lib.* 2. *cap.* 2. *ſub n.* 10. dum tutatur com-
miſſi pœnam non poſſe habere locum
aduerſus inſcium dominum, quia non
poteſt agi pœna amiſſionis contra eum,
qui non deliquit, & pœna delicti autho-
rem egredi non debet.
12 Et quamuis reſpectu ipſorum, qui
non fraudarunt, poſſit conſiderari vt
aliquando iudicemus futura contingẽ-
tia ſecundum communem contingen-
tiam, *Anchar. conſ* 392. *à num.* 5. *cum ſeq.
Surd. de alim. tit.* 8. *q* 1 *nu.* 8. *& conſ.* 454.
n. 14. *Card. Tuſc. concl.* 564. *lit. F.*
Tamen ſecluſo, quod hoc axioma
poſſet verificari, quando maior pars
Vaſſallorum debentium decimam Ba-
roni hanc fraudem committeret.
13 Adhuc ſuggeritur reſponſio illam
claudicans, vbi tertij non defraudantis
verſaretur præiudicium, cum quando
tertij præiudicium inoleſcit, nec priui-
legium Principis aliàs latè interpretan-
dum, *l.* 3. *ff. de Conſtit. Princ. l. quod verò
ff. de leg. cap. quia circa, de priuil.* taliter

interpretari poteſt, *Iaſ.in l.fin.nu.19 ff. de Conſtit.Princ. Oldrad conſ.50. Anch. conſ 161. Imol.conſ.121. Alex.conſ 215. lib.7.Tuſc.concl 50 lit.B. Molina de primogen.cap.42.lib.1.* Maximè quia ſi ſequeretur fraus, poſſet reſpectu illam committentium adoperari tale remedium cogendi vt præſtent decimam in manipulis, & gregnis.

14 Non eſt enim occurrendum cum tertij innocentis præiudicio his, quæ euenire poſſunt vti indeterminatam veritatem habentibus *argum.l.ventre, ff.de acquiren. hæredit.l.ſi putator,ff ad l. Aquil.l qui bona,§.cum inter.ff.de damn. infect. D. Thom.1.part.q.14 artic.13 & lib.1.contra Gent.cap.67. Curt.Conimbr. in com.ad Logi.lib.1.cap.8. art.3.quæſt. vnic.* ſed iuxta morbi acceſſiones de-

15 bent applicari, & ſubminiſtrari remedia.

16 Nec ratione cooperiendi vnum altare, debet & aliud diſcooperiri, *Butr. conſ 40.in fin.* iuxtà *text.in cap.cum cauſam,de præbend.& dignit.* de quo recèter *Aluar de Velaſc in tract.de priuileg. pauper.p.1 q.44.ſub n 98.*

17 Et melius eſt nocentem dimittere, quàm ex cauſa nocentis innocentem punire, & grauare, *l.abſentem.ff.de pæn.* cum coadunatis per *Card.Tuſc.concluſ. 41.n.3.lit.A.& concluſ.55.n.2. lit.O.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli grauantur vbi prohibentur edere, vel bibere in cauponis, ſiuè tabernis, ſed vide n.8.*

2 *Laicis eſt licitum adire tabernas, licet non ſit laudabile.*

3 *Quis quis debet edere domi ſuæ, & non in tabernis,& quare.n 4.*

4 *Cauponarum inſtitutio non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis.*

5 *Taberna loca ſunt hodie intemperantiæ,& incontinentiæ.*

6 *Clerici prohibentur intrare tabernas, & quando permittatur.*

7 *Clerici ab ebrietate ſe abſtinere debent, & moniti niſi abſtineantur ſuſpendi poſſunt ab officio, & beneficio.*

9 *Caſus mixtus non continetur ſub ſimplici.*

10 *De duobus malis minus eſt eligendum, & quare n.13.*

11 *Eligi debet quod minus eſt peccatum ad finem euitandi maius.*

12 *Minus malum habet rationem boni reſpectu maioris mali.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi acceſſus ad Cauponas,ſiuè Tabernas eis ſub pœna prohibeatur.

GRAVAMEN II.

1 CVM antiquis temporibus per Capitaneum terræ S.Gregorij eſſet emanatum bãnum ne ciues ad tabernas accederent ad bibendum. & edendum ſub pœna carolenorum quinque, & contra tranſgredientes illam vellet exigere, habito recurſu ad S. Conſ. per Conſiliarium Belmundez facta relatione de hoc, & alijs fuit prouiſum, quod Officialis deberet abſtinere à tali executione facienda, & quod de banno nulla habeatur ratio.

2 Non eſt enim vetitum laicis illas adire. licet non ſit laudabile, *Menoch.de arbitr.caſ.533. Bellect.de iur.cler. tit.de diſciplin.cler.§.20.nu.15 Barboſ.de iure 1 ecleſ tit. de vit.& honeſt cler. cap 40. n.72.* cum quiſq; debeat domi ſuæ ede-

3 re dum eſt ciuis de loco;nam caupona-

4 rum inſtitutio non fuit voluptatis cauſa,ſed neceſſitatis reperta, *l.licet gratis, §.in factum ff nautæ caup. & ſtabul.*

5 At minimè nego tabernas eſſe hodie loca, & fomenta intemperantiæ,& incõtinentiæ, *l.palam,§.ſi qua cauponam, ff.de rit.nupt. l.Athai §.ait Prætor ff.de his.qui not.infam.l quæ in adulterium, & ibi gloſſ.ff.ad l.Iul.de adult.*

6 Inde peculatè de iure canonum illatũ

ſtc.

frequentatio eſt interdicta Clericis, &
Eccleſiaſticis perſonis, ita vt illas niſi
cauſa longioris itineris ingredi prohi-
beantur, *cap non oportet cum duob ſequ.
44 diſt. cap. pen. d. vit. & boneſt. cleric.
Vgolin de poteſtat. Epiſcop cap 13. §. 29.
Diaz in pract. crim. Canonic cap. 80. n. 3.
Graſſ. in deciſ. Aur. lib. 3. part. 2. cap. 8.
n 9. et 10. Campanil. in diuerſ. iur. canon.
rubr. 4. n. 12. Ricciull. in tract de iur. per-
ſon. lib. 8 cap. 7. nu. 15.*

Quare cum ratione ab aliquibus lo-
corum Illuſtriſſimis Ordinarijs reſpe-
ctu Eccleſiaſticarum perſonarum ſo-
lent fieri prohibitiones ne ad tabernas
propriorum locorum, in quibus degũt,
accedant, & ego conſulo fieri, quia eui-
7 tatur occaſio crapularum, & ebrieta-
tis, à quibus Clerici ſe abſtinere debẽt,
ita vt ſi moniti fuerint, nec curent, ab
officio, & beneficio ſuſpendendi veniũt
cap. à crapula, de vit. & boneſtat. cler. de
qua materia *Menoch. de arbitr. iudic. ca-
ſu 404. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 13.
§. 27 Farinac. in fragment. crim. part. 1.
lit. C. n. 246. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 2.
ſect 2.*

8 Cæterum reſpectu ſecularium, & lai-
carum perſonarum ad bonum finem
per modum prouiſionis condeſcende-
rem poſſe fieri mandatum pœnale illis,
quibus ex frequentia tabernarum ſole-
rẽt ſe inebriari, & rixas facere, ac fami-
liam, & vxorem ſuam inquietam tene-
re, vt practicarum dicit *Bellect. diſquiſ.
cleric parta, §. 20. in fin.* quoniam gene-
ralem prohibitionem reſpectu omniũ
agnoſco in grauamen, non autem re-
ſpectu alicuius particularis pro eius,
vel alterius bono, quaſi (liceat mihi ita
loqui) quod caſus mixtus non continea-
tur ſub ſimplici, cum aliter ſit iudican-
dum de mixto, & aliter de ſimplici, *An-
char. conſ. 37. n. 6. & ſeq. Angel. conſ. 257.
& 328. Dec. conſ. 332.*

Et ratione euitandi malum, & faciẽ-
di bonum multa debent concedi, quæ
aliàs eſſent fieri prohibita; quando in-
quam ad bonum dirigitur prohibitio
non prohibendorum nunquam poteſt
ſubintrare grauamen.

Minus inquam mali ſapit reſtringe-
libertatẽ alicuius, ne accedat ad taber-
nas, dum ex illarum frequentia deinde
vinolentus, & ebrioſus euadens alios
inquietet, quam in eiuſdem libertate id
concedere, & poſtea euenire rixas, ru-
mores, & ſimilia publicam quietem
deuaſtantia.

10 Vnde licebit malum minus eligere
de duobus malis, vt vulgò circumferri
ſolet, & probatur ex regula *l fin. C. de fi-
deiuſſor. & in l. legis virtus, ff. de legib. c.
omnis, 3 diſt. cap 2 13. diſt. cap. hac ratio-
ne, 31. q. 1. D. Thom 1. q. 93. artic. 3. ad 3.
Castr. de leg. pœnal. cap. 9. lib. 2. Suar. de
legib. lib. 3. cap. 15. & 16.*

11 Ex quo quidem fundamento deſcen-
dit accidentaliter, & ſecundum quid
perplexum inter duo, quorum alterum
neceſſarium eſt facturus, & vtrumq;
arbitratur eſſe peccatum iuſtè poſſe, &
teneri eligere, quod ſibi videtur minus
ad finem euitandi maius, patet ex *cap.
duo mala, 13. diſt. cap. ſi aliquid, 22. q. 4.
D. Thom. 1. 2. q. 19 art. 6. ad 3. ubi Medin.
q. 1. Valent. 1. 2. q. 14. Suar tom. 4. de pœn.
diſp. 4. ſect. 10. nu. 4. Sayr. de cenſur. lib. 1.
de cenſur. lib. 1. cap. 13 n. 30. Rodriq. in
ſum. c. 51. n 6. tom. 2. Azor. inſtit. moral.
part. 1. lib. 2. cap. 18. q. 5. Sanch. in tract. de
matr. diſp. 11. n. 15. lib. 7.* reſpectu enim
11 maioris mali minus habet rationem
boni, *Couar de ſponſal. cap. 7. §. 2. num. 9.
part. 2. Henriq. in ſum. cap. 6. §. 7. lit. F.
lib. 12. Leſſ. de iuſtit. & iur. cap. 23. nu. 21.
lib. 2.*

13 Cuius ſanè illationis redditur ratio,
quia licet actio illa eligendi minus ma-
lum ex duobus ſit in ſe, & abſolutè in
illud minus malum exiſtimatum libera,
& ita ſit libera naturaliter (vt ſuppo-
nunt) & in genere entis, tamen præfata
eligendi actio non eſt moraliter (& vt
aiunt) in genere moris libera, in ordine
ſcilicet ad maiorem culpam euitandã,
nam ſuppoſito illam non poſſe aliter e-
uitari niſi per minoris mali admiſſionẽ,
iam id nequit non admitti, nec valet
moraliter vitari, & conſequenter mini-
mè poterit dici liberè amari, & proin-
de nec in eo peccari, quoniam ad indu-
cendum peccatum eſt de ſubſtantia
vtraq; libertas, videlicet illa, per quam
feratur voluntas in obiectum malum,
quod ſecundum ſeipſum naturaliter, &
abſolutè loquendo ſit eligibile; & alte-
ra, per quam feratur in illud, vt poſſibi-
le vitatur moraliter, ſcilicet ea occaſio-
ne, in qua moraliter poſſibile ſit illud
vitari ad inſtar eorum, quæ de neceſſa-
rijs requiſitis vt peccatum cenſeatur

vo-

interpretari poteſt, *Iaſ. in l fin. nu. 19 ff. de Conſtit. Princ. Oldrad conſ. 50. Ancb. conſ 161 Imol. conſ. 121. Alex. conſ 215. lib. 7. Tuſc concl 50 lit. B. Molina de primogen. cap. 42. lib. 1.* Maximè quia ſi ſequeretur fraus, poſſet reſpectu illam committentium adoperari tale remedium cogendi vt præſtent decimam in manipulis, & gregnis.

14 Non eſt enim occurrendum cum tertij innocentis præiudicio his, quæ euenire poſſunt vti indeterminatam veritatem habentibus *argum. l. ventre, ff. de acquiren. hæredit. l ſi putator, ff ad l. Aquil. l qui bona, § cum inter. ff. de damn. infect. D. Thom. 1. part. q. 14 artic. 13 & lib. 1. contra Gent. cap. 67.* Curt. Conimbr. *in com. ad Logi. lib. 1. cap. 8. art. 3. quæſt. vnic.* ſed iuxta morbi acceſſiones de-

15 bent applicari, & ſubminiſtrari remedia.

16 Nec ratione cooperiendi vnum altare, debet & aliud diſcooperiri, *Butr. conſ. 40. in fin.* iuxtà *text. in cap. cum cauſam, de præbend. & dignit.* de quo recẽter *Aluar de Velaſc in tract. de priuileg. pauper. p. 1 q. 44. ſub n 98.*

17 Et melius eſt nocentem dimittere, quàm ex cauſa nocentis innocentem punire, & grauare, *l. abſentem, ff. de pœn.* cum coadunatis per *Card. Tuſc. concluſ. 41. n. 3. lit. A. & concluſ. 55. n. 2. lit. O.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli grauantur vbi prohibentur edere, vel bibere in cauponis, ſiuè tabernis, ſed vide n. 8.*

2 *Laicis eſt licitum adire tabernas, licet non ſit laudabile.*

3 *Quis quis debet edere domi ſua, & non in tabernis, & quare n 4.*

4 *Cauponarum inſtitutio non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis.*

5 *Taberna loca ſunt hodie intemperantiæ, & incontinentiæ.*

6 *Clerici prohibentur intrare tabernas, & quando permittatur.*

7 *Clerici ab ebrietate ſe abſtinere debent, & moniti niſi abſtineantur ſuſpendi poſſunt ab officio, & beneficio.*

9 *Caſus mixtus non continetur ſub ſimplici.*

10 *De duobus malis minus eſt eligendum, & quare n. 13.*

11 *Eligi debet quod minus eſt peccatum ad finem euitandi maius.*

12 *Minus malum habet rationem boni reſpectu maioris mali.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi acceſſus ad Cauponas, ſiuè Tabernas eis ſub pœna prohibeatur.

GRAVAMEN II.

1 CVM antiquis temporibus per Capitaneum terræ S. Gregorij eſſet emanatum bãnum ne ciues ad tabernas accederent ad bibendum. & edendum ſub pœna carolenorum quinque, & contra tranſgredientes illam vellet exigere, habito recurſu ad S. Conſ. per Conſiliarium Belmundez facta relatione de hoc, & alijs fuit prouiſum, quod Officialis deberet abſtinere à tali executione facienda, & quod de banno nulla habeatur ratio.

2 Non eſt enim vetitum laicis illas adire, licet non ſit laudabile, *Menoch. de arbitr. caſ. 533. Bellect. de iur. cler. tit. de diſciplin. cler. § 20. nu. 15 Barboſ. de iure Eccleſ tit. de vit. & honeſt cler. cap 40. n. 72.* cum quiſqi debeat domi ſuæ ede-

3 re dum eſt ciuis de loco; nam cauponа-

4 rum inſtitutio non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis reperta, *l. licet gratis, § in factum ff nautæ caup. & ſtabul.*

5 At minimè nego tabernas eſſe hodie loca, & fomenta temperantiæ, & incõtinentiæ. *l. palam, § ſi qua cauponam, ff. de rit. nupt. l Athlet § ait Prætor ff. de his qui not. infam. l quæ in adulterium, & ibi gloſſ. ff. ad l. Iul. de adult.*

6 Inde peculiatè de iure canonum illarũ

fre-

frequentatio eſt interdicta Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, ita vt illas niſi cauſa longioris itineris ingredi prohibeantur, *cap non oportet cum duob. ſequ. 44 diſt. cap. pen. d. vit. & boneſt. cleric. Vgolin de poteſtat. Epiſcop cap 13. §. 29. Diaz in pract. crim. Canonic cap. 80. n. 3. Graſſ. in deciſ. Aur. lib. 1. part. 2. cap. 8. n 9. et 10. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 4. n. 12. Ricciull. in tract de iur. perſon. lib. 8 cap. 7. nu. 15.*

Quare cum ratione ab aliquibus locorum Illuſtriſſimis Ordinarijs reſpectu Eccleſiaſticarum perſonarum ſolent fieri prohibitiones ne ad tabernas propriorum locorum, in quibus degūt, accedant, & ego conſulo fieri, quia eui-
7 tatur occaſio crapularum, & ebrietatis, à quibus Clerici ſe abſtinere debēt, ita vt ſi moniti fuerint, nec curent, ab officio, & beneficio ſuſpendendi veniūt *cap. à crapula, de vit. & boneſtat. cler.* de qua materia *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 404. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 27. Farinac. in fragment. crim. part. 1. lit C. n. 246. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 2. ſect 2.*

8 Cæterum reſpectu ſecularium, & laicarum perſonarum ad bonum finem per modum prouiſionis condeſcenderem poſſe fieri mandatum pænale illis, quibus ex frequentia tabernarum ſolerēt ſe inebriari, & rixas facere, ac familiam, & vxorem ſuam inquietam tenere, vt practicatum dicit *Bellect. diſquiſ. cleric parta, §. 20. in fin.* quoniam generalem prohibitionem reſpectu omniū agnoſco in grauamen, non autem reſpectu alicuius particularis pro eius, vel alterius bono, quaſi (liceat mihi ita loqui) quod caſus miſtus non contineatur ſub ſimplici, cum aliter ſit iudicandum de miſto, & aliter de ſimplici, *Ancbar. conſ. 37. n. 6. & ſeq. Angel. conſ. 257. & 328. Dec. conſ. 332.*

Et ratione euitandi malum, & faciēdi bonum multa debent concedi, quæ aliàs eſſent fieri prohibita; quando inquam ad bonum dirigitur prohibitio non prohibendorum nunquam poteſt ſubintrare grauamen.

Minus inquam mali ſapit reſtringere libertatē alicuius, ne accedat ad tabernas, dum ex illarum frequentia deinde vinolentus, & ebrioſus euadens alios inquietet, quam in eiuſdem libertate id concedere, & poſtea euenire rixas, rumores, & ſimilia publicam quietem deuaſtantia.

10 Vnde licebit malum minus eligere de duobus malis, vt vulgò circumferri ſolet, & probatur ex regula *l fin. C. de fideiuſſor. & in l. legis virtus, ff. de legib. c. omnis, 3 diſt. cap 2 13. diſt. cap. hac ratione, 31. q. 1. D. Thom 1. q. 93. artic. 3. ad 3. Caſtr. de leg. pœnal. cap. 9. lib. 2. Suar. de legib. lib. 3. cap. 15. & 16.*

11 Ex quo quidem fundamento deſcendit accidentaliter, & ſecundum quid perplexum inter duo, quorum alterum neceſſarium eſt facturus, & vtrumq; arbitratur eſſe peccatum iuſtè poſſe, & teneri eligere, quod ſibi videtur minus ad finem euitandi maius, patet ex *cap. duo mala, 13. diſt. cap. ſi aliquid, 22. q. 4. D. Thom. 1. 2. q. 19 art. 6. ad 3. ubi Medin. q. 1. Valent. t. 2. q. 14. Suar tom. 4. de pœn. diſp. 4. ſect. 10. nu. 4. Sayr. de cenſur. lib. 1. de cenſur. lib. 1. cap. 13 n. 30. Rodriq. in ſum. c. 51. n 6. tom. 2. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 18. q. 5. Sanch. in tract. de matr. diſp. 11. n. 15. lib. 7.* reſpectu enim
11 maioris mali minus habet rationem boni, *Couar de ſponſal. cap. 7. §. 2. num. 9. part. 2. Henriq. in ſum. cap. 6. §. 7. lit. F. lib. 12. Leſſ. de iuſtit. & iur. cap. 23. nu. 21. lib. 2.*

13 Cuius ſanè illationis redditur ratio, quia licet actio illa eligendi minus malum ex duobus ſit in ſe, & abſolutè in illud minus malum exiſtimatum libera, & ita ſit libera naturaliter (vt ſupponunt) & in genere entis, tamen præfata eligendi actio non eſt moraliter (& vt aiunt) in genere moris libera, in ordine ſcilicet ad maiorem culpam euitandā, nam ſuppoſito illam non poſſe aliter euitari niſi per minoris mali admiſſionē, iam id nequit non admitti, nec valet moraliter vitari, & conſequenter minimè poterit dici liberè amari, & proinde nec in eo peccari, quoniam ad inducendum peccatum eſt de ſubſtantia vtraq; libertas, videlicet il la, per quam feratur voluntas in obiectum malum, quod ſecundum ſeipſum naturaliter, & abſolutè loquendo ſit eligibile; & altera, per quam feratur in illud, vt poſſibile vitatur moraliter, ſcilicet ea occaſione, in qua moraliter poſſibile ſit illud vitari ad inſtar eorum, quæ de neceſſarijs requiſitis vt peccatum cenſeatur

vo-

voluntarium, docet *D.Thom*.1.2.*q* 13. *art.6. in corp.* & ſcribit præ cæteris *Tolet.in ſum.lib.3.cap.*1.

Sic in effectu vbi neceſſitas coarctat alterum de duobus malis eligere, tunc eligens minus malum nihil aliud formaliter gerit, quàm adimplere præceptum pluris agendi præcepti de maiori malo vitando, quare cum huiuſmodi electionem minoris mali operetur ex præcepto, vtiq; in eadem non valet argui de peccato, *argum.text. in l.iuſtè poſſidet, ff.de acquir. poſſeſſ.& cap.quod quis, de regul.iur.in 6.*

Sicq; in diſcurſu habito cum quibuſdam religioſis vna die annuebam.

SVMMARIVM.

1 *Bona campeſtria ſita in territorio infeudato, præſumuntur allodialia, non feudalia: etiam ſi Barones ſint inueſtiti cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs, n.*2.

3 *Bona in dubio præſumuntur allodialia, non feudalia.*

4 *Feudalitas eſt quædam ſeruitus.*

5 *Seruitus non præſumitur, niſi probetur.*

6 Andr.in cap. 1.§.quidam tamen, nu.3.verſ.ea verò, de controuerſ. inter maſcul.& fœm. *nõ recipitur.*

7 *Prædia ruſtica faciliùs præſumuntur allodialia, quàm caſtra, & principatus.*

8 *Res allodialis quomodo probetur, & quibus coniecturis, nu.*9.*&* 10.

11 *Res quaſi feudales qui vindicat, quid probare debet.*

12 *Vaſſalli grauantur quando barones illos cogunt vt bona campeſtria ſita in territorio infeudato recognoſcant vti feudalia.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando Barones illos cogunt, vt Bona Campeſtria ſita in Territorio infeudato recognoſcant vti Feudalia.

GRAVAMEN III.

1 NOn deſunt, qui illam agnouerũt opinionem, Bona ſcilicet cãpeſtria ſita in territorio infeudato præſumi allodialia, & non feudalia, vt fuerunt *Afflict.dec.*267.teſtificãs, ſic fuiſſe deciſum *Boſſ. in tit.de Principe num.*242. *Clar.in §. feudum, quæſt.* 18. *num.* 2. qui pariter ſic iudicatum recẽſet *Maſard. in tract. de probat. concluſ. 79.num.7.Surd.conſ.*151. *nu.66. & conſ.* 311.*nu.6.&* 52.

2 Quam ſanè ampliarunt & alij, licet Barones eſſent inueſtiti cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs, quia nec ex tali verborum generalitate præſumendi ſunt habuiſſe prædia, quæ poſſident in territorio infeudato, vigore illius inueſtituræ, itaut non obſtantibus illis verbis prædia præſumuntur allodialia, *Alex conſ.*55. *num* 19. *vol.*4. *Decian.conſ.33.num.50.vol.1. Surd.conſil.* 311.*nu.*12. & alibi, *Nacta conſ.*313. *num* 2 *Roland.conſ.46.nu.65. & 67.li.3. Sol.ſuper decret.Reſpubl.gloſſ.1.num.10. & 14.part.* 3. vbi quod ita fuit determinatum, *Menoch.conſ.379.nu.79.*

3 Habet, inquam, in tutorem horum opinio axioma illud generale, Bona in dubio præſumi allodialia, nec feudalia, *cap.1.§.defuncto, ſi de feud. defunct. content ſit inter domin. & agnat. vaſſall. cap.1.de controuerſ. inter maſcul. & fœmin.* cum coadunatis à *Gabriel. concl.3. de feud.Menoch.de præſumpt.lib 3. præſumpt.91.*

4 Eſt enim feudalitas ſeruitus, ad *gloſſ.* communiter ab omnibus receptam *in l. ſicuius, §. ſi vſufructus, in verbo, oportere, ff.de vſufruct.*

5 Quæ non præſumitur, niſi probetur, vulg. *l.altius, C.de ſeruit & aqua, l.cum eo, & l.Imperatores, ff. de ſeruit. vrban.*

præ-

prædior.l.domum,ff.de regul.iur.l.flumi-
num,§.fin. & l.proculus,ff.de damno in-
fecto, Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præ-*
ſumpt.3. Miſinger.obſeruat.25.centur.5.
Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.cap.156.&
de præſumpt.lib.3.præſumpt.89. vbi *n.6.*
ampliat, etiam ſtante quaſi poſſeſſione
ſeruitutis, & *& præſumpt. 91. & lib. 6.*
præſumpt.29.Surd. dec 177. Teſaur. de-
ciſ.216.Maſcard.de probat.concl.79.209.
& 1305.

6 Itaut quod traditum eſt à noſtro au-
riga *Andrea in cap.1.§.quidam tamen*
num.3.verſic.ea verò,de controuerſ.inter
maſcul. & fœmin. prædia à Baronibus
poſſeſſa in territorio infeudato,ſi alium
titulum acquiſitionis non oſtendant
in dubio præſumi acquiſita ex præam-
bulo titulo inueſtituræ factæ cum ter-
ris,pratis,ac alijs iuribus, & pertinen-
tijs eſſe communi calculo reprobatum,
ex magis communi apud Roland. *conſ.*
2.num.16.vol.3. Surd. conſil.161. nu.56.
& alijs, quos ſecum vehit recenter tu-
tatur *Bellona conſ.44. num. 8. num.3.* id
verius agnoſcens, quando tractaretur
7 de prædijs ruſticis, quæ faciliùs præſu-
mūtur allodialia,quam caſtra, & Prin-
cipatus,vt ſcribunt *Roland. conſ. 50. nu.*
38 *volum.3.Menoch.conſ.395.n.5. Surd.*
d.conſ.311.nu.6.

8 Et hæc omnia veriora reddētur, vbi
coniecturæ excludentes feudalitatem
inſurgerent, quia tunc haberet proba-
tionem probatam,& inter illas habebit
locum,quando nulla reperitur accepta
inueſtitura,nec facta conſignatio,*Paris*
conſ.16.num.19.vol.4. Menoch.conſ.191.
num.16.& 19. Decian.conſ.95. volum.5.
Surd in d.conſ.311.n.10. qui *in conſ.151.*
9 *n.32.*aliam reputauit veram,quoties ba
na vendita ſunt in liberum, & francum
allodium, quod pariter docuit antea
Andr.in cap.1. § quidam tamen,n.3 de
controuerſ. inter maſcul. & fœm. & ſe-
ctarunt præ cæteris *Brun. conſ. 127. col.*
*10.& Afflict.dec 367.nu 3.*idemq; erit,
10 vbi pars bonorũ eſſet feudalis, & pars
allodialis, neque conſtet quæ ſit feuda-
lis, cum in dubio habeant repugnantiã
feudalitatis, *Roland.conſ.82.n.17.vol.2.*
Menoch.conſ.515.n 9.Surd.conſ.135.nu.
132. dicentes volētem bona quaſi feu-
11 dalia vendicare teneri probare,nedum
bona fuiſſe in feudum conceſſa, ſed pa-
riter illa quæ vendicant eſſe illa, in feu-
dum data alias ſuccumbere refert, &
ſequitur *Bellon.*qui ſupradicta,& alia
coaceruat *conſ. nuper adducto* 44.

12 Quare ad noſtrum deueniendo inſti-
tutum ex ſupradictis facilè exoritur
Vaſſallos grauari,quando Barones illos
cogunt ad recognoſcenda vti feudalia
bona campeſtria in territorio infeuda-
to ſita:

Et proinde dum quidam Baro id at-
tentare voluiſſet, Sacrum Regium Cō-
ſilium prouidit vt abſtineret.

SVMMARIVM.

1 *Condemnati per Iudices Baronales,*
ſi appellauerint pendente appella-
tione, non tranſmittuntur ad au-
res Iudicis ad quem.
2 *Curati non ſunt amouendi, penden-*
te appellatione à carceribus,in qui-
bus reperiuntur,n. 3.& 5.
4 *Carcerati ſi appellatione tranſmit-*
tuntur.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando con-
demnati pendente appellatio-
ne, nullo præcedente ordine
Iudicis,ad quem eſt appellatũ,
amouentur à Carceribus, in
quibus reperiuntur, & tranſ-
mittuntur ad carceres Tribu-
nalium ſuperiorum.

GRAVAMEN IV.

1 VBi Vaſſalli ſunt condemnati
per Iudices Baronales, &
fuerit ab eis appellatum ad
Regias prouinciales Audiē-
tias, vel ad Magnam Curiam Vicariæ,
non poſſunt à Baronali Curia tranſmi-
tti ad carceres dictorum Tribunaliũ,
ad

ad quæ appellarunt, & eum quidam Baro id ſæpius ageret in odium Vaſſallorum appellantium habito recurſu ad Sacrum Regium Cōſilium extitit prouiſum vt abſtineret, niſi ordo Iudicis ſuperioris præcederet.

Vnde grauamen erit, ſi id attentauerint vtiles terrarum Domini, vel eorū Officiales.

2 Regulariter enim appellatione pendente carcerati non ſunt adimēdi à carceribus, in quibus reperiuntur, *l. eos, §. ſuper his, & l minimè, vbi Bald. n. 2. C. de appellat. Beluiſ. in cap.* Romana, *§. contrahentes, n.* 118. *de foro compet Bouad. in Polit. c.* 16. *nu.* 103. *lib.* 2. latiùs *Reuſner. d c.* 24 *lib.* 2. *Guid. Pap. dec.* 48. *n.* 39.

Et vigore *Pragm.* Regni 43. *ſub rubr. de offic. Magiſtri Iuſtitiarij*, ſtat expreſsè ſancitum vt appellatione etiam pēdente captiui non commoueantur à carceribus, in quibus reperiuntur extra ciuitatem, & eorum cauſæ terminētur, ſi terminari valeant abſq; illorum perſona, nec tractetur de illis aſportādis ad carceres Magnæ Curiæ, niſi in Tribunali audito Fiſco.

4 Tali modo vt carcerati minimè veniant amouendi à carceribus, in quibus reperiuntur appellationis tempore, niſi pro illorum expeditione ſit neceſſaria eorundem perſona coram Iudice ad quem.

5 *Et Sacra Cōgregatio Eminentiſſimorum Concilij Interpretum ſub die xvj. Octobris de Anno* 1600. adhuc determinauit appellationis cauſa pendente appellātem eodem, in quo reperitur carcere, permanere debere, quouſq; Iudex ad quem appellatum eſt viſis actis, & cauſa cognita aliter decreuerit, & tunc ſi à Iudicis ad quem decreto vim diffinitiuæ habente fuerit appellatum, nihil reddere, aut pro ſui decreti executione attentare poteſt, donec aliud à Iudice ſuperiori ordinatum extiterit.

SVMMARIVM.

1 *Baro habens ius paſcendi armenta animalium, an poſſit depaſci facere capras, oues, & alia animalia minuta, & nu. 4.*

2 *Appellatione armenti veniunt Boues, Vacchæ, Bubali, & ſimilia.*

3 *Armentum intelligitur de animalibus groſſis.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quoties Barones habentes ius paſcendi Armenta Animalium aliquibus in locis Vniuerſitatum, in illis depaſcere faciunt capras, oues, & alia Animalia minuta.

GRAVAMEN V.

1 SVppoſitum eſt mihi in facto quendam vtilem Dominum ex conuentione priſcis temporibus habita cum Vniuerſitate ſuorum ciuium, & Vaſſallorum habere ius depaſcendi in nonnullis montaneis armēta animalium, qua de cauſa prætendebat poſſe depaſcere, ibidem facere capras oues, & ſimilia animalia minuta.

Cùmq; in conuentione inita, & in inſtrumento non expreſſa reperiebatur animalium qualitas, ſed in genere loquebatur de armentis: tranſiui cum opinione grauari Vaſſallos dum intendebat de facto illis in locis boues, capras, & alia minuta animalia depaſcere facere.

2 Mouebar ad id aſſerendum, quia dū in conuentione fiebat mentio de armentis, continebantur boues, vaccæ, bubali, & ſimilia maioris exiſtentiæ animalia, non autem greges ouium, & caprarum, ad *text. in l boues, vbi* Rebuff. *fol mihi* 387. *ff. de verb ſignif. l ſeruis, §. armento, ff. de leg.* 3.

Coadiuuat hanc opinionem *Bart. in* 3 *l.* 4. *C. de milit. veſt.* quatenus docet armentum in dubio intelligi de animalibus groſſis, & magnis, gregem verum intelligi de inferioribus, & ſic pecudibus, & ſimilibus minutis animalibus.

Idq; tantò magis ſuadebam verum; nam per *text. in l.* 1. *ff. de abigeis*, probat *Rebuff. in l. Neratus, verſ. quinque, ff. de*

ff. de verbor. ſignificatione.

4 Vide pro poſtri inſtituti coronide, poterit fundari concluſio grauari Vaſſallos, quoties vtiles terrarum Domini ſub prætextu iuris paſcendi, quod habent reſpectu animalium groſſorum, velint paſcere eiſdem in locis animalia minuta, puta capras, oues, & ſimilia.

S V M M A R I V M.

1 *Aerarij, & tutores Baronum tenentur recipere frumenta, ordea, legumina, & ſimilia, & illa in eadem menſura reſtituere, nec ſi reperiatur augmentum, illud reſtituunt, num. 2.*

3 *Oeconomi, ſeù alii exigentes redditus à colonis pro dominis, ſi reperitur augmentum, non ſibi acquirũt, & num. 4.*

5 *Menſura debet eſſe bona, & iuſta.*

A R G V M E N T V M.

Vaſſalli Grauantur, ſi Barones velint pro ſe incrementum Frumenti, vel Ordei exact per Ærarios, & Conſeruatores bonorum Baronalium, dum ipſi offerunt quantitatem receptam conſignare in bona menſura.

G R A V A M E N VI.

1 INter cætera onera, quæ habent Ærarij, & Conſeruatores, ſeù Factores bonorum Baronalium eſt recipiendi frumenta, ordea, legumina, & ſimilia, quæ ex feudo colliguntur, quę cum recipiant in menſura, poſtea dum volunt illa conſignare ſufficiet recepta eadem in menſura bona, & iuſta reſtituere, nec ſi reperiatur augmentum, poterint cogi à Baronibus ad illud ſibi tradendum: tali modo, vt ſi contrarium practicare velint Barones, ſubintraret grauamen, ſaltem quià ſic communiter practicatur.

Siquidem licet *Angleſ. in flor quaſt.*
Th olog. 2. part. Mater. de reſtit. quaſt.
3 *de Oechonom. & depoſit. pag. 337.* fuerit in
opinione Oechonomos, & quemuis
alium, cui à domino redditus frumenti
à colonis exacti ſeruandi traduntur, nequeant
ſi quæ poſtea incrementa repeṙiãtur, ſibi retinere, ſed domino illa reſtituere
obligari.

4 Tamen contraria ſententia videtur
probabilior, vt illam probabilem noſcit
modernè *Sanch. in opuſc. moral. lib.*
1 cap. 5. dub. 7. n. 7. vbi teſtatur in fine ſic
reſpondiſſe doctos Magiſtros ab ipſo
per litteras conſultos, dicens talẽ Oechonomum
licitè poſſe retinere prædicta
incremẽta eo titulo, quod id ſoleat
eſſe emolumentum eorum, qui cuſtodiunt,
& accipiũt illud in menſura proprio
periculo, ſubiungit autem menſu-
5 ram eſſe exhibendam bonam, & iuſtam;
quia aliquid nõ deſideretur ex eo, quod
accepit, nullaq; fraus interſit operando,
vt creſcat, ac intumeſcat triticum,
vt collocãdo illud in locis humidis, vel
rigando hordeum, aut ipſum triticum
adaquando, quod ſæpius euenire ſolet,
& ſeruatur à viris malæ conſcientiæ.

Practicari autem deberet omninò anteſignana opinio quoties contraria eſſet conſuetudo in loco, vel pactum ſpeciale vigeret: quia tunc eſſet ſcrupulus retinendo incrementum, & ad reſtitutionem quis eſſet obligatus, & ita pluries conſultus varijs quippè vicibus conſilium impartitus fui, & periti Cõfeſſarij, & Theologi approbauere.

S V M M A R I V M.

1 *Mortui inquiſiti non debent ſuſpendi.*

2 *Iniuria non fit mortuo.*

3 *Homo mortuus non eſt homo.*

4 *Excommunicatus non eſt percutiens per-*

perſonam Eccleſiaſticam, & n. 5.
6 *Irregularis non eſt qui amputat principale membrum cadaueris.*
7 *Excommunicati decedentes, an debeant priuari Eccleſiaſtica ſepultura, & num.* 8.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando inquiſiti mortui mandantur ſuſpendi.

GRAVAMEN VII.

1 IN ſubditorum grauamē redundare, quoties inquiſiti mortui mandantur ſuſpendi elicitur ex *Boer. dec.* 316.*nu.* 10.*cum ſeq.* quatenus probat
2 mortuo non fieri iniuriam, quia non poteſt vulnerari, neq; ſuſpendi, nec puniri, ſequitur *Cardin. Tuſc.pract.concl. lit M.concluſ.* 389.
3 Recipit incrementum talis concluſio, quia homo mortuus homo non eſt, neq; pœnæ, aut medicinæ capax, ſicut & ſenſus expers noſcitur, *Gloſſ in l.ſeruo, ff de condit.indeb.* homo enim ex coniunctione animæ, & corporis ſubſiſtit, vt *in cap.in quodam, verſ.ſed aduerſ. de celebr.miſſar. Clem.* 1.*§.porrò, de Sum. Trinit.*

Conferunt quæ larga manu conglomerat *Dec.in cap.ad hæc, n.* 29.*cum ſequ, de priuileg.* ex quibus probat reſpuendā eſſe illorum ſententiam aſſeuerantium
4 excommunicationis in labem incidere percutientes Eccleſiaſticæ perſonæ cadauer, vt apud *Boer dec.* 316.*ſub nu.* 12. *Duen. regul.* 99. *ampliat.* 61. *Baiard ad Clar.§.fin q.* 77.*nu.* 16.*Dec.in tract.crim. part.* 2.*lib.* 2.*cap.* 17.*nu.* 19. non ſiquidem
5 dici poteſt Eccleſiaſtici cadauer percutientem, Clericum, ſeu Monachum percutere, & ſubinde deficere verba *can.ſi quis ſuadente,* 17.*q.* 4. quamuis *Graſſ.de effect.cleric.effect.* 9.*n.* 140. cum ante citatis, & alijs ſocijs contrarium firmet, ſecus annuens quoad irregularitatē incurrendam; nam ſi quis amputaret caput, vel aliud membrum cadaueris, non propterea efficeretur irregularis, ex *Rom.in l.*4.*n.* 59.*ff.de verb.oblig. Marſil. in l.fin.n.* 25.*ff.de quæſt. Felician. de cenſur tit.de irregular. cap.de quinta ſpecie, Maiol.de irregul lib.* 5.*cap.* 50. vbi tandē addit tunc non effici irregularem ex tali mutilatione, ſed ob ſcandalū, & horribilitatem eſſe arcendum à miniſterio altaris, *Cencd. collect.ad ius canonic.* 24. *n.* 9. qui alios readunat.
7 Nec ſi huic opinioni figere pedes velis reſiſtit decendentes in excommunicatione Eccleſiaſtica priuari ſepultura, & fortè ſepelita eſſe exumanda, & foris eijcienda, ad *tex.in cap.ſacris, de ſepultur.*

Siquidem ſuam recipit reſponſionē huiuſmodi obiectio, non eſſe inconueniens propter viuentis culpam pœnam manere poſt mortem continuatiuè, taliter, vt ſi ſemel viuentem cæperit afficere, in cadauer quoque duret, *ad tex. in l.*2 *ff de cadauer.punit.*

Quod in praxi videmus ſeruari reſpectu laqueo ſuſpenſorum, qui deindè in fruſtrà ſecantur, vulgò, *ſi ſquartano*, vel comburuntur. *ad tex. in l. capitali, §.famoſos, ff. de pœn. Tiraquel. in tract. de pœn temperand cauſ.* 49.*nu.* 42.
8 Igitur eò maximè congruit ſepulturę prohibitioni, quæ mortuorum corporum propria eſt, indè non eſt mirandum. ſi Eccleſia eius vſu mortuos priuet, cum viuentes ad talem ſepulturā permanendo in excommunicatione ius minimè habuere, ergo nec poſt mortē illa frui, annuendum eſt, iuxta probata à *Suar. de cenſur.tom* 3.*diſput.* 12.*ſect.* 4. *ſub num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſores Aerariorum, & Adminiſtratorum Baronum grauantur, ſi coguntur reddere rationes ſemel redditas, ſed ſunt liberati, & n.* 2.
3 *Fideiuſſor Officialis, cui ſemel computa reuiſa, & approbata fuerunt, liberatur.*
4 *Fideiuſſor Officialis de benè adminiſtrando, ſi in reuiſione fuerit reper-*

pertus legaliter adminiſtraſſet, & poſtea in alia reuiſione fuerit condemnatus, non tenetur.
5 *Fideiuſſor laudi, non tenetur de eo quod iudicat Iudex.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi exiſtentes Fideiuſſores Ærariorum, & Adminiſtratorum Bonorum Baronalium, quibus ſemel cōputa reuiſa, & approbata fuerunt, moleſtentur ſub pręteſtu, quod in noua reuiſione reperti fuerint tales Adminiſtratores eſſe debitores.

GRAVAMEN VIII.

1 VBicunque Aerarijs, & Adminiſtratoribus Baronalium bonorum ſemel computa fuerunt reuiſa, & approbata, fideiuſſores dati ab illis liberantur, & ideò etiam ſi in noua reuiſione repertum fuerit, quod tales Adminiſtratores debitores eſſent minimè tenentur.

2 Tali modo, vt vexari à Baronibus pro tali cauſa nequeāt, & ſi ſecus agatur granarentur vaſſalli, qui fuerunt fideiuſſores, prout ſic reperio prouiſum ad fauorem nonnullorum de Terra Rionigri exiſtente Commiſſario Conſiliario Vitellio.

3 Recipit iuuamen hoc aſſumptum ex illa concluſione, quod fideiuſſor Officialis, cui ſemel computa reuiſa, & approbata fuerunt liberatur, & ideò quāuis in noua reuiſione fuerit repertum, quod is debitor eſſet non tenetur, vt modernè concludit *Gerius Spinius conſil. 39. num. 17.* ex theorica *Guglielm. de Cuneo in l. fin.* per illum *tex. ff. de pact.* vbi annuit, quod cum quidam Officialis fideiuſſores præſtitiſſet de benè, &
4 fideliter adminiſtrando, & in reuiſione ſuæ adminiſtrationis repertus fuiſſet legaliter adminiſtraſſe, & proindè recepiſſet approbationem ſuæ adminiſtrationis, deindè autem in reuiſione rationis denuò facta, repertum fuiſſet aliquid in poſſe ſuo habere, ad quam quantitatem condemnatus extitiſſet, concludit, prælibatos fideiuſſores non teneri, nam dum vigore primæ viſionis ius liberationis ipſis quæſitum fuiſſet, amplius obligati non erant, & ita pariter tutantur *Ancbaran. quæſt. 15. lib. 2. Marſil. in rubr. de fideiuſſoribus, nu. 212.* fusè *Soccin. conſ. 91.* & antè iſtos *Bartol. Fulgoſ. & Iaſ. in cit. l. fin. ff de pact.*

Adiuuatur huiuſmodi concluſio à *Bald. in l final. num.* 18. C. *de contrahend.*
5 *emption.* quatenus docet fideiuſſorem præſtitum in cōpromiſſo ad laudi obſeruantiam minimè eſſe obligatum pro eo, quod iudicatur à Iudice reductionis laudi ad arbitrium boni viri redacti, *Ancbar. conſil.* 35. primi enim Rationales vices arbitrorum ſuſtinent, *Gabriel concl. 43. lib.* 1. vbi hac de ratione tutatur fideiuſſores non teneri pro eo, quod à nouis Calculatoribus declaratum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Contumax de delicto, pro quo venit imponenda mortis naturalis, ciuilis, membri amputationis, vel carceris perpetui bannitur per* Ciui*tatem, & loca ſolita.*
2 *Contumax perſeuerās in contumaciam, poſt annum foriudicatur.*
3 *Foriudicatio poteſt fieri ab Officialibus Baronum.*
4 *Contumax poſt annum habetur pro confeſſo, & à quolibet occidi poteſt præterquam ab vxore.*
5 *Citatio inquiſiti requiritur antequā procedatur ad ſententiam foriudicationis, necnon debent citari eius conſanguinei, amici, et vicini, n. 6.*
7 *Dilatio debet dari, ſi allegatur abſentia.*
8 *Clericatus, vel minor ætas ſi allegatur, quomodo prouidetur.*
9 *Exceptio clericatus poteſt opponi per agnatos.*

10 *Exceptio allegata quando non militat, quid faciendum.*

11 *Foriudicatio non poteſt fieri niſi prius inquiſitus banniatur per ciuitatem alta voce in locis ſolitis, num. 12. & 13.*

14 *Bannum debet continere perſonam Iudicis, & cauſam, pro qua bannitur, & nomen, & cognomen banniti.*

15 *Foriudicatio non poteſt fieri, niſi elapſo anno, & quando annus incipit currere, n. 16.*

17 *Foriudicandus debet eſſe viuus, & non mortuus.*

18 *Foriudicatio vt poſſit fieri, quæ requirantur, & quomodo hodie ſeruatur, num. 19.*

20 *Foriudicationis terminus põt abreuiari in cauſis arduis.*

21 *Foriudicatio poteſt fieri elapſis decem diebus contra contumaces euntes in comitiua forbanditorum.*

22 *Foriudicatio abreuiatur contra delinquentes cum ſcoppictis.*

23 *Guidati poſſunt foriudicari.*

24 *Foriudicatio in crimine raptus fit infra annum, & n. 28.*

25 *Foriudicatio contra inquiſitos de oſculo, fit poſt tres menſes.*

26 *Foriudicatio fit poſt ſex dies contra mercatores fallitos.*

27 *Foriudicatio poteſt fieri poſt quindecim dies contra Bancherios, & Magazenerios.*

29 *Forma banni hic reponitur.*

30 *Forma relationis banni facienda per iuratum.*

31 *Forma citationis ad foriudicationem.*

32 *Forma incuſationis vltimæ contumaciæ.*

33 *Sententia foriudicationis non poteſt fieri ſi conſanguineus, vel amicus inquiſiti appellauerit à decreto.*

34 *Forma ſententiæ foriudicationis.*

35 *Inquiſitus ſi comparuerit poſt latã ſententiam foriudicationis auditur, & quid ſi compareat aliquis agnatus. num. 36.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando non exiſtentibus requiſitis neceſſarijs pro delictis patratis ob eorum Curijs Baronalibus foriudicantur.

GRAVAMEN IX.

SAepè ſæpiùs quærulæ voces vaſſallorum audiuntur in Regijs Tribunalibus, eò ſub prætextu, quia clauſis oculis, vulgò (alla cieca) non ſeruatis neceſſarijs ſolemnitatibus, & requiſitis ſubſtantialibus pro delictis ab eis pattatis ad foriudicationis ſententiam cõdemnantur, quo in caſu illos grauari nullus eſt, qui neſciat.

Cumque materia ſit practicabilis, & tota die contingens placuit pro ipſius enucleatione nonnulla coadunare.

Vnde obſeruandum eſt, quod inquiſitus legitimè eſt citandus ad informãdum, *Oter.* poſt alios *Roman. lucubrat. diſput.* 26. qui ſi fuerit cõtumax effectus
1 de delicto, pro quo veniret imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, mẽbri amputationis, vel carceris perpetui bannitur per Ciuitatem per loca ſolita tãquam Curiæ rebellis, nè receptetur, neque ei præſtetur auxilium ab aliquo ſub pœna, quæ videbitur officiali, ſecũdum *Nigr. in c. Reg.* 155. *ſiue quis n.* 19.
2 & trãſacto anno, ſi talis inquiſitus perſeuerauerit in contumacia ad inſtantiã accuſatoris, vel Curiæ coadiutoris, ſi proceſſum ſit ex officio proceditur ad foriudicationem, *per Conſt. Regn. Pœnam eorum, vbi Andr. & Affl. nu.* 15. & 17. & *per Carau. in ritu* 270. quæ foriudicatio poteſt fieri ab officialibus Baronum, qui in eorum terris dicuntur etiam Iuſtitiarij, *Affl. in Conſt. Regni Magnæ Curiæ noſtræ notab.* 5. & *in Cõſtit.* Regni, *honorem*, Capibl. *in prag.* 6.

de

de Baron. Epiſc. Ricc. collect. deciſ. 2576. *Maſtrillus in tract. de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 103 *fol. mihi* 79. & faciunt tradita per *Gramm conſ.* 95. *in ciuil.*

4 Et fit foriudicatio, mediante tamen decreto, vt habeatur talis contumax tamquam cõfeſſus de crimine, & tamquam hoſtis publicus, ita vt à quolibet impunè occidi poſſit, ſecundum *Carau. in d. Rit.* 270. Aliam formã ponit *Clar. in §. fin. q.* 44 *n.* 14. *in fi. Præſ. de Franch. deciſ.* 276. vbi negat, occidi poſſe ab vxore.

5 Eſt tamen adnotandum, quod antequam procedatur ad ſententiã foriudicationis, inquiſitus debet citari peremptoriè ad dicendum, & allegandum cauſas abſentię, *l. accuſatore, ff. de public. iudic.* de forma cuius citationis videndus eſt *Nig. in d. cap. Reg.* 155. *ſiue quis, num.* 19.

6 Immo, vt dicit *Clar. d. q.* 44. *num.* 13. debent etiam citari eius conſanguinei, amici, ac vicini ad allegandum cauſas abſentiæ, prout idem aduertit *Gramm. in Conſtit. Reg. pœnam eorum, num.* 12. *Regens Tapia deciſ. S.C.* 49. *ſub nu.* 11.

7 Et tunc ſi pro delinquente allegetur abſentia, debet dari dilatio, ſi aliàs non fuerit data; vel ſi allegetur nullitas citationis, quia non fuit citatus domi ſuæ ſolitæ habitationis, vel quod relatio ſit falſa, debet dari dilatio; & in hoc obſeruabis, quod ſi citatio fuerit facta domi, quam vxor viri inquiſiti odioſa inhabitat, erit nulla, cùm non præſumatur illũ certioraſſe, vt pulcrè tradit *Merlinus controuerſ. forenſ. cap.* 41.

8 Sed ſi allegetur clericatus, vel minor ætas, nõ admittitur, & tunc decernitur, quod ipſo comparente prouidebitur, *Afflict. in Conſt. Reg. minorum iura, n.* 9. videndus *Danza de pugna Doctorum, tit. de foriudicatis, à num.* 24. *tom.* 1.

9 Tamen de clericatu adeſt *deciſ.* 329. *de Franch.* vbi habetur, quod exceptio clericatus poteſt opponi per agnatos. Sed quid in clericatu aſſumpto poſt foriudicationem, videndus eſt *idem Præſ. de Franch. dec.* 209.

10 At quando allegata non militant, decretum tunc interponitur procedẽdum eſſe, ſeruatis ſeruandis, ad prolationem ſententiæ foriudicationis, & ſi ſunt dubia, prouidetur quod omnia intimẽtur Curiæ coadiutori, & ipſo audito, prouidebitur vel quod remaneat prouidẽdum ſequenti Curia, & interim compareant cum Aduocatis ad dicendum quicquid voluerint; vel ꝓuidetur quod interponatur decretum, & ſuperſedeatur infra tot dies in prolatione ſententiæ, infra quos detur copia actorum, & aduocati ex aduerſo audiantur.

Et tandem ſi nemo pro delinquente comparuerit, accuſatis contumacijs, fit decretum procedendum eſſe ad ſententiã foriudicationis, ſeruata forma iuris, *de Leonardis in pract. offic. cap.* 13. *nu.* 40. *ex doctrina gloſ. mag. in d. conſt.* Reg. *pœnam eorum, & ibidem Andr. Grammat. conſ.* 1. *n.* 17.

11 At quia foriudicatio pendet à bannitione, idcirco ſi prius nõ banniatur, nũquam foriudicatur, *And. & Affl. in dicta conſt.* Reg. *pœnam eorum.*

12 Et bannum debet publicari per ciuitatẽ alta voce in plateis, & locis principalibus ipſius ciuitatis, *Affl. in conſt.* Regni *grandis, notab.* 8.

13 Et ſic non ſufficit, quod tale bannum fiat in iudicio Curia pro tribunali ſedẽte, ſed debet fieri per ciuitatem, aliàs poſſet allegari nullitas banni, vt dixit *Affl. loco citato*, quod bene ſeruatur in Curijs Baronum, ſed non in M. C. V. *Nig. in cap.* Regni *ſiue quis, n.* 19.

14 Quod bannum debet eſſe certum, & in ſcriptis, & continere perſonam Iudicis, & cauſam pro qua bannitur, & nomen, & cognomen illius, qui bannitur, annum, menſem, & diem banni, aliàs ſi non eſſet ſeruata talis forma, bannum non valeret, *Affl. in conſt.* Reg. *grandis, num.* 21. & in *Conſt.* Reg. *pœnam eorum, verſ.* 7. *Grammat. d. conſ.* 1. *num.* 17.

15 Foriudicatio itaque non poteſt fieri, niſi elapſo anno, aliàs foriudicatio eſt nulla, *Affl. in d. conſt.* Reg. *pœnam eorum, requiſit.* 8.

16 Qui annus non incipit currere, niſi à die factæ annotationis bonorum, *Affl. in conſtit.* Reg. *grandis, notab.* 6. *Thomas Gramm. conſ.* 1. *n.* 15. ſed contrarium habetur per *Præſ. de Franch. dec.* 515. vt ſ. currat à die banni, *D. Epiſcop. Ricc. collect. dec.* 1401. *par.* 4.

17 Et qui eſt foriudicandus, neceſſe eſt, vt ſit viuus, nam ſi eſſet mortuus, foriudicatio eſſet nulla, *Andr. & Affl. in dicta conſt. Reg. pœnam eorum, verſ.* 10.

18 Quæ autem requirantur in foriudicatione videas *Reg de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de prouiſ.fier.ſolit. §.4. nu.47. & Affiict.in d.conſt. Reg. pœnam eorum*, vbi quatuordecim requiſita congerit, & ſunt videlicet.

Primo, quod foriudicandus ſit accuſatus, vel inquiſitus de crimine publico.

Secundo, vt ſit citatus legitimè.

Tertio, vt citatio contineat omnia requiſita *Conſtit. Regni*, *citationis litteræ*.

Quarto, vt non comparuerit in vltimo petemptorio, & accuſatis contumacijs.

Quinto, quod declaret Iudex, quod citatus eſt contumax.

Sexto, qualiter fuit bannitus, & bona annotata, licet omiſſio annotationis bonorum non vitiet foriudicationem, *Franch.d.dec.515.n.9. Rouit.ſuper prag. de ſentent.foriudicat.n.4.*

Septimo, quod bannũ fuit publicatũ.

Octauo, ſi fuit elapſus annus à die banni.

Nono, ſi infra annum fuerit allegata abſentia.

Decimo, quod accuſator ſit viuus, vel iudex ſit idem, vel ſubrogatus.

Vndecimo, vt citetur inquiſitus antequam foriudicetur.

Duodecimo, vt ſaltim conſtet per indicia in proceſſu de crimine commiſſo per eũ. *Addit.ad Staiban.conſ.63.* dempta contumacia *Follerius in prag.de duelio, num.99. Viſcont.in concluſ.iur.in verbo foriudicatus.*

Decimotertio, vt contumacia accuſetur à Curiæ coadiutore, vel ab accuſatore, & petatur ab eis foriudicatio.

Decimoquarto, vt crimen ſit tale, quod veniat imponenda pœna mortis naturalis, deportationis, membri abſciſſionis, vel carceris perpetui. *Giurba conſ.83.*

19 Licet hodie non pro omni crimine quis foriudicari valeat, ſed pro illo tantum, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis. *Reg. Rouit. in prag.1. nu.34.de ſent.foriud. Gizzarell.decis.13. Viſcont. in concluſ. iur. in verbo foriudicatus, Capiblanc.ſing.48.* Vide ſi fuerit foriudicatus, qui ob delictum veniret puniendus pœna exilij, contra eum non poterit exequi ſententia foriudicationis, *Viu.dec.439.n.36. Thor.in compend. deciſ. in verbo foriudicatus ſi fuerit captus, tom 1.* Sed vbi imponitur pœna relegationis, & infra poterit banniri, quamuis non foriudicari, per *cap. Regni 155.incip. Siue quis, & per conſt Reg. incip. Grandis, vbi Afflict.notab.3.*

Tandem requiritur, quod ſententia foriudicationis feratur in ſcriptis, & quod contineat pœnas contentas in *conſt.Regni.*

Diximus ſuperius, quod foriudicatio non poteſt fieri, niſi tranſacto anno, hæc cõcluſio nõnullas recipit limitationes,
20 & primo poteſt dictum tempus abbreuiari in cauſis arduis, *Luc. de Penna in l.fin.q.6. C.de cenſit lib.11. Præſ.de Frãc. deciſ.213.n.35.* ad beneplacitum tamen Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domini Proregis propter arduas cauſas, & grauia delicta, prout etiam aduertit *D.Riccius collect.deciſ.1401.*

21 Secundo, poteſt fieri foriudicatio elapſis decem diebus, cõtra contumaces, qui vadunt in comitiua forbannitorum per nemora delinquendo, & inquietando, per *Reg.prag.1.de exulibus*, vbi *Carau n.12.& Foller.nu 5. Andr in conſt.Reg.pœnã eorum, & Alex.conſ.105. n.7.vol.5.*

22 Tertio, foriudicatio breuiatur infra annum contra delinquentes cum ſcoppictis, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, quo caſu fit foriudicatio elapſis quindecim diebus, non aliter anni circulo expectato poſt contumaciam, & declarari veros foriudicatos, prout per annum in contumacia perſiſtiti fuerint, *Reg.prag. & conſt.Reg.non obſtantibus*, prout diſponitur per *Reg. Nouell. prag.emanatã 31. Martij 1612. ab Illuſtriſs & Excellentiſſimo Domino Prorege, Comite de Lemos, vt in prag.de ictu ſcoppictæ*, & nouiſſimè ſtat ſancitũ *ab Excellentiſſimo Comite de Monteregio in prag.de arm.* edita de hoc an.1637.

23 Et etiam ſi fuerint guidati, poſſunt foriudicari, cum guidaticum nõ impediat foriudicationem, per *Reg. nouell. prag. eiuſdem Domini de Lemos emanatam 21. Martij 1612.*

24 Quarto, fit foriudicatio infra annum in crimine raptus, & poteſt fieri elapſis ſex menſibus, per *cap. Reg. vt fine*, vbi *Nig.n.71. Illuſtriſs.D.Riccius in collect. deciſ.1401.part.4.*

25 Quinto, foriudicatio poteſt fieri infra annum

annum contra inquiſitos de oſculo mulierum, poſt lapſum trium menſium, vt in *Reg.prag.* 1. *tit.de oſculantib.mulier.*

26 Sexto, poteſt fieri foriudicatio etiam nō expectato anno contra mercatores fallitos, qui ſe occultant per ſex dies, tunc enim citantur, & elapſis ſex alijs diebus, & non comparentibus, foriudicantur, & poſſunt impunè occidi, per *Reg. prag. emanatam in anno* 1536. *ab Inuictiſſimo Imperatore Carolo V. la* 1. *& 5. tit de nummular.* vt refert *Maxill. in conſuet. Bar. ſub rub. de ceſſ. bon. nu.* 34 *fol. mihi* 109. qui dicit hoc procedere contra fallitos dolo, & fraude, ſecus ſi caſu, & aduerſa fortuna.

27 Septimo, poteſt fieri foriudicatio poſt quindecim dies, nō expectato anno, cōtra bancherios, & magazenerios, facta prius citatione per proclama, *Maſtrill. in commentar. ad indult. general. cap.* 30. *n.* 3. *per d. Reg prag.* 1. *de nummular.*

28 Octauo, in crimine receptus citati nō comparētes infra quatuor dies, habentur pro veris contumacibus, & foriudicatis, ac ſi tales eſſent per ſententiam declarati, *Rouit. in prag.* 12. *num.* 3. *&* 5. *de exulibus.*

Cæterum hac occaſione non grauabor reponere formam banni, quæ talis eſt, videlicet.

29 NOS, *&c. pro Tribunali ſedentes loco, & more ſolitis, & conſuetis, & propriè in domibus, &c. declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod in præſenti anno* 1620. *Inditione* 7. *Iulij. Regnante, &c. ac dominante, &c. ſub Præſidatu, &c. fuiſſe commiſſum quodam homicidiū per N. in perſonam N. eum interficiendo doloſè, temerè, & appenſatè, & ſuper eo delicto fuit per nos, & noſtrā Curiam capta informatio, & citatus dictus N. ad informandum nos, & noſtram Curiam per N. iuratum ſub die T. menſ. qui. O non comparuit, nec aliquis pro eo, qua de re fuit contra eum ſub die N. accuſata prima contumacia, inſtante Curia coadiutore, & elapſis quinque diebus peremptorijs, neq; ipſe, neque aliquis pro eo comparuit, fuit inſtante Curia Coadiutore ſub die N. incuſata vltima contumacia, Curia pro Tribunali ſedente, &c. & inſtatum condemnari ad pœnam cōtumaciæ, & banno ſupponi, & eius bonorum annotationem fieri, & poſtmodum eadem noſtra Curia ſedente, ad pœnam in ipſa citatione contentam condemnatus, & declaratum ſupponendum eſſe banno, & annotationem eius bonorum faciendam ſub die, &c. & illa ſequuta ſub die tali, fuit, & eſt contumax, & pro contumace à nobis habitus, & reputatus, & ipſum tanquam contumacem, in contumacia perſeuerante, bannimus, dicimus, & expellimus ab omni protectione, & fauore Ciuitatis, etc. & eius diſtrictus; & bannimus, quod nullus dictæ Ciuitatis, ac diſtrictus, & in ea habitans, commorans cuiſcunq; cōditionis exiſtat audeat, nec præſumat acceptare dictum N. recipere, nec cum ipſo conuenire, nec practicare, nec ei modo aliquo locum, vel ignem dare ſub pœna, & ad poenam vnciarum auri centū, Curiæ in caſu contrarij, &c. immò ſi fortè contingerit ipſum videre, eundem capere ſi poteſt, qui videt poſſit inſequendo illum clamoribus, ac auxilium inuocare ſub pœna prædicta, &c. Ordinamus propterea omnibus hominib. & perſonis dictæ Ciuitatis, & diſtrictus, ac omnibus in illis commorantibus, qui requiſiti fuerint, vel ipſum, aut ipſos clamantes ſenſerint omne auxilium, vel fauorem illi, vel illis ſic perſequentibus, uel clamantibus ſub pœna prædicta præſtent, &c. ordinantes vni ex iuratis dictæ Ciuitatis, quod præſens bannum publicet in iudicio, & in omnibus locis dictæ Ciuitatis, & diſtrictus ſolitis, & conſuetis ſimilia banna publicari, & eo bannito, & publicato affigere in locis, quibus ipſa eadem banna ſolita, & affixa ſtare, &c.*

Digitized by Google

Quo banno emanato in locis prædictis debet periuratum fieri relatio, cuius forma talis eſt, v3.

30 *DIE, &c. N. Iuratus retulit mihi N. actuario, &c. banniſſe, & publicaſſe publica, alta, & intelligili voce dictum bannum in iuditio dictæ Curiæ, & alijs locis dictæ Ciuitatis ſolitis, ac conſuetis, vbi omnia banna, & ſimilia banniri, & publicari ſolent, præſentibus pro teſtibus, &c. & ita, &c.*

Diximus ſuperius, quod antequam deueniatur ad ſententiam foriudicationis inquiſitus contumax debet citari, & ne in materia tam curioſa illotis manibus tranſeamus, videndum eſt de forma citationis, quæ talis eſt, v3.

31 *NOS N. Capitaneus, &c. quibuſcunq; Iuratis noſtræ Curiæ inſolidum, & qui prius ad infraſcripta fuerit requiſitus ſalutem, ac diligentiam in commiſſis, ac ſcire te facimus, quod iam eſt elapſus annus, quod N. dictæ Ciuitatis eius iuribus non contentus armatus de menſe, &c. anno, &c. animo, & propoſito interficiendi, N. ipſum inſultauit, & occidit in loco tali, & N. citato vt debuiſſet comparere in certo termino ad informandum ipſam Curiam ſuper dicto homicidio, necnon citatus fuit ad recipiendum copiam capitulorum non comparuit: fuit quapropter per Curiæ coadiutorem accuſata prima contumatia contra eũ ſub die N. & elapſis quinque diebus fuit incuſata vltima contumatia, inſtante dicto Curiæ coadiutore, fuit bannitus, & condemnatus ad pœnam in citatione contentam, necnon fuit banno ſuppoſitus, et minimè comparuit, nec aliquis pro eo; vnde vltima die anni per Curiæ coadiutorem fuit accuſata vltima contumatia contra ipſum bannitum, et ipſum foriudicari ſecundum Conſtit. Regni, etc. Nos volentes cum æquitate procedere, decreuimus ipſum fore citandum antequam procederemus ad ſententiam foriudicationis; ideò vobis vt ſupra inſolidum commictimus vt peremptoriè citetur, moneatur, ac requiratur prædictus N. in eius domo, in qua pater, mater, et eius familia conſueuerunt hactenus commorari, et nunc commorantur vt infra terminum dierum trium coram nobis hora ſolita cauſarum in domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ dictæ Ciuitatis ſe præſentare habeat, et debeat, et compareat purgaturus contumaciam eius: et ſe deinde legitimè defenſurum, et pro eius maiori notitia voce præconia citetis dictum N. monens vt ſupra per Ciuitatem in locis ſolitis publicè, et cõſuetis ubi maior pars hominum ipſius Ciuitatis cõgregari ſolet, necnon eodem modo voce præconia requiras conſanguineos, affines, cognatos, et amicos ipſius N. quod ſi aliquis de ipſius conſanguineis affinibus, cognatis, agnatis, et amicis vellet bannitum ipſum defendere, vel legitimam cauſam abſentiæ ipſius allegare, et pro eo fideiuſſores idoneos de ſtando iuri, et ſe præſentando in forma præſtare, infra eundem terminum coram nobis in Curia compareat propoſiturus, et allegaturus cauſam, quam eidem bannito competere putaueris ad impediendam foriudicationis ſententiam ferendam contra ipſum N. aliàs ipſo non comparente, vel aliquo pro eius parte, vt ſupra procedatur per nos et noſtram Curiam ad foriudicationis ſententiam iuſtitia mediante, ideò citetur, et referatur vt ſupra quoniã, etc. coram quibus, etc. datum, etc.*

Et fiet deinde relatio per Iuratum, & die ſequenti inſtante Curiæ coadiutore, incuſetur prima contumacia in formã, &c. & elapſo triduo incuſatur vltima contumacia hoc modo v3.

32 *DIE, etc. Curia pro Tribunali ſedente citatus ſupradictus N. et eius*

et eius affines, conſanguinei, agnati, cognati, et amici voce præconia per loca ſolita, et conſueta dictæ Ciuitatis vt moris eſt, relatus, et in Banca vocatus dicta Curia pro Tribunali ſedente non comparuit, nec aliquis pro eo, qui eum excuſaret, nec aliquis pro eo, qui poneret abſentiam, inſtante dicto Curiæ coadiutore, et petente fuit accuſata vltima contumatia in forma, et expectatis cõſanguineis, affinibus, agnatis, cognatis, et amicis eius relatis, et vocatis in Banco alta, et intelligibili voce, et non comparentibus, nec aliquis comparuit pro eo, qui ipſum legitimis excuſationibus excuſaret, et abſentiæ cauſam proponeret, ſeu allegaret, inſtante dicta Curiæ Coadiutore, et petente hodie, etc. fuit accuſata vltima contumacia contra prædictum N. et per ipſam Curiam fuit decretum, fore et eſſe procedendum contra dictum N. inquiſitum vt ſupra ad ſententiam foriudicationis, et alios actus incumbentes, et ita per hoc ſuum, etc.

33 Antequam tamen proferatur ſententia foriudicationis conſanguineus, vel amicus inquiſiti, ſiuè ſit de citatis, ſiue non citatis in citatione ad foriudicandum poteſt compatere, & appellare à decreto, quod foriudicetur, qua pendẽte non poteſt ferri ſententia. *Rouit. in rubr. de ſent. foriud n. 32. de Franch. deciſ. 688. n. 2.*

Forma ſententiæ foriudicationis talis eſt, videlicet.

In Dei Nomine Amen.

34 N*Os N. Capitaneus viſis proceſſu, et informatione per nos, et noſtram Curiam fabricatis de homicidio patrato in perſonam N. in territorio eiuſdem Ciuitatis, et propriè, etc. de anno, etc. et menſe, etc.*

Viſa citatione facta nonnullis inditijs præcedentibus contra N. vt in termino peremptorio compareret in eadem Curia perſonaliter recepturus copiam capitulorum ſpecialis inquiſitionis ſuper dicto homicidio per ipſum N. patrato in perſonam dicti N. litemque conteſtaturus, et terminum ad ſe defendendum recepturus, et alijs pro vt in eadem citatione clarius eſt videre, viſaque relatione N. qui retulit, ſe citaſſe dictum N. præſentibus, etc. pro teſtibus, etc. viſiſque contumacijs ad inſtantiam Curiæ Coadiutoris contra eum accuſatis, ac decretum, ob quod dictus N. fuit contumax reputatus, et declaratus, et dictum ſupponi banno, etc. Viſa annotatione bonorum, facta ante citationem ad euitandum fraudes, et alia annotatione facta poſt contumaciam ſub die, etc.

Viſo banno contra eum emanato, et in locis publicis dictæ Ciuitatis publicato, quia à die dicti banni contra eũdem contumacem, et bannitum editi, fuit, et eſt annus elapſus, et vltra, pro vt apparet ex actis dictę Curiæ, et nobis ex proceſſu ipſo legitimè conſtitit, et conſtat de citatione, relatione, contumacia, interlocutoria, et banno prædictis, et ipſe bannitus ſuam contumaciam minimè purgare curauit, immo, et in ea perſtetit, et perſiſtit in derogationem nominis Illuſtriſſimi, et Excellentiſſimi Domini dictæ Ciuitatis, dictæque Curiæ pariter et honoris, Curiam ipſam, noſtramque iuriſdictionẽ contemnendo, idcircò eundem N. homicidam contumacem, & bannitum ad omnem contumatiam ſuperandam citari mandauimus, ac eius vxorem parentes, agnatos, cognatos, affines, cõſanguineos, amicos, ac vicinos, vt infra certum terminum in eadem citatione contentum in eadem Curia compare debuiſſent ad dicendum, opponendum, & allegandum quicquid dicere, opponere, & allegare voluerint contra tenorem dictæ citationis, & quare per nos, & dictam Curiam noſtram procedi non deberet contra ipſum N. ad foriudicationis ſententiam pro vt iura,

ra, Reg. Conſt. & Capitula volunt, & mandant, & huiuſmodi contumatiam purgaturus, & ſuper prædictis legitimè defenſurus, & dicti ipſius coniuncti comparerent ipſum excuſaturi, & defenſuri, vt ſimiliter in dicta citatione latiùs continetu, &c. cùmq. minimè dictus N. comparuerit in termino dato, nec poſt nec aliquis pro eo ad dicendum, opponendum, & allegandum aliàs contradicẽdum, qualiter ad prædictam foriudicationis ſententiam procedi non deberet contra ipſum N. Ideò nos N. qui ſupra Capitaneus pro Tribunali ſedentes loco, et more ſolito aſſidente nobiſcum N. actuario dictæ Curiæ noſtro decreto diximus, et declarauimus decretum N fore, et eſſe contumacem, et bannitum, procedendumq fore, et procedi debere per nos, dictam Curim ad dictam foriudicationis ſententiam contra dictum N. vt ſupra accuſata prius contumatia contra eundem ad inſtantiam Curiæ coadiutoris, et habita pro accuſata tanquam contra ipſum citatum, bannitum, contumacem, et non comparentem, Chriſti, et B.M. Virginis nominibus inuocatis, de quorum vultu rectè prodeunt iudicia, et oculi iudicantium reſpiciunt veritatem, ſacroſanctis quatuor Euangelijs coram nobis propoſitis, et per nos reuerenter inſpectis, etc. cum de elapſo dicto anno à die dicti banni contra eundem N. bannitũ, ac de præmiſſa citatione, et contumatia; necnon de requiſitione dictorum coniunctorum vicinorum, ac amicorum factis, vt dictum eſt modo prædicto, ac etiam voce præconia nobis, et dictæ Curiæ conſtiterit, et conſtat, pronuntiamus, ſententiamus, et declaramus prædictum N. bannito pro dicto homicidio, et in eius contumatia perdurantem foriudicandum eſſe, et foriudicari debere iuxtà ſacrarum Reg. et cap ſeriem, et tenorem pro vt ipſum per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam foriudicamus, ac foriudicatum eſſe volumus, et declaramus, ita vt deinceps nulla omninò remaneat licentia, ſeu facultas ſuper cauſa dicti homicidij ſe defendendi, ſed perinde habeatur, ac ſi confeſſus fuiſſet homicidium prædictum, ac etiam per diffinitiuam ſententiam condemnatus, ſitque foris omne aditum Iudicis conſtitutus in noſtri iudicij limina ſibi præcludantur, quod ſe contumatem fuiſſe negare non poſſet, qui nec per ſe tanto tempore in eadem Curia comparuit, nec per alium prætendentem legitimam cauſam eius abſentiæ, et probantem extitit, excuſatus nulla ſibi appellationis, ſeu ſupplicationis remedio N. ipſe ſupereſſe cognoſcat, ſed quoad omnia ferè pro mortuo habetur, et hoſtis publicus reputetur, ſic vt ab omnibus offendatur impunè, adeòquod ſi eum occiderit aliquis nullam proinde calumniam vereatur, ſed premium à gratia dicti Illuſtriſs. et Excellentiſs. Domini expectet ſecundum dictarum ſacrarum Conſtit. continentiam. Et ſimiliter qui eundem foriudicatum cæperit, dictoq; Illuſtriſ. Domino, ſeu nobis, aut ſucceſſori noſtro dictæq Curiæ præſentauerit, ſeu ſi præſentare, aut offendere voluerit præmium, et pœnam in dictis Sacr. Conſt. ſtatutam incurrat, etc. decernẽtes nihilominus bona dicti foriudicati veluti damnati ſi liberos, aut parentes vſq; ad tertium gradum non habeat dictæ Curiæ commodis applicanda fore, et eſſe, et applicari debere, pro vt per præſentes applicamus, niſi ſint feuda, vel alia ex conceſſione Regia, aut alio iuſto titulo acquiſita, in quibus deſcendentes liberi non ſuccedant ſi ante liberos natos habeat, vel conceptos, perſona ipſius foriudicati liberis numerata pro rata, et numero filiorum bona iuxtà dictarum Conſt. tenorem in ipſam Curiam decernimus obtineri, ita tamen, quod ſi ipſe bannitus, & foriudi-

dicatus vnum habeat filium, bona ipſa inter Curiam, & ipſum filium pro æquali portione diuidutur; ſin autem duos filios habeat, Curia in tertia admictutur, & ſic plures habet liberos eadem cenſura ſeruetur electione noſtra Curia reſeruata, vtrum partem dictorum bonorum habere voluerit, vel extimationem ipſius partis, ſi extimatio offeratur, & c. taliter in ſcriptis hanc noſtram diffinitiuam foriudicationis ſententiam proferentes in forma, & ita hoc ſuum, &c.

35 Poſtquam latum ſententiam foriudicationis ſententiam foriudicaturus, Iudice adhuc pro Tribunali ſedente, ſi inquiſitus compareat auditur, vt inquit *gloſſ. in Conſt. Reg. pœnam eorum. in ver. foriudicari, per text. in l. Diuus Antoninus, ff. de in integr reſtit.*

36 Sed quid ſi eum ipſe principalis cōpareat, ſed vnus ex agnatis, & cognatis ſuperueniat poſt lectam ſententiam Iudice tamen adhuc pro Tribunali ſedēte non debeat audiri, videtur *Rouit. in rubr. de ſentent foriud. à nu. 36.* qui dat cautelam vt agnatus petat admicti per reſtitutionem in integrum ad appellādum à decreto prædicto; & ego practicaui in Regia Audientia Capitanatæ, & latiùs perquiras in materia Danz. poſt hæc ſcripta habitum in *tract. de pugna, tit. de foriud. tom. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Campanæ ſi prohibeatur pulſatio pro certiorando populum de parlamento faciendo Vaſſalli grauantur, & quare. num. 4.*

2 *Parlamento, & electioni faciendæ quæ præcedere poſſunt, & debent.*

3 *Mos, & ſollemnitas in conuocatione eſt attendenda.*

5 *Campanæ effectus eſt congregare populum, vel Concilium.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones, vel Officiales impediunt, nè in parlamentis, ſiuè cōcilijs faciendis, præcedāt præconia, velut pulſatio campanæ, vel edicta, vt certioretur populus de tali actu faciendo.

GRAVAMEN X.

Ad inſtantiam Terræ Sibaris fuit porrectum grauamen contra Comitem eius vtilem Dominū, eò quia prohibebat ne pro parlamenro faciendo fierent præconia, 1 vel pulſaretur campana, & per Regium Conſiliarium Belmundez extitit prouiſum, quod Baro abſtineret, vt in cuiuſdam proceſſus copia ſatis antiqua perlegi.

Subiacet ſub illo clypeo tale decretum, quia eſt grauare ſubditos, quando veratur eis, nè pro parlamentis, concilijs, & electionibus faciendis poſſint facere præcedere præconia, pulſationem campanæ, ſeù tympani vulgo *(tamburro)* vel affigi edicta in locis publicis ad finem denunciandi populo actum explendum; & proinde in Vaſſallorum redundat grauamen quando Barones, vel Officiales id agunt.

2 Siquidem parlamēto poſſunt, & debent præcedere præconia, vel pulſatio campanæ, & edicta affigi denuntiando populo quidnam ſit agendum, vt ex *l. 2. in gloſſ. C. de decur. lib. 10. & l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. enunciat Trentacinq. var reſol. lib. 1. reſol. 1 num. 1. tit. quodcuiuſq. Vniuerſ nomin.* & in materia electionis faciendæ probat *Capibl. tract. qq. ſuper Pragmat. 10. de Baronib. cap. 72. n. 7. tom. 2.* vbi quod mos, & ſol-
3 lemnitas circa conuocationes eſt attēdenda *gloſſ in rubr. C. quemadmodum ciuil. muner. ſunt indic. lib 10. l. nominationum C de decur. lib. 10. & ibi Luc. de Penna, & Io. de Plat. Ripa in reſponſ. tit. de reſcript. cap. 21.*

Et

Et generaliter in hac materia conſuetudinem Regionis eſſe attendendã, patet *ex l.obſeruare*, C. *de Decurion. &* *l.fin.*C.*de Iure Fiſci lib.* 10. & in Regno habemus *pragm.2.ſub rubr.de Adminiſt. Vniuerſit.*

4 Concilia enim,& parlamenta huiuſmodi,non poſſunt fieri, niſi congregẽtur Ciues, quorum maior pars eſt neceſſaria,& ſaltem eſt vocanda, de quo tamen latius vide *Frentacinq. variar. reſolut.d.tit.quod cuiuſq.Vniuerſ.nomin. reſol.*1.

Et inter alios effectus campanæ eſt
5 congregandi populum,vel concilium, *Fuſc.de viſitat.cap.*14.*Ripa in tract.de nocturno temp.cap.*5.*num.*4 *cum ſequen. Nig.in cap.Regni, item boues, nu.*8.modernè *Danza in tract.de pugna Doctor. tit.de* Campana,*cap.vnic.n.*7.*tom.*1.

SVMMARIVM.

---

1 *Parlamenta fieri in die feſtiuo, ſi vaſſalli à* Baronibus *impediantur grauantur, & n.*5. *& quare n.*2.

2 *Cauſa in publica procedi poteſt, etiã in die feſto.*

3 *Diebus feſtis licet Ciuibus parlamenta facere,& eligere ad officia, & de ratione,nu.*4.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando impediuntur à Baronibus facere Parlamenta,& Concilia in diebus feſtiuis.

GRAVAMEN XI.

1 PRo opportuniori commoditate Ciuium, vt maior pars ipſorũ poſſit interuenire in parlamentis, & concilijs, & qui operibus ruralibus incumbunt adhuc ſint præſentes ſolent illa fieri diebus feſtiuis,cumq; quidam Baro ſub certo prętestu vellet impedire, imò mandare feciſſet per ſuum Capitaneum,ne in die quodam feſto vaſſalli agerent parlamentum, habito recurſu tempore meo ad Regiam Audientiam Apuleæ fuit iniunctus ordo dicto Baroni, quod abſtineret à tali impedimento.

Et quod liceret Ciuibus ſe congregare,& facere concilia, & parlamenta tam in die non feſtiuo,quam feſtiuo,penes Mancinum Actuarium.

Itaquod habuimus pro grauamine impedire ciues, ne in die feſto parlamentum,& concilium agere valeant.

2 Siquidem hoc importat cauſam,in qua etiam die feſto procedi poteſt, *l. publicat*, C.*de ferijs*, *Reg. Rouit. in comment.ad pragm.rubr.de ferijs, nu.*9.

Et cum tractetur de cauſa publica receptum eſt,quod actus talium conciliorum,& parlamentorum valeat,vt in noſtris terminis, *ex Specul. in tit. de ferijs*, *§.ſequitur, verſ porrò*,probat *Capiblanc.pract. quæſt.ſuper prag.*10. *de Baron.cap.*72.*nu.*6.*tom.*2.

3 Et in diebus feſtis licere ciuibus ad concilia huiuſmodi conuenire, & eligere ad officia,poſt *Caietan. ad D Tho.* 2.2.*quæſt.*122.*art.*4. tutatur *Bonacin. de præcept.decalog.diſput.*5.*quæſt.vnica*, *punct.*2.*propoſ.*1. *num.*9. reddens ratio-
4 nem,nam electio eſt opus animæ, quãuis terminetur àd negotia temporalia, quæ ſe habent tantum materialiter ad electionem,quæ formaliter, & in ſe eſt terminus conſilij, & opus animæ; & opera animæ, ideſt quæ ab anima procedunt permittuntur,& licitè fiunt in die feſto, exceptis aliquibus caſibus in iure expreſſis, *D.Thom.* 2.2. *quæſt.*122. *art.*4.*Nauar.in manual.cap.*13. *num.*12. *Graff.deciſ.aur.par.*1.*lib.*2. *cap.*34.*n.*16. *Sotus de.iuſtit. & iure*, *quæſt.*4. *artic.*4. *Suarez de religion. lib.* 2. *de diebus feſtis cap.*30.

5 Indè ad propoſitum reperio, quod *die* 13. *Nouembris de anno* 1593. facto verbo in Sacro Regio Conſilio per Cõſillarium Gizzarellum fuit prouiſum, quod Vniuerſitati Terræ Pratæ conuocato,& congregato die dominico, vel alio feſtiuo die Kal. Septembris cuiuſlibet anni, liceat facere electionẽ Syndici,& Electorum, penes Cæſareum Secretarium, vt in proceſſu grauaminum dictæ Terræ in Banca Figliolæ.

Quare dum ſimiliter hiſce diebus

præ-

præteritis id accidiſſet in facto inter Magnificum quendam Officialem, & illos de regimine, quos impedire volebat ad conuocandum parlamentum in die feſtiuo, & hoc erat euitandi cauſa dictum parlamentum, quod ſupponebatur eſſe directum contra vtilem dominum dictæ Terræ, quem certiorare ipſe volebat, dum caſu ibidem reperirer animi gratia, dixi conſultus ſat eſſe ipſis de regimine petijſſe licentiam à dicto Officiali, & denegationem factam (quia in loco illo tali die celebrabatur quidam feſtus) non eſſe iuridicam, & proindè conſului, licere Vniuerſitati, & hominibus ſe congregare pro vtilitate eiuſdem Vniuerſitatis petita, licentia etiam non obtenta, prout cum effectu ita mandarunt executioni, & deindè dubitantes de moleſtia à dicto officiali, obtinuerunt prouiſiones Magnę Curię Vicariæ, vt pro tali cauſa minimè moleſtarentur, quæ cum notificatæ eſſent dicto Gubernatorio amplius de hoc non loquutum fuit, nec fuerunt impediti deindè ciues huiuſmodi parlamenta facere.

SVMMARIVM.

1 *Parlamenta, & Concilia in Eccleſijs fieri, ſi vetatur grauantur vaſſalli, maximè ita exiſtente conſuetudine, & nu. 6.*

2 *Parlamenta publica, & cæteri actus extraiudiciales valida ſunt, etiam ſi celebrentur in Eccleſia, quid tamen ſecluſa conſuetudine, quod nō, num. 3.*

4 *Negotia ſecularia, placita & contractus fieri prohibentur in Eccleſia.*

5 *Seculare iudicium etiam ciuile fieri prohibetur in Eccleſia.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando vetãtur facere Concilia, & Parlamenta in Eccleſijs, maximè ità exiſtente conſuetudine.

GRAVAMEN XII.

1 EXiſtente conſuetudine faciendi, Concilia, & Parlamenta in Eccleſijs, vel in Monaſteriorum, aut piorum locorum clauſtris non poſſunt vetari ciues, nè ibidem ad talem effectum congregentur.

2 Nam parlamenta huiuſmoda ſi ſint ſolita in talibus locis fieri, poſſunt ibidem expleri, *Nauar in tract. de oration. & Hor. canonic cap. 5. num. 31. Capiblan. pract. quæſt. ſuper pragm.* 10 *de Baronib. cap. 72. num. 7. tom. 2.* & ex obſernantia poſt *Montanar. in pragm. 2. de Adminiſtrat. Vniuerſit. num.* 353. fatetur nouiſſimè *de Angelis in ſuo prato in l. nemo, num.* 4. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Et *Reg Rouit. in cit. pragm. 2. num. 42. de Adminiſtr. Vniuerſit. ex gloſ. in cap. decet, §. fin. in verbo, proceſſus, de immun. Eccleſ. in 6. & ex Bald. conſil. 278. vol. 1.* refert, veritatem eſſe, quod publica parlamenta, & cæteri actus extraiudiciales validi ſunt etiam ſi celebrẽtur in Eccleſia.

3 At ſecluſa conſuetudine, pro qua iudicandum exiſtimo huiuſmodi publica parlamenta, ſeù Vniuerſitatum concilia, congregationes, & his ſimilia prohibentur fieri in Eccleſijs, vt patet ex *cap decet, de immunit. Eccleſ. in 6.* probat *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. nu.* 11. & fundat *Illuſtr. Epiſcop. Riec. in collect. dec.* 268. vbi adducit *Mainard decis. 22. lib. 3.* nouiſſimè probat *Barboſ. in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. tit. de immunit. Eccleſ. c. 3. n.* 14. vbi latiſſimè colligit quænam fieri poſſint in Eccleſia, & quæ non, & in

4 ſpecie *nu.* 5. quod negotia ſecularia, ac placita, & contractus, & alia huiuſmodi fieri prohibentur, *cap. 1. & cap cum Eccleſia, de immunit. Eccleſ. Azor Inſtitut. moral. part. 2. lib. 8. cap. 9. q. 7. Correa in repetit. cap. inter alia, part. 2. n. 26. de immunit. Eccleſ.* videndus *Viuius dec.* 102.

5 & proinde ſeculare iudicium etiam ciuile ibi fieri prohibetur, *Rebuff. in l. appellatione, verſ. item ſicut, ff. de verb. ſignific. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. q. 1.*

6 Ca-

6 Cæterum pro noſtri inſtituti coronide firmari poteſt grauari Vaſſalſallos quando a Baronibus, vel Officialibus impediuntur, nè in Eccleſijs, & ſectis Monaſteriorum, & aliorum piorũ locorum parlamenta, & concilia faciant.

SVMMARIVM.

1 *Condemnati ad triremes per Curias Baronales, debent tranſmitti ad Regias Audientias vnà cum actis, amplia vt num.* 2.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi condemnati ad remigandum tranſmictantur recto tramite ad triremes, & non ad Regias prouinciales Audientias, vel ad Magnam Curiam Vicariæ.

GRRAVAMEN XIII.

PRo releuamine miſerorum inquiſitorum grauatorum ad purgandos errores forſitan à Iudicibus inferioribus commiſſis, quando per Curias Baronales condemnantur
1 inquiſiti ad triremes, tranſmicti debent carcerati ad Regias prouinciales audientias vnà cum actis, ibiq. cauſæ reuidentur, & ſicuti à iudicibus prouinciæ tranſmittuntur carcerati, & proceſſus ad Regias audientias, ita & à Regijs Audientijs ad Magnam Curiam Vicariæ tranſmictendi ſunt inquiſiti condẽnati vnà cum actis, & ſententijs, vt tales cauſæ reuideantur, ita ſtatutum eſt in *Pragmat.* 10. *vulgo dell'ottantanoue capi, de offic. iudic. & alior. Official.* §. 52. vbi hæc verba leguntur.

Item s'ordina, che quando le dette Regie Audientie manderanno con le catene in Vicaria alcuni condennati ad modum belli, ò per delegatione debbano ancora mandare li proceſſi originali, ò copie d'eſſi, & non li notamenti, & ſentenze ſole, auuertendo, che s'è ordinato alla detta Vicaria, che quando non viene il proceſſo, mãdi ſubito Commiſſario à ſpeſe delli Maſtri d'atti di dette Regie Audienze per pigliar la copia di detti proceſſi.

Iuxtà cuius Pragmaticæ diſpoſitionem conſimilem eſſe in Regno Siciliæ teſtatur *Muta tom. 3. cap. Sicil. cap. 16. num. 9.* Quare ſi contra ſupradicta actẽtetur, vtiq. ſubditorum exorietur grauamen.

2 Quæ ſanè adeò ſunt vera, vt ſuum ſortiãtur effectum etiam reſpectu condemnatorum ad triremes ad modum belli, vel ex delegatione vt poſt longum diſcurſum habitum modernè autumat *Danza in tract. de pugna Doctor. tom. 2. tit. de condemnat. pro delict. n.* 43. vbi refert ſic fuiſſe deciſiuè determinatum per Collaterale Conſilium vigore ſpecialis prouiſionis directæ Regiæ audientiæ Montisfuſcoli, cuius tenor eſt vt ſequitur.

PHILIPPVS DEI GRATIA Rex, &c.

ILluſtris, & Magnifici Viri Regij Cõſiliarij fideles dilectiſſimi.

Dal Magnifico Auocato de poueri di coteſta Regia Audienza ne è ſtato auiſato come li carcerati, & condennati in galera ſe inuiano de ſubito con la catena, li quali ò non ſi deuono condennare, ò ſi deue mirare al tempo della condennatione, & ſupplicatoci ordinarſe, che ſe oſſerui il ſolito, che li carcerati condennati in galera ad modum belli, ò per delegatione, ſe riuedano li proceſſi dalla Vicaria, non obſtante che da noi li meſi paſſati ſia ſtato ordinato, che andaſſero recto tramite in galera ſenza che le cauſe ſe riuedeſſero dalla Vicaria, & volendomo ſopra detta dimanda debitè prouedere, ci è parſo farue la preſente,

te, con la quale dicemo, & ordinamo, che non obſtante qualſiuoglia ordine in contrario debbiate oſſeruare il ſolito, di mandare tutti li carcerati cõdennati in galera recto tramite alla gran Corte della Vicaria con le copie delli loro proceſſi, conforme alla Regia Pragmatica, intendendoci in omnibus il ſudetto Magnifico Auocato de poueri, & coſi eſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 2. Menſis Octobris 1634.

EL CONDE DE MONTEREY.

Vidit Rouitus Regens.

Barilius Secretarius.

In cart. 1. princ. vltra fol. 62.

Alla Regia Audientia de Principato Vltra, che non obſtante qualſiuoglia ordine in contrario oſſerui il ſolito de mandare in Vicaria li carcerati condennati in galera retto tramite con le copie delli loro proceſſi, conforme la Regia pragmatica, intendendoci il Magnifico Auocato de poueri.

SVMMARIVM.

---

1 *Vtiles Terrarum Domini loco Fiſci ſubrogantur.*

2 *Pœnæ fiſcales dicuntur, quæ à Baronibus ex Principis conceſſione percipiuntur à vaſſallis.*

3 *Vaſſalli grauantur, quando vtiles Terrarum Domini pro exactione multarum, vtuntur priuilegij Regio Fiſco competentibus.*

4 *Barones non habent vſum priuilegiorum Regio Fiſco, competentibus in exactione multarum.*

5 *Exactores poenarum Baronalium fraudãtes, an tenentur eodem poena, qua collectores fiſcalium.*

6 *Fiſcus habens aliqua bona, ex confiſcatione, vel ſucceſſione, in illis vtitur iure priuato, & n. 7.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando Barones, in mulctarum exactione vtuntur priuilegijs Fiſci Regij.

GRAVAMEN XIV.

1 Qvamuis vtiles Terrarum Domini loco Fiſci ſubrogētur, taliter vt pœnæ fiſcales dicātur, quæ à Baronibus ex Principis conceſſione à ſuis vaſſallis percipiantur, *Andr. in cap. 1. §. hæredes, num. 5. & §. quicunq verſic. hæreditatem, nu. 12. de pace tenenda*, & ibi pariter cæteri *Dec. conſil. 4. col. 2.* Capic *dec. 181. Iacobin. in ſua inueſtitur. in verbo, Marchio, col. 7.*

3 Tamen ipſorum vaſſallorum exorietur grauamen, quoties vtantur vtiles domini in mulctarum in exactione priuilegijs Regio Fiſco competentibus.

Quod ne gratis aſſeuerare videar
4 iungo rationem, quia Barones non habent vſum priuilegiorum in mulctarum exactione, quæ alias Fiſco Regio competunt, cum illa d. beantur ratione ſuperioris dominij non conceſſibilis, vt elicitur *ex traditis à Petro Iacob. in praxi tit. de condit. ex lege, col. 3. Guid. Papa dec. 76.* & in ſpecie probant *Auendan. in tract. de exequend. mandat. Reg cap. 7. num. 19. par. 1. Bouadilla in politic. lib. 5. cap. 6. num. 30. Aules in cap. Pretorum cap. 2 in ver. Camera ſub n. 5.*

Vndè reiiciendus venit Capyc. *in ſua inueſtitur. feudal. in verſic. mulctarum compendijs*, quatenus dubitauit, ſi Exa-
5 ctores pœnarum Baronalium fraudantes, teneantur eadem pœna, qua alij fiſcalium pecuniarum collectores, cum ex antedictis pateat minimè eſſe æqualiter plectendos, vt modernè conſiderat *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de pœn. fiſcal. creditor. præfer. num. 34.* autumans *n. 35.* cauendum eſſe *à Caſſaneo ad Conſuet. Burgund. in tit. de confiſcat. bonor. rub. 2.*
6 *in princip. col. 3.* dum voluit, Fiſcum ha-

E ben-

bentem aliqua bona, vel ex confiſcatione, vel ex ſucceſſione quoad illa vt iure priuati, ac receptatores pænarum prouenientium ex illis bonis non habere illa priuilegia, quæ habent cæteri perceprores Regij motus authoritate Ioannis Saxonis, quod verum non putat *Conſtant. loc. cit.* nam ſi loquitur de bonis priuatis ipſius Principis illis omnia priuilegia Fiſci communicata eſſe firmat *Conſtant. in l. vnic. C. de vendit. bonor. fiſcal. cum priuat.* ſi verò tractet, pro vt ipſe tractat de bonis obuentis,
7 vel ex confiſcatione, vel vti vacantia, neſcio quomodo ab illis bonis fiſcalibus ipſe ſuperare valeat, cùm illa capiat iure regali, ac ratione ſupremi dominij, *cap. 1. verſ. & bona, in tit. quæ ſint Regal.* ideòq. omnia fiſci priuilegij nanciſci putat præfatus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta nequit eſtirpare ſyluam, & in ea plantare vineam, vel diriſtum, inſcio directo domino.*
2 *Vſufructuarius nequit imponere parietibus nouum riuum, & de ratione, num. 3.*
4 *Emphyteuta, & vſufructuarius æquiparantur.*
5 *Inciſio arborum grandium, & fructiferarum facit rem deteriorem.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi Baro, qui accepit ab Vniuerſitate ſyluam in emphyteuſim, illa inſciâ extirparet ipſam, & ad culturam redigeret puta plantando vineam, oliuetum, vel quid ſimile.

GRAVAMEN XV.

Conquerebantur ciues cuiuſdam Vniuerſitatis eo ſub prætextu, quia eorum vtilis dominus inſcia Vniuerſitate extirpaſſet ſyuam glandium, & caſtanearum, quā in emphyteuſim ab ea retinebat, & illam in culturam redigerat plantando vineam, oliuetum, & ſimilia: vndè requiſitus à Barone, ſi iuſta eſſet eorum querela in affirmatiuam deſcendi ſententiam.

Mouebar ad id affirmandum ex diſpoſitione *auth. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & §. ſi verò, in auth. de alien. & emphyt.* quibus iuribus cauetur non li-
1 cere emphyteutæ Eccleſiæ, vel priuati inſcio directo domino extirpare ſyluā, & in ea plantare vineam, vel oliuetum, pro vt in proprijs terminis hanc profitentur opinionem *Cald. de renouat. emphyt. lib. 4. cap. 7. n. 47. Clar. in §. emphyteuſis, q. 26. Card. Tuſc. concluſ. 217 nu. 6. lit. E. Molin. de contract. tract 2. diſp. 457 Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 21. n. 16. & tit. 29. n. 29.* vbi reportat *Rot.* deciſiones hanc approbantes ſententiam.

Sumit robur præfatorum concluſio ex *l. vſufructuarius, ff. de vſufruct.* vbi
2 quod vſufructuarius nouum riuum parietibus imponere nequit, vbi *gloſ. in verb. non poteſt*, reddit rationem, quia
3 rei forma mutatur, concordat *text. in l. Neratius, ff. eod.* ibi (neque autem ampliare) *& in l. repeti, §. rei mutationem, ff. quib. mod. vſufruct. amit.* ibi (rei mutatione vſufructum placet) certum eſt emphyteutam, & vſufructuarium æquiparari, *Card. Tuſc. concluſ. 218. lit E.* igitur in vno diſpoſitum, in alio ſuum vēdicabit locum.

Conferunt pro corroboratione nuper cumulata per *Surd dec. 102. n. 7. &*
5 *ſeq.* quatenus probat deteriorari rem ex ſucciſione arborum grādium, & fructiferarum, ergo eo magis, quando tota ſylua extirpatur, & in aliam formam mutatur, videndus *Griuel. deciſ. Senat. dolan. 15.*

Iuuantur pariter ſupradicta ex fuſius reportatis *tom. 1. de grauam. Vaſſallor. grauam. 36.* ibidem inſpicienda.

Eòque magis in hanc deſcendebam ſen-

ſententiam, quia in conceſſione ſyluæ apparebat, quod liceret ciuibus paſcu-lari, ibidem facere propria animalia. & proinde colligebatur intẽtionem Vniuerſitatis concedentis fuiſſe ne forma eiuſdem ſyluæ poſſet immutari in aliã, vt in ſpecie autumant *Corburl. de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mut rei for. cap. 10. Rimin. ſen. conſ. 430. nu. 19. libr. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. cit. lib. 22. tit. 21. n. 27.*

Prout hæc coniectura patirer deſumitur, quoties in conceſſione adſit cõuentio; vt quolibet anno ſoluantur pro cautione directo domino tot plauſtra lignaminum, cum videatur id actum, ne ſylua deſtruatur, *Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 22. n. 10. Corbul. in d. loc. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtium repetitio ſi procraſtinetur, nec Curiæ coadiutori tẽpus limitetur, intra quod teſtes repetere teneatur, vaſſalli grauantur, & quare, num. 2. ſed an poſſit terminus ſtatui fiſco, infra quod faciat repetere teſtes, num. 6.*

3 *Iudex à quo poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, intra quem ſi non fuit proſequta poteſt declarare appellationem deſertam.*

4 *Iudici à quo licet præfigere terminum priuilegiatis perſonis, qui elegerunt in forum ſuperiora Regia tribunalia vt infra illud ſe præſentent in tribunali, quod elegerunt.*

5 *Iudex ſuperior poteſt mandare inferiori vt infra talem terminum cauſam expediat.*

6 *Fiſcus intra quod tempus repetitionem teſtium procurare debeat.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando repetitio teſtium procraſtinatur, nec Curiæ coadiutori ſtatuitur terminus, ſeu limitatur tempus, intra quod teſtes repetere teneatur.

GRAVAMEN XVI.

1 SI repetitio teſtium à fiſco, & à Curiarum coadiutoribus reſpectu Baronalium Terrarum dilatetur, quia ex hoc neceſſariò ſuccedit dilatatio expeditionis cauſarum criminaliũ, vtique ſubintrabit grauamen reſpectu inquiſitorum, maximè carceratorum, & proinde grauamen eſſet quando vident iudices tales repetitiones procraſtinare niſi limitẽt tempus, & dent terminum competentem ad faciendam huiuſmodi repetitionem, pro vt ſic repetio prouiſum ad fauorem ciuium terræ Poſtilionis contra Baronem; nam cum aliqui ex ipſis eſſent inquiſiti, & inſtaſſent pro expeditione, & pro parte Curiæ coadiutoris replicatum eſſet adhuc non eſſe factam teſtium repetionẽ, quos ipſi dare pro repetitis non aſſentiebantur, dum viderent hanc repetitionem procraſtinari ſeriò ad finem, vt ſemper Curia illos inquiſitos, & conſequẽter ſubiectos haberet conquesti de hoc inter cætera in Sacro Regio Conſilio, obtinuerunt prouiſionem à Regio Conſiliario Gonzaluo Belmundez directam ordinario Gubernatori, vt mãdaret Curiæ coadiutori vt infra viginti dies numerandos à die intimationis faciendæ, quod talium teſtium repetitionem faceret, cum comminatione quod in caſu contrarij ipſe Gubernator procederet ad expeditionem cauſæ, & de dictis teſtibus haberet eam rationem, quæ de iure habenda eſſet, ita quidem reperi notatum in quibuſdam ſchedis antiquis, vbi enunciatur prouiſionem fuiſſe expeditam in Banca Figliolæ.

2 Quæ ſanè prouiſio iuſta, & æqua fuit

ne ſub hoc prætextu detur anſa retardandi expeditiones pauperum carceratorum, vel reorum.

3 Congruit pro corroboratione illud ſimile, quod iudex à quo poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, intra quem ſi non fuerit proſecuta declarare appellationẽ deſertam, vt modernè autumat *Amat. dec. Rot Ferrar.* 32. & antea probauerant *Guid. Pap dec.* 336. *&* 436. *Genuenſ in prax. Cur. Archiepiſc. Neapolit. cap.* 70. *num.* 5.

4 Iuuant hanc partem, quia iudici, à quo licet præfigere terminum priuilegiatis perſonis, qui elegerunt in forum ſuperiora Regia Tribunalia, vt infra illud ſe præſentent in Tribunali, quod elegerunt, vt latiùs tutati ſumus *in prax. de elect. & variat. fori, q.* 17. *ſect.* 1. 5 *in recent. edit.* vbi pariter firmauimus eſſe conceſſum ſuperiori iniungere mãdatum inferiori, vt infra certum tempus cauſam expediat, ex *cap. irrefragabili de offic. ordin Abb. in cap. nullus, de iur. patronat. Rebuff. de Auoc. cauſ. q.* 7. *n.* 16. *Reg. Tap. dec. Suprem. Ital. Senat.* 1. *num.* 23. Quod in praxi paſſim videmus ſeruari.

6 Indè his veris exiſtentibus minimè reſiſtit, nec venit recipiẽda opinio Curiæ Archiepiſcopalis Neapolit. apud *Illuſtriſ Dominum, & Magiſtrum meũ ſemper obſeruandum Epiſc. Ricc. dec.* 52. *part.* 4 quatenus ibi patet in illa deciſum partem non poſſe agere, vt fiſco ſtatuatur, ſiue limitetur tempus, intra quod teneatur teſtes repetere.

7 Redduntur tuta ſupradicta, quoniam vigore *Pragmat. Regni* 32. *verſic. verum ſi Fiſci Procurator, ſub rubric. de citationib.* Procurator Fiſci debet procurare repetitiones teſtium in informationibus examinatorum infra tempus datum eis ad ſuas faciẽdas defenſiones, quod ſi non fecerit prætextu non repetitorum teſtium, expeditio cauſarum nullatenus differri poteſt.

Igitur ſic erit practicandum maximè hoc in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Canes, & aues ad venandum aptos, & retia, ac ordimẽta ad piſcationem apta tenere vaſſallos* Baro *ſi probibeat, grauat, et n.* 8. *& quare, num.* 5.

2 *Canes tenere ad venandum aptos non eſt de prohibitis perſonis ſecularibus, ſed benè Eccleſiaſticis, & eius familiaribus, n.* 3.

4 *Clericis interdicta eſt venatio.*

5 *Probibitum directò, non poteſt fieri per indirectum.*

7 *Probibitum vna via, non cenſetur alia permiſſum.*

9 *Piſcandi ars clericis eſt permiſſa.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi prohibeantur tenere domi canes, & aues ad venandum aptos, vel retia, aut alia ordimenta ad piſcandum.

GRRAVAMEN XVII.

1 Malitia humana eouſq. ſe extendit, vt videns quidam Baro ſe non poſſe prohibere ſuis vaſſallis venationẽ ex ijs, quæ fuſo ſermone diximus *tom.* 1. *Grauam* 71. & nouè probat *Bellet. diſq. cleric. part.* 2. *tit. de pœn. cler.* §. 19. *nu.* 9. emanare fecit bannum ne aliquis auderet tenere canes, & aues aptos ad venandum ſub pœna ducatorum ſex; cũq. ad meum conſilium conuolaſſent ſubditi, ſi vires potuiſſet habere tale bannum, voce negatiuè reſpondi, hancq. hodie tutam agnoſco ſententiam.

Patet veritas huius opinionis, quia tenere canes aptos ad venandam non 2 eſt de prohibitis perſonis ſecularibus, ſed ſolum Eccleſiaſticis, *cap.* 2. *de cleric. Clem. Ne in Agro, de ſtat. Monach. gloſſ.*

Zabar.

Zabar. & Vitalin. in Clem. graui de celebrat. Miſſar. Bertachin in repert. in verb. canes, Moſcon de Maieſt. militant. Eccleſ. lib. 1. part. 2. cap 2. verſ. venationes, Molignat. in tract. de retent. iur. concluſ. 106 *Borr ll. in Sum deciſ. tit.* 11. *de vit. & honeſt. cleric. tom.* 1. *n* 42. modernè *Barboſ. in tract. de iur. eccleſ. vniuer. lib. 1. tit. cod. cap. 40. nu. 79. Graſſ. in tract. de effect. cler. effect. 33. n. 8. vbi ex Graff. in deciſ. Aur. part 2. lib. 3 cap. 3 num.* 15.
3 affirmat nedum non poſſe ipſos nutrire canes. & aues venaticas, ſed nec etiã eius familiares, quia id quod eſt inter-
4 dictum dominis, cenſetur prohibitum pariter ſeruis, firmãs principaliter clericis eſſe interdictam venatione, *cap. Eſau, 86. diſtinct. d. cap. 1. & 2. de cleric. venat. Troit. in tract. de perfect. cleric. lib. 2. cap. 55. Diaz in pract. crim. Canon. cap. 61. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſ. 413. Valer. in different. inter utrumq. forum, in verb. peccatum, different* 20. *Bellect. in diſquiſ. clerical. part. 1. tit. de diſciplin. cler.* § 19.

5 Patrocinatur, quia dum non poterat prohibere venationem, prohibendo canum retentionem illam prohibere, & impedire videbatur per indirectum, & conſequenter ex hoc capite pariter grauabat.

6 Et tamen regula, quod prohibitum directò non poteſt fieri per indirectum, *l. Seius & Augerius, vbi Bart. ff. ad l fal. l ſcire oportet,* § *ſi mat. r, ff de tutor. & curat. dat ab his cap. cum quid, vbi Dyn. de regul. iur. in 6. Bellect. diſquiſ. cler. p. 1. tit. de except. cler. & eorundem donor. à munerib* § *7. n. 6. Surd. dec. 21. nu. 4. Menoch. conſ. 1105 n.* 18.

7 Et prohibitum vna via non cenſetur alia via permiſſum, *l. quod dictum, ff. de pact. cap. cum quid vna via, de regul iur. in 6. l. ſi quis,* § *minor, ff. qui, & à quib. l. illud, ff ad l Aquil. Barboſ. in l. cum Prætor,* § *final. n. 235. ff. de iudic.*

8 Inde cum ſuperius conſiderata procedant pariter reſpectu retium, & aliorum ordimentorum aptorum ad piſcationem ſi illorum retentio prohibeatur in Baronibus, pariter ſubintrat grauamen.

9 Quia eſſet prohibere artem piſcandi per indirectum, quæ quidem nec clericis eſt prohibita, cùm illis piſcare liceat exemplo Apoſtolorum, quos piſcatores ad ſe Saluator noſter vocauit: *Matth 4 Marc. 1. & Luc. 5. ita Menoch. de arbitr. iudic caſ 413. in fin. Salzed. ad Diaz in pract. crimin. canonic cap. 70. lit. A. uerſ. piſcatio, Azeucd. in nou. recopilat. Hiſpan lib. 1. n. 1. tit. 8. lib. 7. Bellect. diſq. cleric tit. de diſciplin. cler.* § *19. n. 8. par. 1. Cunct. in com. ad cap. Eſau. 86. diſt. Vgol. in tract. de poteſt. Epiſc. cap. 1.* § *22. n. 10. Marta de iuriſdict. part. 4. cent. 1. caſ. 57. n. 22. Graſſ. de effect. cleric. dict. effect. 33. num. 19.*

Ideò quæ in antecedenti concluſimus, & in hoc caſu pariter procedunt, cum diſpar ratio allegari minimè valeat, & conſequenter idem ſubintrat ius, eademque viget diſpoſitio.

SVMMARIVM.

1 *Aetas in cunctis mundanis actibus, & in officijs ſtatuta eſt, & requiritur & in magiſtratibus.*
2 *Minoris ætate Officiales ſi conſtituat Baro, grauat vaſſallos, & quę ætas requiratur etiam ad officium conſiliariatus, n. 4. 5. & 7.*
3 *Reſpublica labefactatur per adoleſcentes, n. 8. 9. 11. & 13.*
6 *Aetas decem, & octo annorum in Regno putatur perfecta, & ea ætate quis ſit maior, & n. 10.*
12 *Obſeruantia attendenda eſt in materia ætatis ad obtinendum officia.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones conſtituunt Officiales ętate minores.

GRAVAMEN XVIII.

1 AD inſtar in cunctis mundanis hominum actibus quædam ſtabilita ætas requiritur, ve de multis appoſitiſſimè nos verba fecimus *in praxi noui iur. Pontiſ.*

*tit. de ætat. concluſ.*1.2.3.4.5.6.7.8. *&* 9.
ita ſimiliter ætas legitima in iudicibus
Officialibus, ac Magiſtratibus requiri-
tur, de qua latè *Menoch. de arbitr. iud.
caſ.*540. *Marta de tribunal. vrb. cap.*6.
*Maſtrill in tract. de magiſtrat. lib.*2. *c.*5.
*Borrell. in tract. de magiſtr. edict. lib.*1.
*cap.*6. apud quos exanclatam habes ma-
teriam.

2 Vndè ſi Barones conſtituant in eo-
rum terrarum gubernio Officiales æta-
te minores, vtique grauant, cum maxi-
mas Reſpublicas per adoleſcentes la
3 befactatas eſſe per iuuenile conſilium,
ob teneritatem florentis etatis doceat
*Ariſt. lib.*1. *Polit. cap.*81. *& lib.*1. *Rhetor.*
vnde legimus apud *Liuiũ lib.*20. *Decad.*
4. rogationem latam fuiſſe à L. Iulio
Tribuno plebis, Q. Fuluio Flacco, &
Lucio Manio Alcidino Conſulibus nè
cura Reipublicæ temerè iuuenibus cõ-
mitteretur.

4 Quare Capitanei, & Gubernatores,
alijq. Officiales erint in legitima ætate
conſtituendi, quam multi agnouerunt
in vigeſimoquinto anno, ad *tex. in l. fin.
C. de his, qui ven. ætat. impetr. l. non tan-
tum,* § 1. *ff. de decur. l. ad Rempublicam,
ff. de muner. Coraſ. in l. vnic. C. de offic.
conſul. num* 13. *Lopez in l.*5. *tit.*4 *part.*3.
*Mandoſ. in tract. de minor. ætat. cap.*5.
n. 84. *vbi n.*85. affirmauit hanc ætatem
eſſe ſufficientem ad aſſequendum offi-
cium conſiliariatus, *Guttier. de tutel. c.*
18. *n.*3. *part.*1. videndus *Caroc. deciſ.*

6 Et licet in Regno ætas annorum de-
cẽ, & octo reputetur perfecta, & quiſq;
maior dicatur, vt in *Conſtit. Regni Mi-
norum iura.*

7 Tamen in hoc propoſito *Capiblanc.
pract. qq. ſuper Pragmat.*5. *cap.*25. *nu.*17.
de Baron. tom 2. hanc ætatem non ſuffi-
cere videtur innuere, dum firmat illam
intelligendam eſſe vt talis ætas ſit libe-
ra à tutela, & cura; ſed non extendatur
ad cætera, quæ de iure maiorem ætatem
requirunt, ex *Barz. dec. Bonon.*84. *nu.*12.
*Magon. deciſ. Florent.*22. *& Sforz. Odd.
in tract. de reſtit. in integr part.*1. *q.*15.
*artic.*9.

8 Cæterum alij iudicarunt annum vi-
geſimumquartum eſſe legitimam æta-
tem pro magiſtratibus, vt concludit
*Franciſc. Patr. de inſtit. Reipubl. lib.*5. *&
ſeq. Maioll de irregular. lib* 1. *cap.*30. *&
Franc. Marc. dec.*629. *n.*9. *vol.*1.

9 Ego autem attenta breuitate vitæ,
quæ quotidie decreſcit mediam viam
eligendo putarem vigeſimum annum,
eſſe legitimam ætatem pro magiſtra-
tu, cum per legem Iuliam non mino-
rem viginti annorum iudicis ætatem,
eſſe debere retulerit *Calliſtr. I. C. in l.
cum lege, ff. de arbitr.*

10 Idque maximè in Regno, in quo vi-
gore *d. Conſtit. Minorum iura,* putauit
*Maſtrill. de magiſtrat. lib.*2. *dict. cap.*5.
*n.*55. in omnibus, & quoad omnia gene-
raliter maiorem ætatem dici annorum
decem, & octo.

11 Et in tali ætate ſæpius vidi creatos
Officiales etiam in collegiatis Tribu-
nalibus, quæ obſeruantia in magiſtra-
tuum electionibus attendenda eſt, ad
*text. in l. ſuper creandis, vbi Bart. C. de
iure fiſc. lib.*10. *l. non tantum, vbi gloſſ. ff.
de decur. Guttier. conſ.*31. *num.*13. *cum
ſeq.*

13 Sed non reticeam dicere annum vi-
geſimum quoad hunc effectum debere
eſſe completum, vt adhæreamus *cap. cũ
vigeſimum, de offic. deleg.* vbi probatur
quod vt quis poſſit eſſe iudex delega-
tus, completum habere debet vigeſimũ
ſuæ ætatis annum, *Girond. de priuil. ex-
plicat. à n.*1141. *cum ſeq.* licet is, qui non
dum haberet hanc ętatem, modo tamẽ
excederet decimumoctauum annum,
de conſenſu partium, quæ id ſcirent,
poſſit eſſe delegatus, *Pereira in l. ſi cu-
ratorem, in verb. hunc contractum, n.*44.
*C. de in integr. reſtit. Barboſ. in l. cum
Prætor* § *fin n.*7. *ff. de iudic. Molina de
iuſtit. & iur tom.*6. *tract.*5. *diſp.*25. *Auil.
in cap. Prætor, in procem. verb. qualquier,
num.*7.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſores, & Aduocati in Regno eſ-
ſe poſſunt etiam qui doctoratus
laurea carent, contrarium num.*2.
*vbi quod ſi Baro prouideat de fa-
cto eum, qui doctor non eſt, grauat
vaſſallos, quid ſi eligat Hiſpanum
licentiatum, quod non grauat, n.*7.
3 *Iudicandi munere qui fungi volũt,
debent eſſe præcedente examine
approbati.*

4 *Hi-*

4 *Hiſpani licentiati habentur pro doctoribus, & poſſunt exercere, et eligi ad officia, item & Galli, n. 5.*

6 *Licentiatus an habeatur pro doctore remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones conſtituunt in Aſſeſſores, & Conſultores Capitaneorum idiotarum Licentiatos, nec doctoratos.

GRAVAMEN XIX.

1 QVamuis non deſint affirmantes etiam non doctores poſſe admitti in Aſſeſſores, vt *Borr. l de magiſtr. edict. lib. 1. cap 8 n. 39. Capiblanc. in Pragmat. 3. nu. 213 & ſeq de Baron. tom. 1.* vbi quod Barones in hoc Regno Neapolitano poſſunt eligere Conſultorem, etiam quod non ſit doctor, ſed ſatis eſt quod ſit in iure verſatus, nec Vniuerſitas poteſt conqueri recenter, *de Petr feſt. lect. cap 8.* vbi fatetur in eodem Regno admitti Aduocatos, & Aſſeſſores laurea doctoratus carentes.

2 Tamen cum conqueſta eſſet Vniuerſitas terræ Valuæ, quod eius vtilis dominus reponebat Côſultores, & Aſſeſſores non doctores per Regium Conſiliarium Belmundez vti cauſæ Commiſſarium fuit decretum vt Baro abſtineret, & quod eligeret doctores.

Ex quo ſanè decreto patet pro grauamine id fuiſſe habitum à noſtratibus.

3 Idq. hodie tantò maximè habebit locum in Regno vigore nouiſſimæ Pragmaticæ, nam debent eſſe examine præcedente approbatione, qui iudicandi munere fungi volunt, vt *tom. 1 grauam.* 191. copioſa manu exarauimus.

4 Non nego autem Hiſpanos licentiatos haberi pro doctoribus, & poſſe iudicare, & eligi in Officiales, vt in praxi quotidie videmus obſeruari, & licet doctoris priuilegio careant, ipſius priuilegijs, & prærogatiuis fruuntur, *Bouadil. in Polit. lib. 3. cap. 15. n. 29.*

5 Prout quoque in Gallia licentiatus dicitur habere dignitatem, cum ſit gradus tentus, & reputatus pro gradu, & ita admittuntur ibi licentiati ad conſulendum, & dignitates, ac officia ſicut doctorati, *Caſſan. in cathalog. gloriæ mundi conſider. 34. Reg. Rouit. in com. ad Pragmat. Regni, rubr. de ſcholar. doctor. n. 29.* apud quem latè habes enucleatũ

6 articulum ſi licentiatus habeatur pro doctore, de quo etiam *Illuſtriſ. D. Rie. in praxi for. Eccleſ. reſolut. 667. part. 2. & reſolut. 69. part. 4.*

7 Vndè reſpectu Hiſpanorum hodie in Regno vigore praxis iam antiquatæ non poterit ſubintrare grauamen, ſi exiſtentes licentiati eligantur in Baronũ Aſſeſſores, quia in collegiatis, imò ſupremis Tribunalibus illos admitti videmus, & in hac reperiuntur poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Haſta Baldachini in die SS. Sacramenti ſolita deferri per Baronem, ſi deferatur ab alio, inducitur grauamen, n. 2. & 4.*

3 *Baldachinum debet deferri à perſonis ſolitis.*

5 *Ius perſonale nequit exerceri per interpoſitam perſonam, nec illam egreditur, & proinde in Oratorio palatij Epiſcopi illo abſente celebrari nequit.*

6 *Conſuetudo illicita facit licita, & num. 7.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quoties Barones habentes ius deferendi primam haſtam Baldachini, illam per ſubſtitutum deferre faciãt.

GRAVAMEN XX.

CVm ex longinqua poſſeſſione immemorabili tempore, quo celebratur feſtiuitas SS. Sacramenti, & il-

lud

lud aſportatur cum proceſſione, eſſet conſuetum primam haſtam Baldachini deferri per Baronem terræ, pro vt per anteceſſores ſemper erat actum; nouus Baro ſucceſſor vna vice prætendit talem haſtam facere deportare à ſuo Secretario, & cum repugnaſſent nonnulli de regimine dictæ terræ, & ſe oppoſuiſſent prętendentes illam perſonaliter eſſe aſportandam per Baronem, & hoc non obſtante de facto Baro ipſe fecerit illam à Secretario aſportare, habuerunt recurſum dicti de regimine ad Sacrum Regium Conſilium ſe grauando de hoc à quo prouiſum audio vt obſeruetur ſolitum, de quo capiatur informatio, & nihil innouetur.

Quæ ſanè prouiſio concordat cum deciſione, ſiuè declaratione *Sacræ Congregationis Rituum*, quæ in facti contingentia *de anno* 1603. *in vna Montiſpeluſij* 5. *Iulij* determinauit vt Baro, ſiuè alius, qui de conſuetudine ſolet de-
2 ferre haſtam Baldachini, id per ſe ipſũ, & non per ſubſtitutum facere debeat, vt refert modernè *Barboſ. in collect. ſuper Bullas Pontific. in ver. Baro, il* 3. *pag. mihi* 61. qui iterum aſſeuerauit *in eod. opere, in verb. Baldachinum, il* 6. *pag.* 59.
3 vbi quod Baldachinum a proprijs perſonis, quibus de iure, vel conſuetudine aut priuilegio competit deferri, nõ autem ab eorum ſubſtitutis deferendum eſt.

4 Quare pro noſtri inſtituti coronide poterit firmari axioma, vt grauentur Vaſſalli, quoties Barones habentes tale ius portandi haſtam Baldachini tempore feſtiuitatis SS. Sacramenti, illam ab alia perſona nomine ſuo aſportare faciant.

5 Sumunt robur ſupradicta, quia videtur hoc ius perſonale, quod per interpoſitam perſonam egreditur, ad *tex. in cap. priuilegia, & ibi Scribentes de regul. iur. in* 6. *cap. ſanè de priuil.* cum coadunatis à Cardin *Tuſc. pract. concluſ. lit. P. concluſ.* 736. *Salas de legib. diſp.* 17 *ſect.* 6. *&* 8. *Suar. de legib lib* 8. *cap* 10. *&* 11. *vnde Portell. in reſp. regul. part.* 5. *caſ.* 20. *num.* 8. autumat in Oratorio palatij Epiſcopi illo abſente non poſſe celebrari, quia eſt priuilegium perſonale conceſſum perſonæ Epiſcopi, cum celebrat, vel ibidem audit miſſam, *Diana reſolut. moral. part.* 4 *tract.* 4 *Miſcellan. reſolut.* 15. *in fin.* quem etiam videas *reſol* 13.

6 Cæterum in contrarium vigeret cõſuetudo, hæc omnia ceſſarent, quia illa dat interpretationem, & illicita facit licita, *Mex. in Pragm. taxæ pan. concl.* 3. *n.* 25. *cum ſeq.* deinde illa circa ordinem procedendi in proceſſionibus ſeruanda eſt, *Sacra Congregatio Rituum in Camerinen* 3. *Auguſti* 1602. *teſte Barboſa in collect. ad Bullas in verb. conſuetudo, il* 4 *pag.* 238. *vbi etiam pag.* 239. quod conſuetudo vt Gubernatorum ſtatus thurificetur, & habeat pacem ad Rec-
7 tores, & Curatos ſeruanda eſt ex *Sacra Congregatione Rituum in Gorian.* 5. *Iulij* 1623. & quod conſuetudo ne Gubernatorum thurificetur, & oſculetur librum Euangelijs, nec habeat pacem immediatè poſt Epiſcopum ſeruanda eſt ex Sacra Congregatione Rituum in Tull. 2. Auguſti 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Baro in Eccleſia Parrochiali vbi non ſunt Canonici thurificatur à celebrante, & habet genuflexoriũ, & pacem, & qualiter adorat SS. Sacramentum in eius eleuatione, ibid.*

2 *Baldachinum nequit erigi à Baronibus in Eccleſijs propriorum locorum, & n.* 4.

3 *Epiſcopus debet amouere* Baldachinum *erectum à Barone in Eccleſia.*

5 *Vaſſalli grauantur ſi Baro voluerit erigere* Baldachinum.

6 *Baldachinum quibus conceditur remiſſiuè.*

AR-

SVMMARIVM.

1 *Baro non poteſt prohibere ſuos vaſſallos adire Regia Tribunalia.*
2 *Domini inferiores nequeunt facere edictum, quod ſudditi non accedant ad Imperatorem, Regem, vel Principem.*
3 *Barones prohibere poſſunt vaſſallos adire regia Tribunalia in praiudicium ſuarum iuriſdictionum.*

ARGVMENTVM.

Baro prohibens vaſſallos adire regia Tribunalia, an, & quando dicatur grauare.

GRAVAMEN XXI.

1 NVllatenus Baro prohibere poteſt vaſſallos adire regia Tribunalia, ita *Anna in ſing.* 62. vbi refert ſic determinatum fuiſſe in officialibus Sereniſsimæ Reginæ Polloniæ, & diximus *in prag.* 1. *vbi de delict. quis conu. deb.* & ratio vi-
2 detur eſſe, quia dominus inferior non poteſt facere ædictum, quod ſubditi non accedant ad Imperatorem, Regem, vel Principem, cum id fiat in contemptum illorum poteſtatis, ac, ſupremæ Iuriſdictionis eos impediendo, vt eorum grauamina non detegant ad quam facit *text. in l. cuiuſque ff. ad l. Iuliam Maieſt.* vbi tenetur crimine leſæ Maieſtatis, is qui operatur, vt quis Principi non obediat, ex quo textu concludit *Lucas de Penna in l. 1. col. pen. verſ. Comites C. vt nemo ad ſuum patron. lib.* 11. dicit non poſſe ſupradictos Barones prohibere vaſſallos venire ad Regem, & conſequenter ad Regia Tribunalia, quæ Regis perſonam denotant, eum ſequitur *Paris de Put. in tract. de Sindica. tit. de exceſſ. Baron. cap. an Baro teneatur num. 1. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 9. §. 9. num. 3. & Caball. Mil-*
3 *leloq. q.* 734. Declara tamen hoc nõ procedere, quando eſſet in præiudicium ſuæ iuriſdictionis, puta quia haberet Baro primas cauſas, vel ſecundas, quia tũc ne fiat præiudiciũ ſuæ iuriſdictioni, illos prohibere poteſt *Pariſ. de Put. in tract. de ſindicat. tit. de exceſſ. Baron. cap. fin. Boerius deciſ.* 114. *num.* 2. *et* 3. *Foller. in practica crimin. §. audiantur excuſatores nu.* 84. *Freccia de ſubfeud. Baron. lib.* 2. *auth.* 10. *nu.* 2. *Caebcr. deciſ.* 78. *nu.* 11. quam quæſtionem exactiſſimè tractat *Borrell. de Magiſtrat. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 21. *cum pluribus ſeqq.* vbi nonnulla ad ornatum huius grauaminis ponderat ſatis notabilia, ad ipſum benignum Lectorem remitto.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli grauantur, ſi poſt annum mulctantur ex cauſa exceſſuum, limita vt num.* 4.
2 *Mulcta minata, non tamen impoſita per annum praſcribitur.*
3 *Declaratio præcepti non obſeruati poſt annum fieri nequit.*
5 *Pœna in quo differt à mulcta, & num.* 6.
7 *Mulcta quid ſit, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quãdo poſt annum coguntur ſoluere mulctam præcepto iudicis ſtatutoue minatam, vel cõmiſſam, non tamen declaratam.

GRAVAMEN XXII.

MAlè quidem ſeruatur, & certè grauantur vaſſalli, quoties poſt annum elapſum ex cauſa exceſſuum mulctantur, vt nouiſſimè apud
1 *Camill. de la Ratha in tcbatr. feudal. tom.* 2. *part.* 11. *diſucid.* 56. *num.* 2.
2 Mulcta ſiquidem minata, nondum tamen impoſita, vel comiſſa, adhuc declaratione nõ facta anno vno decurſo præſcribitur, & extinguitur tali modo vt debita declarari nequeat; vnde iu-

iudicis, aut magiſtratus ſtatuto ſuperiorem non recognoſcentis pœna certa adiecta exigi non valet, *Alex. in l. fin. ff. de pœn. Bald. in l. 2. §. nouiſſimè ff. de orig. iur. Rebuff. in l. aliud fraus eſt, ff. de verb. ſignific. Borcolt. in cap. quæ ſint regalia, num.* 65.

3 Indè ſi præceptum aliquid fuerit ſub certa pœna, & præcepto non fuerit paritum, poſt actum declarari non poteſt, *l. vnic. & ibi DD. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. Guid. Pap. dec.* 259.

4 Ceſſabit tamen grauamen reſpectu pœnarum, quæ regulariter vſq. ad viginti annos poſſunt irrogari, licet non deindè, *l. querela, & ibi DD. C. de falſ.*

5 Differt enim pœna à mulcta, quia illa genus eſt, iſta autem ſpecies, & omnis mulcta pæna eſt, nō è contra, *l. aliud eſt fraus, §. inter, ff. de verbor. ſignificat. Alciat. in l. ſi pœna eſt eod. tit. Peregrin. in tract. de iur. Fiſc. lib. 4. tit. 8. de pœn. et mulctis, n.* 2.

6 Et pæna eſt illa, quam iudex arbitrio imponit, & differt à pæna impoſita de iure municipali, *l. 1. C. de mod. mulct. l. in mulctis, C. de appel. l. aliud eſt, §. etſi & l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignific. cap. 1. de dol. & contumac.* & eſt in pecunia, *Zabarell. in Clement. 2. §. t. de hæret. Maſtrill. in comment. ad indult. gener. cap.* 18. vbi alia coaceruat *Farinac.* qui plura conſarcinat *in pract. crimin. tit. de delict. & pœn. quæſt.* 18. *à nu.* 31. *cum ſequent. La Ratha in theatr. feud. tomo* 2. *part.* 11. *dilucidat.* 54. vbi

7 quod mulcta, ſicut pæna, de Regalibus eſt, & quid ſit mulcta, & qualiter à pęna differat ibidem enunciat, probans *dilucid.* 55. mulctas in dubio Fiſco deferri, niſi de priuatis delictis ciuiliter agatur, *l. pen. C. de modo mulctand.*

SVMMARIVM.

1 *Baro grauat Vaſſallos ſi teneat emptores, qui emant ſub nomine ipſius, & poſtea alijs reuendant pro conſequendo lucro ex franchitia gabellæ.*

2 *Monaſterijs, & domibus potentium ſeruientes, qui aſſerunt res, quas emunt eſſe neceſſarias pro dictis domibus, puniuntur ſi falsò id aſſerant, & poſtea reuendant pro conſequendo lucro ex franchitia gabellæ, & tenentur in foro poli reſtituere, n.* 3.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quādo Barones tenent emptores, qui emunt ſub nomine ipſorū carnes, & piſces, vt deinde alijs reuendant pro conſequēdo lucro ex franchitia.

GRAVAMEN XXIII.

1 REperio grauatam fuiſſe quādam Vniuerſitatem (priſcis tamen temporibus) contra ſuum vtilem dominum (quē honeſtatis cauſa non nominare ſum adſtrictus) eo quia tenebat ſeruum exercentem munus emptoris, & emebat carnes, piſces, & alia comeſtibilia in magna quantitate cum franchitia ſub pretextu, quod deſeruiebant pro vſu Baronis, eiuſq. familiæ, & deindè reuēdebat cæteris, ob quod fraudata veniebat Vniuerſitas ipſa, in beneficium cuius gabella carnis, piſcis, & ſimilium erat deſtinata, inde per Sacrum Conſilium fuit iniunctus ordo, ne emeret niſi certam quantitatem, quæ veriſimiliter poſſet ad ipſius, & familiæ vſum ſufficere.

Vndè patet id fuiſſe habitum pro grauamine, dum fuit mandatum, quod abſtineret.

2 Conducit pro corroboratione huius grauaminis *Capiblanc. pract. quæſt. ſuper pragmat. 3. de Baron. cap. 9. n. 16. tom.* 2. quatenus probat ſeruientes Monaſterijs, vel domibus potentium, qui falsò aſſerunt eſſe neceſſarias carnes pro eorum dominis, & ipſi poſtea alijs vendunt pro conſequenda franchitia, vel lucro puniri debere, vt ante eum, arg.

l. 2.

l.2 ff ad l Iul. de annon & l. annonam, ff de extraord. crim. fundauit *Mar. Mut. comment. ſuper Pragmat. Sicil. tit.32. num.45.*

3 Vndè loquendo in materia fori poli, id agentes non erint excuſati in conſcientia facere reſtitutionem de ſuperfluo, quod vendunt alijs, reſpectu franchitiæ defraudatæ Vniuerſitati, vel ab ea conductam habentibus.

Et proindè cum vna vice de hoc haberem ſermonem in facti contingentia cum quodam pio, & docto Theologo ſatis illuſtris Religionis hanc meam opinionem ipſe agnoſcebat veram, & in caſu occurſo practicaſſe mihi teſtimonium perhibebat.

Igitur iuxtà prædicta erit practicandum à conſcientiatis viris, aliàs ſcrupulum vtiq. verſabitur in eorũ conſcientias.

SVMMARIVM.

1 *Operarij conducti ad fodiendum aliquod opus non debent habere à conductore expenſas diurnas, ſed ſuo ſumptu viuere debent, niſi tamen ſit conſuetudo in contrarium, à qua contractus erit regulandus, num.2.*

3 *Vaſſalli grauantur quando conducti vti operarij ad fodiendum, & ſimilia faciendum in ſeruitium Baronum iuxtà conſuetudinem loci expenſas diurnas non habeant, ſed eorum ſumptu viuere cogantur.*

Limita niſi ſalarium habeant maius, quàm ſolitum ſit dari laborantibus expenſis conducentis, num.4.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando conducti (vti operarij) ad fodiendum, & ſimilia agenda in ſeruitium Baronum, iuxtà conſuetudinem loci expẽſas diurnas non habeant, ſed eorum ſumptu viuere cogantur.

GRAVAMEN XXIV.

1 Eſt quidem recepta concluſio, vt operarij conducti ad faciendum aliquod opus non debeant habere à conducẽte expẽſas diurnas, ſed ſuo ſumptu viuere debeant, ita eſt theorica *Bart. in l. ſi non ſortem, §. libertus, n.32.* quam ibidem pariter ſectatur *Alex. n.12.* dicens eſſe communi calculo acceptatam *ff. de condit. indebit.*

2 Cæterum claudicat hæc regula ſi in regione, vel loco particulari eſſet conſuetudo, vt talibus operarijs dentur expenſæ diurnæ, quia tunc contractus ſecundum illam cenſetur celebratus, ita idem *Bart. loc. nuper cit. ad text. in l. excepto, vbi gloſ. C. locat.* cum concordantibus apud *Surd. in tract. de alimen. tit.1. q.66. col.1.* & hanc veram cognoſcit opinionem modernè *Viſcont. in concluſ. iur. in verb. operarius.*

3 Hinc ad noſtrum propoſitum deſcẽdit grauamen reſpectu Vaſſallorum, quando exiſtente tali conſuetudine in loco, & conducti ad faciẽdum aliquod opus puta ad fodiendum, arandum, & ſimilia in ſeruitium Baronum expenſas diurnas non habeant, ſed proprijs sũptibus viuere cogantnr.

4 Licet non reticeam dicere ceſſare tale grauamen quoties ex cauſa taliũ expenſarum pro cibo daretur eis maius ſalarium, quàm ſolet dari illis, qui cibum diurnum recipiunt à conducentibus, quoniam tunc conqueri non debent; dum recipiunt æquiualens, & contracambium in pecunia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Salarium , & ſtipendium promiſſum pro ſeruitio Baronum vaſſallis, ſi ſoluatur diminutim, & non in ſanum, grauantur.*

2 *Creditor ſolutionem indeminutam non cogitur recipere, nec debitum abſque intereſſe.*

3 *Solutio partis perplura affert incommoda.*

4 *Solutio fieri non poteſt indeminutè, etiam pro pluribus .debitis, ſi tamen debeatur ex eadem cauſa.*

5 *Solutio etiam de intereſſe facienda eſt.*

6 *Vaſſallus non poteſt domino ſuo ſeruitium diminutum præſtare.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando ſalarium, & ſtipendium promiſſum pro ſeruitijs factis Baronibus ſoluatur diminutim.

GRRAVAMEN XXV.

1 SI pro ſeruitijs, & laboribus geſtis à vaſſallis cum propria perſona, vel cum eorum animalibus ſalarium, & ſtipendium conuentum minimè ſoluatur in ſanum, ſed diminutum, eorundem ſubintrar grauamen, pro vt cum de hoc conquererentur homines, & ciues Terræ S.Gregorij cõtra eorum vtilem dominũ, ſic fuit habitum pro vero per Sacrum Regium Conſilium, per quod reperio ordinatum mediantibus prouiſionibus, vt tenerẽtur vaſſalli iuxtà eorum exercitium inſeruire Baroni etiam cum animalibus, verum quod Baro conuenram, vel debitam mercedem diminutim non ſolueret.

2 Recipit incrementum, & probationem tale grauamen ex regula illa, vt ſolutionem diminutam creditor recipere minimè teneatur, *l.tutor, §.Lucius, ff.de vſur.l.acceptam, cum not.* C.*eod.tit. DD.in l. qui Romæ, & in l.ſi ita quis, §. Seia, ff.de verb.oblig.*

3 Partis enim ſolutio perplura affert incommoda, *l.planè, ff famil.herciſc.glo. Bar.& Alex.in l.quidam extimauerunt ff.ſi cert.pet. Neguſant de pignorib.in 3. membr.5.part princip.num.12. Couarr. var.reſolut.lib.3.cap.18.num.4. Gabriel conſ.155.num.19.vlum.2.* dicens ſolutionem in partes ſciſſam eſſe præiudicialem, *Surd.deciſ.186.num.2.*vbi quod creditor non cogitur accipere ſolutionem in minutum, & quæ totum non capit, abſorbet, & extinguit debitum, *Corn.conſ.103 n.4.vol.2.*

4 Quę ſanè concluſio adeò eſt vera vt procedat etiam ſi ſolutio ſit facta in diuerſis debitis ex eadem tamen cauſa *gloſſ.& Bart.in l.eleganter, §.non ſolum ff de dolo*, & etiam quoad pignoris liberationem, *l.quandiu*, C. *de diſtract. pignor.Alex.in cit.l.quidam eximarunt, vbi Curt. in Addit.on. lit. D. ff.ſi cert. petat.*

5 Et nedum de toto debito eſt facienda ſolutio, ſed pariter de intereſſe, aliàs ſolutio non ſuffragatur, & creditor debitum abſque intereſſe recipere non cogitur, *Bart in l.ſed & ſi alia, ff. de conſtit pecun.Baldus in dict.l.acceptam, quæſt.18.de vſur.* nouiter alios adducens ampliationes, *Pyr.Maur. Aretin. in ſpeciali tract.de ſolut.oblat.& retent. cap.30.*vbi etiam limitationes ad regulam conglomerar, vt & illas antè eum repoſuit *Aſinius in praxi Iud. execut. §.7.cap.167.*

6 Qua occaſione obſeruabis vaſſallo minimè licere domino ſuo præſtare ſeruitium diminutum, *Andr in cap. ſi vaſſallus ſi de feu controuer fuer. Brun. in tractat. de ſtatut. fœmin. excludent. art.9. quæſt.12. Corſett. in tract. de minimis, quæſt.14.* moderne refert, & ſequitur *Laratha in Theatro Feudal.to.2. par.12.quæſ.final.nu.29.*

S V M M A R I V M.

1 *Operarij conducti ad faciendum aliquod opus ad diem (vulgò alla giornata) à qua parte diei debeant incipere laborare.*

2 *Operarius conductus ad diem non debet operari de nocte.*

3 *Dies artificialis concluditur inter ſummum mane, & veſperas.*

4 *Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opera in ſeruitium Baronũ cogantur laborare de nocte.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opera in ſeruitium Baronum cogantur laborare de nocte.

GRAVAMEN XXVI.

1 OPerarij conducti ad faciendũ aliquod opus ad diem vulgò (à giornata) debent incipere ad laborandum albeſcente die, vel ſaltem poſt Solis ortum, & illo aduesperaſcente ſe abſtinere, cum & ſic videamus in praxi obſeruari, quę quidem praxis erit ſeruanda iuxta locorum conſuetudinem, quia ſecũdum illam operarij cenſentur conducti, & conſequenter ad inſtar ibi ſeruatur debent laborare, & hora ſolita licentiari.

2 At laborare, & operari de nocte operarij quidem non tenentur, *Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 29. num 66.* vbi quod fabriles operę, quas debent operarij, non tenẽtur operari de nocte, licet ſub vocabulo dierum cõducti fuerint, quia promiſſio intelligi debet de
3 artificiali die, qui concluditur inter ſummum mane, & veſperas, non autẽ capit viginti quatuor horas, ad *text. in l. 1. & l. Medicus, ff. de oper. libert. Alber. in l. more, & de ser. Azo in Sum. C. de oper. libert. Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 1. n. 11.* & hanc opinionem reportat, & ſequitur *Viſcont. in concluſ. iur. in verb. operarius, circa princ.*

4 Quare vera exiſtente prælibata concluſione, grauarentur vaſſalli conducti ad opera in ſeruitium Baronum in dies vulgo *(alla giornata)* ſi de nocte operari, & laborare adſtringantur.

S V M M A R I V M.

1 *Seruitia non debentur à vaſſallis Baroni, niſi fuerint requiſiti, & num. 3. & 5.*

2 *Operæ antequam ſunt indictæ non debentur.*

4 *Scientia vaſſalli, quid debere non ſufficit, ſed moniri debet.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi non requiſiti cogantur offerre debita ſeruitia Baronibus.

GRAVAMEN XXVII.

1 SVbditorum reſultabit grauamen, ſi Barones intendant illos cogere vt ſeruitia alias eiſdem debita offerãtur, nec ad ea ipſos requirat.

2 Siquidem operæ antequam ſint indictæ minimè debentur, *l. ſi quis hac lege, §. iudicium, l. cum patronus, & l. quoties, ff. de oper. libert. l. interdum, §. item ſi operas, ff. de verb. oblig.* Roſenth. *in tract. de feud. cap. 8. concluſ. 26. lit. A.* vbi quod vaſſallus non ſpontè, ſed requiſi-
3 tus ſeruitium, ad quod obligatur, pręſtare debet, *cap. 1. de nou. form. fidelitat. & ibi gloſſ. & alij Scribent. cap. 1. ſi de feud. defunct.* vbi pariter cæteri *Interpretes cap. 1. §. ad hec hic finitur lex, c. 1.*

B §. fin.

§. fin. an ille, qui interfecit fratrem Domini ſui, Borcolt. de feud. cap. 1. num. 44. Laudenſ. in cap. 1. num. 19. de his qui feud. dar. poſſe.

4 Indè ſcientiam vaſſalli quid deberi non ſufficere, ſed illum monendum fore antumat *Balzeran. in cap. 1. § nec eſt alia*, adductus à *Laratha in* Theat. *feudal. part. 12. dilucidat. 9. tom. 2.* vbi alia coadunat firmans ex communi ſeruitia

5 ad quæ tenetur vaſſallus domino non debere offerre, ſed requiſitum præbere.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opus dietim pro ſeruitio Baronum cogantur teneri de vitio ipſius operis.*

2 Lotator *operis dietim non tenetur ad vitium operis.*

3 C*oſtæ in tract. de port. rath. q. 127. verba reportantur.*

4 *Ruina operis per plures fabros conductis contingens, an percutiat ſingulos operarios pro rata, necne affirmatiuæ, ſed contrarium num. 8. 10. & 11.*

5 *Penſio, qua præſtatur ad menſurã tantum fabris pro rata operis factæ peti poteſt, & non expectata operis conſumatione, peti poteſt à ſingulis pro rata.*

6 *Operas vitioſè preſtans habetur, ac ſi nullas præſtet, & ad quid tenetur.*

7 *Conductor ad quid tenetur.*

8 *Ruinæ operis tanquam caſus fortuitus pertinent ab dominum.*

9 *Mala electio eſt imputanda eligenti.*

12 *Opus quando quis debet ad menſuram, tenetur etiam de leuiſſima culpa pro omni periculo.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando conducti ad opus dietim pro ſeruitio Baronum cogantur teneri de vitio ipſius operis.

GRAVAMEN XXVIII.

1 INter perplura grauamina, quæ propoſita reperio in quodam proceſſu antiquo ab Vniuerſitate contra eius vtilem dominum illud pariter ineſt, quia conducebat dietim ſuos vaſſallos ad opera, & poſtea in ſolutione excipiebat exarata opera eſſe vitioſa, & ſub hoc colore volebat aſtringere pauperes operarios ad reficiendum, ob quod ipſi non curabant de mercede, & ſic quieſcebat lis ſuper operis vitio.

Indè per Sacrum Conſilium referẽte Conſiliario Belmundez generaliter fuit prouiſum, vaſſallos conductos ad dies vulgò *alla giornata*, ad opera, non teneri de vitio ipſorum operum, vnde porrectum grauamen fuit habitum pro vero.

2 Quæ ſanè determinatio habet in tutorem regulam, quod locator operis dietim minimè obligatur de vitio ipſius operis *l. ea lege, §. locaui vbi Paul. de Caſtr. in fine ff. locat. Roman. ſing. 31.* Cr. *menſ. ſing.* 80. quos referendo ſequitur *Viſcont. in concluſ. Iur. in verbo, locator*, vbi dicit videndum C*oſtam in*

3 *tract. de portion. rath. quæſt.* 127. cuius verba adamuſſim, cum & ad alia quoque tendant hic reponere libuit, & sũt quæ ſequuntur:

4 *Omittendam minimè exiſtimauimus eam diſceptationem vtrũ ruina operis per plures Fabros conducti contingens vitio operis percutiat ſingulos pro rata, necne primo intuitu videretur tenenda opinio affirmatiua per* text. in l. ea lege, §. locaui, ff. locat. *quemadmodum penſio, quæ præſtatur ad menſuram tantum fabris pro rata operis facta peti poteſt & non expectata conſumatione operis debent ſingula pro rata*, l. qui inſulam, §. qui o-

6 dat, ff. locat. *corroboratur hac viuida ratione, quia vitioſè operas præſtans pro eo eſt*

Digitized by Google

eſt, ac ſi nullas operas praſtitiſſet, nec culpa caret, ob quam tenetur emẽdare damnum ruina contingentis, l. fluminum, §. 1 ff. de dam. infect. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abſte, ff. de verb. oblig. & glo. in l. Martius, iuncta l. fin. ff. locat. *cum adductis in proprijs terminis per* Pariſ. conſ. 73. col. 1. vol. 1. *Rurſus conductor tenetur de*
7 *dolo lata culpa, & leui,* l. contractus, de regul. iur. §. penul. inſtit. de locat. & Bar. in l. quod Nerua ff. depoſiti. *At quid cõ-*
8 *traria ſententia non paucis amiſit pro, pterea quando vel neminem afficiat caſus ruina tamquam fortuitus, ſed pertineat ad dominum,* l. opus, ff. locat. per regul. l. quæ fortuitis, C. de pignorat. act. Sebaſt. de Medic. tract. de caſib. fortuit. q. 8. num. 1. *& facit* text. in l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. *cui proxima eſt illa regu-*
9 *la, quod mala ele ctio eſt imputanda eligenti,* l. cum in plures, §. ſeruum meum, ff. locat. *Amplius ſi ad culpam refertur ruina, eſſet ea leuiſſima, de qua non tene-*
10 *tur conductor operis, niſi inde ſuſceperit futurum periculum, non teneatur de caſu fortuito.* d. l. opus, cum l. ſeq. ff. locat.
11 *Nos verò meditati ſumus hanc conciliare ſententiam; ſcilicet aut agitur de pluribus fabris æquè principalibus eiuſdem peritia, ſicuti eiuſdem ordinis, & omnibus magiſtris opificibus exercitatiſſimis, aut de pluribus fabris, quorũ vnus ſit maior, & peritior altero. qui non ſunt inter ſe æquales. Primum caſum denuo ſic diſtinguendum putamus; aut dietim operas ſuas locata tunc fruſtrà introducitur quaſtio rata, quia de ruina quomodocũque perueniente ipſi non tenentur,* d. §. locaui, *quandoquidem ſufficiat ſi operẽtur vt ſciunt, dum non affirment ſe peritos, et ſi eos conducens non reprobat, imputandum eſt illi, quia iſti fabri non ſe aſtrinxerunt ad certam operis qualitatem, neque ad certum tempus, cum dietim videantur conducti, & dietim poſſunt reprobari, & alijs ſubrogari loco reprobatorum, & imperitorum,* Pet. de Vbald. tract. de ſociet. part. 8. q. 37. iuxta ordines Feder. fol. poſt illius tract. de dotib. *Aut ſuſceperint opus faciendum, ſeu conſtruendum vna locatione, & tunc iterum diſtinguitur inter ruinam, & contingente vitio ſoli, & hac adſcribitur domino ædificij, ſicut eidem imputatur ruina contingens caſu fortuito,* d. l. Martius, *& inter ruinam prouenientem dolo lata culpa, vel leui fabricatorum, ſeu conſtructorum, quæ pertinet ad ſingulos fabros pro rata,* l. ſi vt iuſto. §. nunc videndum, ff. commod. ſol. *officiente diſtributione penſionis in ſingulos dies,* §. locatori, vbi quoq. Bart. celebre eſt conſ. Pariſ. iam allegatum 17. n. 14. *Secundo autem caſu principali non tenentur niſi magiſtri, qui profeſſi ſunt, affirmaruntq. ſe peritos, alij verò reputantur miniſtri nudi, ſeu ſimpliciter operarij, tametſi quandoq. ſe habent in aliquo alio opere tamquam magiſtri,* Caroc. de loc. part. 2. tit. de dolo, n. 3. *niſi forma ſuſcepta obligationis aliud ius expoſcat,* argum. l. 1. cum ſeqq. ff. de exercit. act. *Neq; prætereunda ſunt dua modificationes, quarum alteram ſuppeditat,* context. in d. l. opus, *quando quis de-*
12 *bet opus ad menſuram, tunc tenetur etiã de leuiſſima culpa pro omni periculo quoad menſuratur, aliam aduertit* Pariſ. d. conſ. 37. col 2. *inquiens ſi opus erat tale, quod non erat approbandum, quoniam patenter erat vitioſum, & non factum in forma debita etiam iuxta dicta mente peritiorum in arte, quibus ſtandum eſt, latè* Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1169 *caſus etiam fortuitus ſuperueniens non eximit fabros, nec conductores quin teneãtur ad intereſſe, vel ſaltem reædificare, cum non ſufficiat à principio intereſſe locatoris,* Paul. de Caſtr. in d. l. Martius, in prin. ac Sebaſt. de Medic. d. tract. de caſib. fortuit. q. 50. n. 10.

SVMMARIVM.

1 *Locans operas ſuas ad certum tempus debet pro toto tempore conſequi mercedem, ſi per ipſum non ſtetit quominus deſeruierit.*
2 *Locator operarum poſt finitam locationem, ſi remanſit in ſeruitio poteſt agere actione negotiorum geſtorum ſi fuit finitum tempus locationis, ſecus ſi fuit dimiſſus ore culpa ſua.*
3 *Salarium integrum debetur ei, qui fuit conductus ad certum tempus, etiam ſi antea diſſoluatur negotium, pro quo fuit conductus.*

F 2 4 Fa-

4 *Famuli apothecarum etiam ſi probent aliquando pro domino, id tamen non procedit, quãdo non conueniunt, & cohabitant.*

5 *Teſtium, qui qui cohabitant cum eo, pro quo deponunt vt defectus ſuppleri poſſit per alios teſtes debẽt eſſe omni exceptione maiores.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauãtur, ſi eis integrum ſalarium non ſoluatur, eò quia fuerunt conducti ad certum tempus, & antea diſſolutum fuit negotium, pro quo conducti erant.

GRAVAMEN XXIX.

Videtur in ſubditorum grauamen redundare, ſi conducti ad certum tempus ad ſeruitium Baronum, & eò quia ante tale tempus diſſolutum fuit negotium, pro quo fuerunt conducti integrum ſalarium minimè ſoluatur, ſed pro rata eiſdem pręſtetur.

. Recipit incrementum tale grauamẽ ex *deciſ. Rot. Roman. in vna Romana mercedis Luna* 16. *Decembris* 1519. *coram Eminentiſſimo Cardinali Seraphino*, cuius quidem tenor ſonat vt infra.

Marcheſinus promiſit Antonio, & Horatio fratribus de Benectis *d'andare à ſeruirli al ſondaco di S. Marco*; & vice verſa Benetti promiſerunt ei ſalarium annuum ſcut. 400. pro ſex annis inchoandis kalend. ianuarij 1612. per hæc verba, *quali ſaranno per ſua prouiſione participatione, & recognitione, ſenza, che poſſa pretendere altro nel detto negotio.* Cum autem ante ſexennij cõuenti lapſum, Marcheſinus fuiſſet dimiſſus à dicto negotio, orta eſt controuerſia ſuper præſtatione ſalarij integri, & poſt latas duas ſententias diuerſas, commiſſa cauſa in gradu appellationis in Rota dubitatum fuit, an ſalarium debeatur à Benectis Marcheſino, & quãtum in caſu; & ad effectum de quo agitur, & Domini reſoluerunt, ſalarium conuentum deberi, & pro ſolutione diſtinxerunt tria tempora, primum à kalend. Ianuarij 1612. vſque ad diem 15. Maij 1614. qua die latum fuerat laudũ ſuper diuiſione ſocietatis huius negotij inter fratres de Benettis, & negotium totum relictum fuerat ſoli Horatio.

Secundum tempus erat à die dictæ diuiſionis vſque ad menſem Iulij 1615. quo tempore teſtes deponebant, Marcheſinum fuiſſe licentiatum, & de his duobus temporibus non controuertebatur, ſalarium deberi Marcheſino, & informantes pro ipſo fatebantur ſibi fuiſſe ſatisfactum.

Superat difficultas à die datæ licentiæ, nempè à dicto menſe Iulij 1615. vſque ad totum annum 1617. & ſic per duos annos cum dimidio, iuxta conuentionem prædictam ſex annorum, ſecundum quam Marcheſinus prætendebat ſummam circiter ſcut. 1000. in qua prætenſione domini dicebant, re-
1 gulam ſtare pro Marcheſino, quia locator operarum debet conſequi totũ ſalarium conuentum, etiam ſi non præſtiterit operas pro toto tempore, quãdo per ipſum non ſtetit, quominus pręſtaret, ſed potius per conductorem, *l. ſed addes, §. cum quidam, l. qui operas, ff. locat. gloſſ. in l. ſi vno, § item cum quidã, in verbo, perſonis, verſ. cum autem, eodẽ tit. Bart. in l. 1 §. Diuus, num. 1. in fine*, vbi dicit, id habere modicam dubitationem, *ff. de var. & extraord. cogn. Dec. conſil. 70. num. 1.* Natta *conſ. 452. num. 2. Alcobr. conſ. 5. num. 15. lib. 2.* & dictum fuit in *Valentina, ſeù Romana mercedis 3. Iunij* 1602. *coram Illuſtriſs.* Cardin. *Lancellot. & in Meliten conſerue 3. Iunij 1613. coram R.P.D. meo Buratto.* vnde cum Marcheſinus obtulerit ſeparatum deſeruire in fundaco, iuxta ſolitũ, vt in ſuis geminatis proteſtationibus, & fuerit reiectus, videtur intrare regula prædicta, quod ei debeatur merces cõuenta pro toto tempore, etiam ſi operas non præſtiterit.

Neque obſtare videbantur in contrarium allegata, & primo, quod Marcheſinus promiſerat operas pro negotio fundaci ſuper ſocietate inita inter fratres de Benettis; vnde illa diſſoluta per diuiſione, inferebatur ceſſaſſe obligationem fratrum, de illum retinendo. Reſpondebatur enim, nõ probari, Marche-

che-

cheſinum fuiſſe conductũ intuitu ſocietatis, ſi qua erat inter fratres, ſed ſimpliciter fuiſſe conductum ad inſeruiendum in fundaco S. Marci, quod fundacum remanſit, etiam poſt dictum laudum, & diuiſionem, vt apparebat ex literis miſſis ad Horatium, qui ſolus remanſerat in negotio à ſuis correſpõſalibus; idem etiam apparebat ex illis verbis laudi, *che il negotio reſtituto al Signor Horatio tanto di mercantie come di crediti, & peſi di debiti, & ogn'altra attione pertinente al detto fundaco*, & ſic etiam ipſi remanſit onus præfatæ conuentionis.

Quibus addebatur, Marcheſinum poſt dictam diuiſionẽ fuiſſe adhuc retentum per treſdecim menſes in eodẽ ſeruitio ab Horatio, & quamuis informantes pro Benettis dicerent nõ propterea ſibi deberi mercedem conuentam ex locato, ſed ipſum poſſet agere actione negotiorum geſtorum, per doctrinam *Bart. in l. item quæritur, §. qui impleto, num. 5. ff. locat.* tamen reſpondebatur, talem doctrinam non applicari, quia *Bartol.* loquitur de eo, qui erat poſitus ad cuſtodiam fundi pro certo tempore, & certa mercede, & finito tempore pertranſerat in eadem cuſtodia, ſed in caſu propoſito res aliter ſe habebat, quia Marcheſinus non ſteterat toto tempore conuento in ſeruitio fundaci, ſed inſeruiuerat per aliquod tempus, etiam poſt diuiſionem inter fratres in ſeruitio conuento; vnde
3 ei merces conuenta debetur, & in pũcto, quod debeatur integrum ſalarium ei, qui promiſit ſeruitium pro certo tempore, etiam ſi poſtea diſſoluatur ſocietas, *Dec. conſ. 108. in princ.*

Minus obſtare dictum fuit, quod ſecundo loco opponebatur, de maledicentia Marcheſini contra Horatium, propter quam Horatius coactus ipsũ licentiare talis enim cauſa non fuit vllo modo expreſſa in licentia, prout neque fuit expreſſa altera cauſa diſſolutæ ſocietatis, ſed ſimpliciter dictum fuerat, *che il fondaco non haueua biſogno di lui*, & ſic licentia remanebat ſine cauſa, ſaltem vera, ſed cum cauſa merè volũtaria, quę non ſufficiebat ad reſcindendam conuentionem initam vtriuſque partis conſenſu, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.*

Reſpondebatur etiam prætenſam maledicentiam non probari, niſi per duos teſtes famulos, & conuiuas ipſorum mercatorum; vndè quidquid ſit de illa quæſtione, an famuli apothecarum probent pro domino, ad *conſ. Bald. 50.*
4 *lib. 2.* tamen † ceſſare videbatur difficultas quando teſtes conuiuunt, & cohabitant, *Put. decis. 3. verſ. dubitabatur, lib. 1.* quod idem innuit *idem Bald.* præſertim in illis verbis, *niſi ſit conuiuialis*, & plures congerit *Farinac. de teſtib. q. 55. n. 18.* tenuit *Rot. in Ferrar. Matrimonij, 18. Iunij 1610. coram Reuerendiſ. Aſtrebaten.*

Et quamuis diceretur inhabitabilem horum teſtium ſuppleri ex alijs teſtibus deponentibus ſuper ipſorum probitate, id tamen non viſum fuit ſufficere quia ad hunc effectum non ſufficiebat probitas ordinaria, ſed requirebatur ta-
5 lis, vt teſtes poſſent dici omni † exceptione maiores, nempè animæ honeſtatis, & probatæ vitæ, ad tradita per eundem *Farinac. quæſt. 62. num. 344. & 367.*

Addebatur præmiſſis, quod nõ probabatur maledicentiam Marcheſini perueniſſe ad aures dictorum fratrum, niſi ex depoſitione vnius teſtis, quæ nõ erat probatio ſufficiens.

Neque videbatur applicari *text. in l. ſi conuenitur, in fin. ff. pro ſocio*, quia loquitur in ſocio incurioſo, vel damnoſo, ita vt alter ſocius ipſorum pati non poſſit; in caſu autem propoſito non probabatur talis incuria, vel damnum, præterquam quod neque probabatur Marcheſinum fuiſſe ſocium, cum eſſet miniſter ſalariatus.

Nec abeſſe viſa fuerunt verba illa conuentionis, *per ſua proviſione, participatione, & recognitione*, nam recipiebant declarationem ex pręcedentibus, & ſubſequentibus, quæ ſonabant in mercedem, & ſalarium iuncta obſeruantia, ex qua apparebat Marcheſinum fuiſſe ſimplicem Miniſtrum, & deponebant teſtes, quod Marcheſinus nunquam ſtetitiſſet in tali ſocietate.

Allegatus ſtylus, quod mercatores non obſtantibus conuentionibus poſſint ad libitum licentiare miniſtros fundaci, non probabatur pro vt neq. probari viſum fuit, quod dicebatur Marcheſinum inſeruiſſe alijs poſt dictam

4 *Famuli apothecarum etiam ſi probent aliquando pro domino, id tamen non procedit, quādo non conueniunt, & cohabitant.*

5 *Teſtium, qui qui cohabitant cum eo, pro quo deponunt vt defectus ſuppleri poſſit per alios teſtes debēt eſſe omni exceptione maiores.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauātur, ſi eis integrum ſalarium non ſoluatur, eò quia fuerunt conducti ad certum tempus, & antea diſſolutum fuit negotium, pro quo conducti erant.

GRAVAMEN XXIX.

VIdetur in ſubditorum grauamen redundare, ſi conducti ad certum tempus ad ſeruitium Baronum, & eò quia ante tale tempus diſſolutum fuit negotium, pro quo fuerunt conducti integrum ſalarium minimè ſoluatur, ſed pro rata eiſdem prẹſtetur.

Recipit incrementum tale grauamē ex *deciſ. Rot. Roman. in vna Romana mercedis Lunæ 16. Decembris 1519. coram Eminentiſſimo Cardinali Seraphino*, cuius quidem tenor ſonat vt infra.

Marcheſinus promiſie Antonio, & Horatio fratribus de Benectis *d'andare à ſeruirli al ſondaco di S. Marco*; & vice verſa Benetti promiſerunt ei ſalarium annuum ſcut. 400. pro ſex annis inchoandis kalend. Ianuarij 1612. per hæc verba, *quali ſaranno per ſua prouiſione participatione, & recognitione, ſenza, che poſſa pretendere altro nel detto negotio*. Cum autem ante ſexennij cōuenti lapſum, Marcheſinus fuiſſet dimiſſus à dicto negotio, orta eſt controuerſia ſuper præſtatione ſalarij integri, & poſt latas duas ſententias diuerſas, commiſſa cauſa in gradu appellationis in Rota dubitatum fuit, an ſalarium debeatur à Benectis Marcheſino, & quātum in caſu; & ad effectum de quo agitur, & Domini reſoluerunt, ſalarium conuentum deberi, & pro ſolutione diſtinxerunt tria tempora, primum à kalend. Ianuarij 1612. vſque ad diem 15. Maij 1614. qua die latum fuerat laudū ſuper diuiſione ſocietatis huius negotij inter fratres de Benettis, & negotium totum relictum fuerat ſoli Horatio.

Secundum tempus erat à die dictæ diuiſionis vſque ad menſem Iulij 1615. quo tempore teſtes deponebant, Marcheſinum fuiſſe licentiatum, & de his duobus temporibus non controuertebatur, ſalarium deberi Marcheſino, & informantes pro ipſo fatebantur ſibi fuiſſe ſatisfactum.

Superat difficultas à die datæ licentiæ, nempè à dicto menſe Iulij 1615. vſque ad totum annum 1617. & ſic per duos annos cum dimidio, iuxta conuentionem prædictam ſex annorum, ſecundum quam Marcheſinus prætendebat ſummam circiter ſcut. 1000. in qua prætenſione domini dicebant, re-
1 gulam ſtare pro Marcheſino, quia locator operarum debet conſequi totū ſalarium conuentum, etiam ſi non præſtiterit operas pro toto tempore, quādo per ipſum non ſtetit, quominus prẹſtaret, ſed potius per conductorem, *l. ſed addes, §. cum quidam, l. qui operas, ff. locat. gloſſ. in l. ſi vno, § item cum quidā, in verbo, perſonis, verſ. cum autem, eod. tit. Bart. in l. 1. §. Diuus, num. 1. in fine*, vbi dicit, id habere modicam dubitationem. *ff. de var. & extraord. cogn. Dec. conſil. 70. num. 1.* Natta *conſ. 452. num. 2. Alcobr. conſ. 5. num. 15. lib. 2.* & dictum fuit in *Valentina, ſeù Romana mercedis 3. Iunij 1602. coram Illuſtriſ.* Cardin. *Lancellot. & in Meliten conſeruæ 3. Iunij 1613. coram R.P.D. meo Euratto*, vnde cum Marcheſinus obtulerit ſeparatum deſeruire in fundaco, iuxta ſolitū, vt in ſuis geminatis proteſtationibus, & fuerit reiectus, videtur intrare regula prædicta, quod ei debeatur merces cōuenta pro toto tempore, etiam ſi operas non præſtiterit.

Neque obſtare videbantur in contrarium allegata, & primo, quod Marcheſinus promiſerat operas pro negotio fundaci ſuper ſocietate inita inter fratres de Benettis; vnde illa diſſoluta per diuiſione, inferebatur ceſſaſſe obligationem fratrum, de illum retinendo. Reſpondebatur enim, nō probari, Marche-

cheſinum fuiſſe conductũ intuitu ſo-
cietatis, ſi qua erat inter fratres, ſed
ſimpliciter fuiſſe conductum ad inſer-
uiendum in fundaco S. Marci, quod
fundacum remanſit, etiam poſt dictum
laudum, & diuiſionem, vt apparebat ex
literis miſſis ad Horatium, qui ſolus
remanſerat in negotio à ſuis correſpõ-
ſalibus; idem etiam apparebat ex illis
verbis laudi, *che il negotio reſtituto al
Signor Horatio tanto di mercantie come
di crediti, & peſi di debiti, & ogn'altra
attione pertinente al detto ſundaco*, & ſic
etiam ipſi remanſit onus præfatæ con-
uentionis.

Quibus addebatur, Marcheſinum
poſt dictam diuiſionẽ fuiſſe adhuc re-
tentum per treſdecim menſes in eodẽ
ſeruitio ab Horatio, & quamuis infor-
mantes pro Benettis dicerent nõ pro-
pterea ſibi deberi mercedem conuen-
tam ex locato, ſed ipſum poſſet agere
actione negotiorum geſtorum, per do-
ctrinam *Bart. in l. item quæritur, §. qui
impleto, num. 5. ff. locat.* tamen reſpon-
debatur, talem doctrinam non appli-
cari, quia *Bartol.* loquitur de eo, qui
erat poſitus ad cuſtodiam fundi pro
certo tempore, & certa mercede, & fi-
nito tempore pertranſerat in eadem
cuſtodia, ſed in caſu propoſito res ali-
ter ſe habebat, quia Marcheſinus non
ſteterat toto tempore conuento in
ſeruitio fundaci, ſed inſeruiuerat per
aliquod tempus, etiam poſt diuiſionem
inter fratres in ſeruitio conuento; vnde
3 ci merces conuenta debetur, & in pũ-
cto, quod debeatur integrum ſalarium
ei, qui promiſit ſeruitium pro certo
tempore, etiam ſi poſtea diſſoluatur ſo-
cietas, *Dec. conſ. 108. in princ.*

Minus obſtare dictum fuit, quod ſe-
cundo loco opponebatur, de maledi-
centia Marcheſini contra Horatium,
propter quam Horatius coactus ipsũ
licentiare talis enim cauſa non fuit vllo
modo expreſſa in licentia, prout neque
fuit expreſſa altera cauſa diſſolutæ ſo-
cietatis, ſed ſimpliciter dictum fuerat,
che il fondaco non haueua biſogno di lui,
& ſic licentia remanebat ſine cauſa,
ſaltem vera, ſed cum cauſa merè volũ-
taria. quę non ſufficiebat ad reſcinden-
dam conuentionem initam vtriuſque
partis conſenſu, *l. nihil tam naturale,
ff. de reg. iur.*

Reſpondebatur etiam prætenſam
maledicentiam non probari, niſi per
duos teſtes famulos, & conuiuas ipſo-
rum mercatorum; vndè quidquid ſit de
illa quæſtione, an famuli apothecarum
probent pro domino, ad *conſ. Bald. 50.*
4 *lib. 2.* tamen † ceſſare videbatur diffi-
cultas quando teſtes conuiuunt, & co-
habitant, *Put. deciſ. 3. verſ. dubitabatur,
lib. 1.* quod idem innuit *idem Bald.* præ-
ſertim in illis verbis, *niſi ſit conuiuialis*,
& plures congerit *Farinac. de teſt. lib. q.
55. n. 18.* tenuit *Rot. in Ferrar. Matri-
monij, 18. Iunij 1610. coram Reuerendiſ.
Aſtrebaten.*

Et quamuis diceretur inhabitabilem
horum teſtium ſuppleri ex alijs teſti-
bus deponentibus ſuper ipſorum pro-
bitate, id tamen non viſum fuit ſufficere
quia ad hunc effectum non ſufficiebat
probitas ordinaria, ſed requirebatur ta
5 lis, vt teſtes poſſent dici omni † exce-
ptione maiores, nempè animæ hone-
ſtatis, & probatæ vitæ, ad tradita per
eundem *Farinac. quæſt. 62. num. 344.
& 367.*

Addebatur præmiſſis, quod nõ pro-
babatur maledicentiam Marcheſini
perueniſſe ad aures dictorum fratrum,
niſi ex depoſitione vnius teſtis, quæ nõ
erat probatio ſufficiens.

Neque videbatur applicari *text. in
l. ſi conuenitur, in fin. ff. pro ſocio*, quia lo-
quitur in ſocio incurioſo, vel damnoſo,
ita vt alter ſocius ipſorum pati non
poſſit; in caſu autem propoſito non
probabatur talis incuria, vel damnum,
præterquam quod neque probabatur
Marcheſinum fuiſſe ſocium, cum eſſet
miniſter ſalariatus.

Nec abeſſe viſa fuerunt verba illa
conuentionis, *per ſua proniſione, parti-
cipatione, & recognitione*, nam recipie-
bant declarationem ex pręcedentibus,
& ſubſequentibus, quæ ſonabant in
mercedem, & ſalarium iuncta obſer-
uantia, ex qua apparebat Marcheſinum
fuiſſe ſimplicem Miniſtrum, & depo-
nebant teſtes, quod Marcheſinus nun-
quam ſtetiſſet in tali ſocietate.

Allegatus ſtylus, quod mercatores
non obſtantibus conuentionibus poſ-
ſint ad libitum licentiare miniſtros fun-
daci, non probabatur pro vt neq. pro-
bari viſum fuit, quod dicebatur Mar-
cheſinum inſeruiſſe alijs poſt dictam

licentiam per *text.in l.diem functo,ff.de offic.aſſ. ſſor. & in l.diem functo.ff.locat.* Quare cum hæc non iuſtificarentur in facto, concluſum fuit ſalarium conuentum deberi.

SVMMARIVM.

1 *Angariæ, & perangariæ conceſſæ Baronibus,non ſunt exercendæ vltra modum.*
2 *Angariæ, & perangariæ in quo conſiſtant.*
3 *Angariæ, & perangariæ debentur Baronibus ad arbitrium boni viri, vbi non ſunt determinatæ.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur,quoties angariæ,& perangariæ, præter ſolitum modum, & boni viri arbitrium ipſis à Baronibus indicuntur.

GRAVAMEN XXX.

1 ANgariæ, & perangariæ ſi ex cōceſſione,vel conſuetudine vtilibus dominis terrarum conceſſæ reperiantur, illæ tamen ſunt exercendæ iuxta ſolitum modum, nec præter ſolitum indici debent, *Afflict. in cap.vnic. quæ ſint Regalia, in verb.angariæ,n.3.Bart.in l.1. C.de excuſat.muner.lib 10. Bald.in cap.cum multa, in fin.C.de bon. quæ liber. Natta conſ.185. n 3.& 5 Roſinth de feud.cap.5.concl.71. in gloſ.lit.A.*moderne *la Ratha in theatro feudal.p.11 dilucid.72.* vbi etiā quod cum perangariæ,& angariæ conſiſtant, quod ſubditi debeant dominis habentibus præſtare certas operas aliquibus diebus,in menſe, & in anno vt fodiant, metant,triturent ligna,cædant,& ſimilia, vel cum plauſtris, & iumentis, nauibus,ſiuè cymbis ſeruiant,ſi huiuſmodi præſtationes ſint incertæ arbitrio boni viri dependēt ſcilicet quod ſunt
3 regulandæ boni viri arbitrio, & ita exigendæ ſint ne ſubditos vltra modum grauent,& ſi cōtrafaciāt ſubditi ad ſuperiorem recurſum habebunt, *Iacobin. de S. Georgio in tract. de feud. verſ. de Roydit,num 46.*

Tali modo, vt ſi hæc non ſeruentur à Baronibus, ex inſolita angariarum,& perangariarum præſtatione, & præter arbitrium boni viri recipiant, vaſſallorum exorietur grauamen.

SVMMARIVM.

1 *Cadauera inquiſitorum antè condēnationem mortuorum ſuſpendi nequeunt,amplia,vt nu.2.& vide num.9.& 10.*
3 *Crimen extinguitur per mortem.*
4 *Mors omnia ſoluit.*
5 *Officium Iudicis ceſſat, mortuo reo.*
6 *Pęna in mortuū exequi nequit.*
7 *Iudices,& aſſeſſores mandantes cadauera ſuſpendi, tenentur in ſyndicatu actione iniuriarum.*
8 *Cadauer eſt incapax pęnæ.*
11 *Appellatione pendente quis non dicitur condemnatus.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Cadauera mortuorum condemnatorum ad mortem ſuſpendi mandantur,maximè pendente appellatione à condemnatione.

GRAVAMEN XXXI.

1 NEdum inquiſitorum cadauera antè condemnationem mortuorum ſuſpendi nequeunt, vt ſupra probauimus *grauam.7.hoc 3.tomo.*

2 Verum etiam neque ſi condemnati fuiſſent inquiſiti, & deindè mortui ſuſpenderentur, quia adhuc ſubintraret

gra-

2 grauamen, cum per mortem dicatur extinctum crimen, quia illa ſingula, & omnia ſoluit, *§.deincept, Auth.de nupt.* Card.*Tuſc. practicar.concluſ.tom.5. lit. M.concluſ.*391. vbi pariter inter alia *num.*7. poſt *Soccin.Iun.conſil.*112.*nu.*9. *lib.*1. promulgat per mortem, quem dici relinquere omnia, & totum mundum, nam mors omnia extinguit, & ſoluit quoad potentias humanas.

5 Et reo mortuo ceſſat Iudicis officiũ, *§.non autem, inſtit.de perpet. & temporal.act.l.*1. C.*ex delict. defunct. l.*1. C.*ſi Reus,vel accuſ mort.fuer.cap.quorundam* 23.*diſtinct.l.fin.* C *ſi reus pendent appell. mortuus fuerit,gloſſ.in l.*2. *§.pen ff.de hæred.vel act. vend.*

6 Nullaque in mortuum pœna exequi valet, *ad tex. in l defuncto, ff. de public. iudic.* & probant communi voce *DD. in l Imperium, ff.de iuriſd.omn.Iudicũ*, & illam talem profitentur ex cœteris *Decian.in tract.crimin.lib.*9.*cap.*4.*n.*14. *Clar.in pract.crim.lib.*5. *§.fin. quæſt.*51. *Menoch.de arbit.Iud. caſ.*285. fusè *Farinac.in pract.crim. tit. de inquiſit. q.*10.

7 aduertendo, & monendo Iudices, & aſſeſſores, mandantes cadauera ſuſpẽdi, in ſyndicatu actione iniuriarum teneri, *Papon.Arreſtor Franc. lib.*24. *tit.* 14.*arreſt.*1.*Simancb.de capt.reſtit.ti.*18.

8 vbi, quod cadauer puniri non ſolet, cũ anima, & ſenſu careat, & pœna incapax ſit, & ideò viuos, inquit, caſtigandos eſſe non mortuos.

9 Cæterum ſupra relati Interpretes non dedignati ſunt aſſeuerare ceſſare anteſignanam concluſionem, reſpectu inquiſitorũ de criminibus grauiſſimis, & atrociſſimis, vtputa in crimine læſæ maieſtatis, in crimine aſſaſſinij, & famoſorum latrociniorum, & ſimilibus, in quibus arbitrio Iudicis remanet poſſet contra cadauera inſeuiri facere, & exequi ſententiam condemnationis, vt latiùs pęnes *Menoch. de arbit.Iudic.cit. caſ.*285.*nu* 7.

10 Imò *Gizzarel.dec.*15. recenſet, iudicatum in Sacro Regio Conſilio ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, cadauer famoſi delinquentis mortui appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, debuiſſe ſuſpendi, & raptari, & conſequenter, ſententiam non obſtante pendentia appellationis eſſe demandandam executioni, meminit modernè *Thoro in compend. deciſio. Regni in verbo, cadauer, tom.*2. vbi teſtatur, ipſum *Gizzarell.cit deciſ.*15. pluribus rationibus contra ſententiam Sacri Conſilij admodum ſe inuehire, & in effectu *num.* 17. autumat Magnam Curiam, nunquam conſueuiſſe eius decreta mandare executioni contra cadauera inquiſitorum in carcere naturaliter mortuorum, cum multi famoſi delinquentes, & aſſaſſini pro tempore in carceribus deceſſerint, nam ſemper pendet appellatio in Sacro Conſilio, cum omnes condemnati ad mortem

11 ad illud appellent, & appellatione pẽdente quis dici non poteſt condemnatus, *l.*2. *§.conſtat, verſ.eum accipiemus, ff.de pœn.* ibi, *cum accipiemus damnatũ, qui non prouocauit, cæterum, ſi prouocauit, nedum damnatus videtur.*

Indè in rigore iuris allegata deciſio Sacri Regij Conſilij non venit recipiẽda, maximè in Tribunalibus inferioribus, in quibus putarem non ſine grauamine ſubditorum illam practicari poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Barones nequeunt ſe intromittere in cauſis, pro quibus eorum Gubernatores, ſiuè Officiales per vaſſallos allegantur ſuſpecti, & n.*3. *ſed vide num.*4.

2 *Vaſſalli grauantur, ſi* Barones *ſe intromittant in cauſis ſuſpicionũ.*

5 *Princeps dicitur lex animata in Terris.*

6 *Iuriſdictio* Baronalis *dicitur Regia.*

7 Iudex *quilibet quidquid iudicat, ipſe* Rex *iudicare dicitur.*

8 *Barones dicuntur* Regis *Officiales:*

9 Iudex *Eccleſiaſticus Diœceſanus de iure communi Hiſpaniarum aditur in cauſis ſuſpicionum.*

AR-

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones ſe intromittunt in cauſis ſuſpicionum eorum Officialiũ.

GRAVAMEN XXXII.

1 VBicunque legitimis de cauſis
per vaſſallos terrarum Gu-
bernatores, & Officiales al-
legātur ſuſpecti Barones ip-
ſorum locorum domini non valebunt
ſe intromittere in præfatis cauſis ſuſpi-
cionum, vt iudicauit *M. C. V. & S. R.*
C. contra Illuſtr. Ducem Traiecti vtilē
dominum terræ Pedimontis Aliſarum
Apicell. in addit. ad tutamen pauper. ſub
tit. de ſuſpic. Official nu 787. Thoro in
compend. dec. Regni, in verb. Baro, fol. 37.
col 2. tom. 2.
2 Quare grauarentur vaſſalli, ſi Baro-
nes ſe intromitterent in huiuſmodi ſu-
ſpicionum cauſis.
3 Affirmat enim *Carauit. Rit.* 263. *n.*
23. Baronibus nullo modo licere ſe in-
tromittere in cognitione ſuſpicionum,
quæ allegantur in perſonas eorum Of-
ficialium, ſed tantum Regios Superio-
res de cauſis ſuſpicionum cognoſcere,
ponderando verba *Pragmat. 2. de ſuſp.*
Official.

At contrariam partem fouet *Frec. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differ. feud. quater. n. 37. per cap. ſi contra de offic. deleg in* 6. quem latė opitulatur *Rouit. in citat. Pragmat. à n. 3. cum ſeq.* per hæc verba.

Vſus tamen approbauit opinionem
Frec. & iudicio meo non ſine palpabi-
li ratione fundata in *deciſ. d. cap. ſi con-*
tra, quæ eſt ſatis particularis vt de ſu-
ſpicionibus Vicarij, ſeu alterius Offi-
cialis Epiſcopi cognoſcat ipſemet Epi-
ſcopus, non alius Superior, & proinde
idem dicendum eſt in Barone. Nec ra-
tio conſiderata per *Carauit.* diuerſita-
tis inter Epiſcopum, & Baronem, quod
4 ſcilicet Epiſcopus habeat iuriſdictio-
nem à iure, ſed Baro ab homine, qua-
tenus eſt expreſſum in priuilegio, vide-
tur mihi ſufficiens; nam dum Baro ha-
bet iuriſdictionem omnimodā in om-
nibus cauſis ciuilibus, & criminalibus
cum mero, & mixto imperio infra fines
ſui territorij, exceptis aliquibus tantū
expreſſis, dum caſus hic non eſt exce-
ptuatus tranſiens cum regula vniuer-
ſalitatis in omnibus non exceptuatis,
& ſic vigore ſui priuilegij poteſt ritė, &
rectė de his etiam cognoſcere; habet
enim iuriſdictionem etiam à lege, dum
habet iuriſdictionē à Principe, qui eſt
5 lex animata in terris, vt *in auth. de con-*
ſul. in fin. & ratio expreſſa in hac Prag.
quod ſcilicet hæc cognitio ſpectat ad
Regiam iuriſdictionem, non benė pon-
deratur pro ſe, imò retorquetur con-
tra ipſum, quia intentio conditoris hu-
ius pragmaticæ non fuit inducere dif-
ferentiam inter iuriſdictionem Baro-
nalem, & Regiam, & ſic ponderare iu-
riſdictionem Regiam ad differentiam
iuriſdictionis Baronum, ſed benė illam
inducere, & ponderare ad differentiam
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ; nam adhuc
6 iuriſdictio Baronalis dicitur Regia, à
qua ipſa dependet; nam in Regno no-
ſtro quod ſubeſt vni tātum Regi, quic-
quid iudicat quilibet iudex, ipſe Rex iu-
7 dicare videtur, *Andr. in cap. 1. n. 48. quæ*
ſint regal. & etiam Barones dicuntur
8 Regij Officiales, vt poſt *Afflict.* tradit
Praſ de Franch. dec. 211. *n.* 7. fortius pro
opinione *Carauit.* ſtringit litera prag-
maticæ ſequentis, vbi expreſsė dicitur,
quod adeatur Regia Audientia non in
cauſis ſuſpicionum, ergo ſunt excluſi
Barones, ſed illam non ponderauit *Ca-*
rauit. quia benė ſciebat, quod incluſio
Regiæ Audientiæ in hoc caſu non im-
portabat excluſionem Baronum, nam
Regia Audientia fuit ibi contemplata,
& contemplata in ſpecie tanquam Tri-
bunal ordinarium in prouincia, non
autem vt derogetur authoritati Baro-
num, qui habent eorum iuriſdictionem
ordinariam ex priuilegio.

Illud verò, quod ponderat *Carauit.*
de obſeruatione illius Ritus, ſeu prag-
maticæ ante hanc pragmaticam etiam
quoad Officiales Baronum, vanum eſt,
pace ſua, quia in hac *Pragm.* 2. expreſsė
declaratur contrarium, quod ſcilicet
nunquam fuit obſeruata, & quod in
cauſis ſuſpitionum adiretur iudex Ec-
9 cleſiaſticus Diæceſanus, & non ſolum
erat introductum per ſupradictum Ri-
tum in hoc Regno, ſed etiam in Regnis
Hiſpaniarum, vt *in for. iud. lib. 2. tit. 1. l.*
22. & ibi Villadieg. n. 8.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Officiales* Baronales *allegati ſuſpe-*
cti, et declarati tales, grauant vaſ-
ſallos ſi ſe ingerant in cauſis ipſo-
rum.
2 *Iudex declaratus ſuſpectus nequit*
interuenire quando proferuntur
vota, nec etiam quando ſit cauſæ
relatio.
3 *Suſpitio non ceſſat, ceſſante cauſa*
ſuſpitionis.
4 *Iudex prouocatur ad indignationẽ*
ex cauſa ſuſpitionis.
5 *Suſpitio non ceſſat ubi etiam durant*
reliquiæ ſuſpitionis.
6 *Inimicus poſt pacem factam non*
eſt idoneus teſtis.
7 Iudex *recuſatus eſt inimicus recon-*
ciliatus partis, quæ recuſauit.

A R G V M E N T V M.

Vaſſall grauantur, quando non extāte ſuſpitione in Officiales Baronales allegata, & recepta, ac declarata in eorum cauſis procedatur ſub prætextu quod ceſſauerit cauſa, propter quam fuerint declarati ſuſpecti.

G R A V A M E N XXXIII.

INſurgit vaſſallorum grauamen ſi Baronales Officiales allegati ſuſpecti,
& tales declarati ſe ingerant in cau-
ſis ipſorum eo ſub prætextu, quia
1 poſtea ceſſauit cauſa, propter quam
fuerunt ſemel declarati ſuſpecti.
2 Siquidem iudex declaratus ſuſpectus
interuenire prohibetur in cauſa nedum quando proferuntur vota, ſed nec etiā cum ſit relatio cauſæ, vt in *Pragm. 4. de offic. Sac. Reg. Conſ.* etiam ſi ceſſet cauſa, propter quam fuit ſemel declaratus ſuſpectus, ad *text. in cap. iudex ab Apoſtolica Sede datus, in fin. de offic. deleg. in 6.*

Et probauit *Perez. lib. 3. ordinament. tit. 5. rubr. de las recuſation. de juezes, q. 15. Epiſcop Ricc. collect. dec 423.* iuxta quam opinionem obtinuiſſe in Collaterali Conſilio pro creditoribus Comitis Loreti in ſuſpitione quondam Regentis Caſtellet. teſtatur *Rouit. conſ. 10. n. 7. tom. 1.* & aliàs iudicatum refert
3 *Præſ. de Franch. dec. 719.* vbi quod ſuſpi-
tionis cauſa ceſſante, non ceſſat ſuſpitio, aſſerens conuenire tali opinioni, quod in dies ſeruatur in Sacro Conſilio, in quo commiſſa cauſa alicui ex Conſiliarijs ob ſuſpitionem alterius, etiā quod Conſiliario ſuſpecto recuſato alius Cōſiliarius non ſuſpectus ſuccederet remanet cauſa penes eum, cui ob ſuſpicionem commiſſa fuit non habita cōſideratione ad perſonam primi Commiſſarij iam ſuſpecti declarati, quia ab eo eſt pænitus cauſa abdicata.
4 Confert pro corroboratione, quia
ex recuſatione iudex ad indignationem prouocatur, ad *text. in l. litigatores, ff. de arbitr. Gayl. obſeruat. 34. n. 7 lib. 1.* vndè licet ſuſpitio tollatur ex ceſſatione cauſæ in recuſante, indignatio tamen adhuc durare poteſt in iudice.
5 Inde videmus, quod licet ceſſet ſuſpi-
tio vbi antequā iudex ſit declaratus ſuſpectus cauſa ſuſpitionis ceſſet, *Ferrer. in obſeru. Catalon. cap. 93.* tamen ſecus eſſet quando adhuc reliquiæ ſuſpitionis remanerent, vt probat idem in *eiſd. obſeruat. cap. 119.* quem refert, & ſequitur *Rouit. in Pragm. 1. nu. 48. de ſuſpit. Official.*
6 Et facit nam inimicus poſt pacem
factam non dicitur idoneus teſtis, *Affl. in Conſtit. Regni, At legitima, nu. 2.* latè *Epiſcop. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. 168.*
7 *part. 1.* igitur ita & iudex recuſatus,
qui videtur inimicus reconciliatus, *Aufrer in tract. de recuſat. verſic. 36. Thor. in compend. deciſ. regn. verb. Officialis recuſatus, tom. 1.* vbi ita aliàs extitiſſe iudicatum recenſet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officiales nequeunt procedere ad carcerationem antequam conſtet de plena probatione, amplia vt n.2.*

3 *Reus non dicitur accuſatus, ſed conuictus.*

4 *Veritas, non titulus delicti attenditur in criminalibus.*

5 *Titulus ſolus non facit quem eſſe reum.*

6 *Carcerari non debet, qui eſt relaxandus ſub cautione.*

7 *Carceratio non fit pro ſingulis criminibus.*

8 *Vaſſalli grauantur, ſi titulus eſt grauis, abſque probationibus, & non relaxantur ſub cautione.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando idoneè cauere volunt, & ſub prætextu quod titulus obſtat indicijs legitimis non exiſtentibus in carceribus detineantur, nec habilitantur.

GRAVAMEN XXXIV.

1 HAbemus ſanctionem particularem in Regno, ne Officiales procedant ad carcerationem contra formam *Conſtitut. Regn.* incip. *Humanitate, & cap. Regn.* incip. *Ab illo inchoandum*, quibus prouiſum patet requiri plenam probationem, vt procedi valeat ad capturam, & antequam incipiat, conſtare de maleficio idoneè cauens non detineatur de perſona, ita cãtat *Pragmat. 1. ſub rubr. de cuſtod. reor.*

2 Nec inquiſitionis titulus ſolummodo obeſt, niſi concurrant indicia, cum plura improperentur, quæ deinde delẽtur, ad *text. in l. furtis, ff. de his, qui not. infam.* nam reus minimè dicitur accu-
3 ſatus, ſed conuictus, *l. fin. C. de accuſat. cap. nonnè*, 8.q.4. & in criminalibus titu-
4 lus delicti non pungit, ſed rei veritas attenditur, *l. famoſi, ff. ad l. Iul. Maieſtat. Franc dec.* 330. vbi etiam quod ſolus ti-
5 tulus non efficit quem eſſe reum, ſed probatio ipſa refert, & ſequitur *Maſtrill. in comment. ad indult. general. cap.* 29. *num.* 20.

Indè ex ſupradictis infert iuridicè *Rouit. in comment. ad cit. Pragmat. 1. de cuſtod. reor. ſub n.* 4. malè aduertere iudices noſtri temporis ad ſolam tituli oſtẽſionem procedẽtes ad carcerationem, & quoties pro illorum excarceratione ſub fideiuſſoria cautione inſtatur, allegando carcerati innocentiam, & probationum defectum, illud ſolum replicando excipiunt, nempè obſtare titulũ, probans vlterius ſub *num.* 7. carcerare
6 aliquem, qui eſt ſub cautione relaxandus, eſſe maximam iniuſtitiam, ex *Andr. in cap. 1. §. item qui domino n. 32. in addit. quæ ſit prima cauſa benefic. amittend.* &
7 quod non pro ſingulis criminibus eſt procedendum ad carcerationem etiam ſi plenè conſtiterit, ſed ſub cautione rei ſunt relaxãdi, niſi de grauibus ageretur delictis, *l. Diuus, ff. de cuſtod. reor.* videndi *Bouadill in Polit. lib. 3. cap. 15. à num. 18. cum ſeq. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. caſ. 303 Suar. in tract. de fideiuſſor. in cauſis criminal. in fin ſuarum allegat.* repoſito.

8 Quare ad noſtrum propoſitum deueniendo poterit firmari induci grauamen contra vaſſallos, vbi ex eo quia titulus criminis eſt grauis, nec ſubſiſtunt probationes de perſona detinentur, nec ſub cautione relaxantur, illam præſtare volentes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex iuſta cauſa poteſt recarcerare reos ſub fideiuſſione relaxatos, & quando facere poteſt, n. 2.*

3 *Inquiſitus habilitatus non poteſt recarcerari, vbi non venit imponenda pœna corporalis.*

4 *Reus relaxatus ſub cautione, ſi recarceratur, debet ante ſententiam*

ex-

excarcerari quando non venit puniendus corporaliter.

5 *Iudex recarcerans reos relaxatos ſub fideiuſſione quando tenetur in ſindicatu.*

6 *Iudex exequitur pœnam contra fideiuſſores ſi reus aufugerit.*

7 *Præſentia rei non eſt neceſſaria, vbi non venit imponenda pœna corporalis.*

8 *Vaſſalli ſi recarcerantur, vbi non imponitur pœna corporalis, grauantur.*

9 *Habilitatio qualiter fiat de iure Regni in cauſis arduis.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi relaxati ſub fideiuſſoribus pro crimine pro quo non venit imponenda pæna corporis afflictiua iterum ad carceres reuocentur, & forſitan carcerati non habilitētur cum cautione.

GRAVAMEN XXXV.

1 Recarcerare reos ſub fideiuſſoribus relaxatos quamuis poſſit iudex iuſta de cauſa, vt apud *Clar. in §. fin. q. 46. n. 10. & Farinac in pract. crim q. 4. n. 25. q. 33. num. 67. & ſeq. & conſ. 59. nu 29.*

2 Tamen id procedit quando tractatur de crimine, ob quod aut certum eſt irrogandam eſſe pœnam corporis afflictiuam, aut ſaltem iudex dubitare poteſt num tal is pœna veniat irroganda, quia tunc ideò permittitur recarceratio, ne Rei interim aufugientes auferant iudici facultatem exequendi ſententiam, vt ipſimet *Clar. loc. cit. & Farinac. cit q. 33. n. 68.* autumant.

3 At quoties certū eſt delictū eſſe tale, ne ex eo valeat irrogari pœna corporalis, ceſſabit poteſtas recarcerandi, *Bellon. conſ. 93. n. 6.* vbi quod tantum

4 abeſt ne poſſit reus recarcerari, vt imò ſi fuerit carceratus, debeat (ſi petatur) datis fideiuſſoribus etiam ante ſententiam relaxari, ad *text. in l. Diuus, ff de cuſtod. & exhibit. reor. Boſſ. in tit. de carcerib. n 1. & 2. Clar. in d. §. fin. quaſt. 44. num. 7.*

5 Tali modo quod ſi denegetur, iudex tenetur in ſindicatu, ad *text. in l. ſi verò pro condemnato, §. 1 & ibi. Bart. ff qui ſatiſd cog Farinac. d q 33. n. 7.*

Ceſſat ſiquidem tunc cauſa, ob quam Rei ſolent in carceribus detineri; quia etſi aufugiant, minimè impedit quin

6 non valeat iudex exequi ſententiam, aut contra fideiuſſores ſi pecuniaria imponatur pœna, vt inquit *Farinac loc. indicat. nu. 1.* vel etiam ſi contra ipſummet abſentem, ſi pœna banni, aut alia

7 ſimilis imponatur; ſiquidem quando pœna non eſt in corpus exequenda, Rei præſentia non eſt neceſſaria, *Bellon. d. conſ. 93. ſub n. 8.*

8 Quare vaſſalli grauarentur, ſi relaxati ſub cautione pro crimine, pro quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua, iterum carcerentur, & forſitan carcerati ſub fideiuſſoribus non relaxeutnr.

9 Cæterum de iure Regni reminiſcaris eſſe prouiſum in cauſis arduis non eſſe faciendam habilitationem, niſi in plena banca andito Fiſci patrono, vt legitur in *Prag. 6. §. 5.* incip. *item volemo, ſub rubric. de offic. Magiſtr. Iuſtit.* vbi quod in cauſis, in quibus imponenda venit pœna mo tis naturalis, vel ciuilis abſciſſionis membri, triremis, aut relegationis prohibetur habilitatio, niſi vt ſupra, nempè audito Fiſco, & in plena banca.

SVMMARIVM.

1 *Puniri nequit quis pro crimine, pro quo fuit liberatus, amplia etiam ſuperueniente noua querela de eodem facto, n. 2.*

3 *Vaſſalli grauantur ſi puniantur pro crimine, pro quo liberati fuerunt.*

4 *Sententia, cuius vigore ſemel punitus eſt reus facitius pro eodem contra omnes, et parit excepti onem rei iudicata coram quocumq; iudice, etiam*

etiam ſi eſſemus in diuerſis iuriſdictionibus, n. 5.

6 *Executio ſententiæ rei iudicatæ parit exceptionem contra aliam ſententiam, quæ alio in loco legitimè facta reperiretur.*

7 *Exceptio rei iudicatæ obſtat contra quemlibet alium accuſare volentem, quamuis eſſet proceſſum per inquiſitionem*, n. 8.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi eo ſub prætextu, quod de crimine, pro quo alias fuerunt abſoluti, & excarcerati veniunt iterum inquiſiti ad inſtantiam alterius perſonæ, quam primæ denuò carcerentur, & contra eos procedatur, quamuis maiora inditia non appareant.

GRAVAMEN XXXVI.

PRobauimus quidem iuridicè tam *in tom. 1. Grauam* 275. quàm *tom. 2. Grauam.* 40. non poſſe ſine grauamine iterum moleſtari vaſſallos pro eodem crimine, pro quo liberati fuere, niſi maiora primis ſuperueniant ditia, vt latiùs ibidem erit videndum.

2 Nunc illis inhærendo ampliamus tamen concluſionem eſſe veram, quamuis ſuperuenerit noua querela ſuper eodẽ facto ab alia perſonâ, niſi accuſator noua deduxerit indicia, quia non poteſt dici noua cauſa, nec magis grauare reũ, quia eſſet grauatus per primam accuſationem, vt ex *l. licet. §. fin. ff naut. caup. & ſtabul. & l. ſi cui crimen, §. 1. ff de accuſat.* in puncto modernè probat *Belion. conſ.* 93 *ſub n* 4. *verſ. nec obſtat.*

3 Inde ſi contrarium acteнtetur, vtique vaſſallorum ſuborietur grauamen, pro vt pro grauamine fuit habitum in facti contingentiam per Regiam Audientiã Hidrunti, dum fuiſſet à ſuo Baronẽ moleſtatus ad querelam alterius, quã primi accuſatoris Nardus Antonius de le Fiore, nam præſentato decreto liberatorio pro eadem cauſa fuit decretum non eſſe moleſtandum.

Et iterum dum caſus accidiſſet in Curia Epiſcopali Viciequenſi, ſic fuit practicatum de anno 1636.

Conferunt ſupradicts, quæ nouiter autumat *Marcian. conſ.* 4. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 1. vbi quod ſententia, cuius vigore

4 ſemel punitus eſt reus, facit ius pro eodem contra omnes, *l. ſi cui, §. iſdem ff. de accuſ. l. eum, qui, §. in popularibus, ff. de iuretur. l. licet, in ſ. n. ff. naut. caup. & ſtabul. Seſſ dec. Aragon.* 106. *nu.* 1. *& ſeq.* & parit exceptionem rei iudicatæ co-

5 ram quocunq. iudice, etiam ſi eſſemus in diuerſis iuriſdictionibus, cum ſemel punitus iterum cognoſci non poſſit, *l. qui de crimine, C. qui accuſ. non poſſ cap. de his, de accus. Aretin. conſ* 58. *num.* 12. *Anchar. in cap. ea quæ, de regul. iur. q.* 9. *Clar in §. practic. q.* 39. *verſ. quæro, Boſſ. de for. compet. n.* 85. *Seſſe cit. deciſ.* 106. &

6 executio ſententiæ prædictæ parit exceptionem contra aliam ſententiam, quæ in alio loco reperiretur legitimè facta, *Decian. in tract. crimin. lib.* 2. *c* 36.

7 *numer.* 6. & obſtare contra quemlibet alium iterum accuſare volentem, *Maranta in prax. tit. de inquiſit. num.* 48. *Boer. dec.* 289 *num.* 9. quamuis eſſet pro-

8 ceſſum per inquiſitionem, *Roman conſ.* 223 *Bart. in l ſi cui, §. iſdem, ff. de accuſ.*

Conducit *Reg. Valenzuela conſ.* 143. *tom.* 2. quatenus probat quem non poſſe moleſtari denuò ſuper his, pro quibus per iudicem competentem fuit cognitum, & lata ſententia, & quod accuſatus ab vno non poteſt ab alio accuſari ſuper eadem re, ad *textan l. qui de crimine. C. de accuſ.* vbi *gloſſ. in verb non poteſt*, intelligit ſiuè qui fuerit condẽnatus, ſiuè abſolutus, ex *l licet, §. fin. ff. naut. caup. & ſtabul. l. ſi cui, §.* 1. *ff. de accuſat. l. ſi quis homicidij, C. eod. tit. cap. de his, de accuſ.* quod etiam locum habere annuit, quando cauſa non fuiſſet deciſa, ſed penderet, *l. hi tamen, §. ab alio delatam, ff. de accuſat.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Barones poſſunt habere ius imponendi vectigalia ex priuilegio.*

2 *Barones peccant exigẽdo noua vectigalia, & quando, nu. 3. 4. & 5.*

6 *Collectas etiam ob neceſſitatem impoſitas ſubditi, in tantum tenentur, in quantum poſſunt.*

7 *Principes, ſiuè eius Conſiliarij non onera grauia, ſed congrua imponere debent.*

8 *In iuſto tributo, & donatiuo exigitur proportio in ordine ad vires Regni.*

ARGVMENTVM

Vaſſalli Grauantur, quando Barones habentes ius imponendi, & exigendi vectigalia, pro illorum exactione Vaſſallorũ bona violenter capiunt, & ſupra illorum facultatem accipiunt.

GRAVAMEN XXXVII.

1 Barones poſſunt habere ius imponendi, & exigendi vectigalia ex priuilegio, vero, vel prę ſumpto ſcilicet ex poſſeſſione immemorabilis temporis, vt docet *Andr. in Conſtit. Regni, Quadragenalẽ,* & pulchrè probat *Goffred. de Caieta ad Rit. Reg. Camer. Summar Rubric. de Iur. fundac verſ. item de eo, quod dictum eſt,* ſequitur *Reg. Rouit. in commentario ad pragm. rubr de vectigalibus, num. 20.* aſ-
2 ferens ſupra *num. 16. & ſeq.* dupliciter peccari in exactione talium vectigalium.

3 Primo, ſi vtilitatem populorum non procurant, ſed ſolum ad diripiendum eorum bona, interdum iuxta illud *Ezech. cap. 35. Lac comedebatis & lanis cooperiebamini, & quod graſſum erat occidebatis gregem autem meum non paſcebatis.*

4 Secundò, ſi pro illorum exactione violenter capiant bona ſubditorum, & ſupra populorum facultatem exigunt, iuxta illud *Matth. 2. Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum,* ità *Goffred. de Caieta in proœm. ad Rit. Reg. Cam. propè finem, & in rub. de iur. fundac. verſ. ſed quaeritur circa praedicta.*

5 Quare pro noſtri inſtituti coronide, poterit quidem concludi, grauari Vaſſallos, quoties illorum bona violenter accipiuntur tali de cauſa à Baronibus, & ſupra illorum facultates exiguntur.

6 Cum ſubditi in tantum ad collectas, etiam in caſu neceſſitatis impoſitas teneantur, in quantum poſſint, itaut ipſi non egeant, & quod commodè poſſint, *Goffred. de Caiet.* vbi ſupra *fol. 209. Sanchez lib. 2. conſil. moral. cap. 4. Seſe deciſ. Aragon. 337 tom. 3. Cabed. deciſ. Luſit. 49. par. 2. Caliſt. de leg. Regia §. 23. n. 32. Marquez de Gubern. Chriſtian. c. 16.*

7 Indè Princeps, ſiuè magis eis Conſiliarij diligenter conſiderare debent, nẽ imponant onera grauia, ſed congrua, quę ſubditi ferre poſſunt, & ex cauſa neceſſaria publicę vtilitatis, *Arcbidiac. in c. quia cognouimus 10. quaeſt. 3. Theſ. deciſ. 257.* nouiter *Galeot. controu. foren. 18. nu. 25. tom. 1.*

8 Hinc in iuſto tributo, & donatiuo exigitur proportio in ordine ad vires Regni, & populorum, nam licet Regis neceſſitas ſit cauſa finalis tributi, & illa iudicetur iuſta, ſi tamen vires Regni minimè ſuppetant ad tributum ferendum, iniuſtum reputabitur, ſi imponatur, *Salas de legibus diſp. 15. n. 120. ſect. 10. Turrian. in 2. 2. diſp. 45. dub. 2. nu. 7.* vbi voluit, Principem in tributis imponendis debere conſiderare propriam neceſſitatem per ordinem ad commune bonum, necnon neceſſitatem, & ſubditorum indigentiam, probat etiam recenter *Dian. reſolution. moral. tit. de parlament. reſol. 5.* vbi quod Domini parlamentarij debent attendere, ſi Vniuerſitates, & populi poſſint ſuſtinere onus, alias iniuſta erit impoſitio, & tenerentur ad reſtitutionem, ex *Maderiag. lib. de Senatu cap. 40.*

Et ideò hanc agnoſcentes iuſtitiam, quam effugere non potuerunt quamuis ad munificentisſimi Regis Noſtri

partem, ſcripſerint *Reg. Valent.* & *Rouit.* ille *conſ.99* iſte in *conſult. vnica* poſt *primum volumen Conſiliorum*, in eam deuenerunt ſententiam, quod quando Regnum eſt multis tributis oneratum, & exauſtum, Regi non liceat imponere nouum tributum, & requirere nouum donatiuum, ſed minuere, & ſuſpendere gratias, & penſiones aliquibus aſſignatas, vt etiam ſequuntur *Reg. Tapia in deciſ. Supremi Senat. Ital. 23. nu. 83. Raſtellius de Regimin. Princip. li. 3. de cauſ. parlament. n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Ius imponendi vectigal ſpectat ad Principem.*

2 *Vectigal vt poſſit imponi, quæ requirantur, num. 3. & 4.*

5 *Princeps imponens vectigal abſque cauſa peccat.*

6 *Princeps vt vectigal imponere poſſit, oportet quod ſuo careat.*

7 *Subditis ſoluentibus onera ordinaria, non eſt imponendum aliud grauamen.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi non concurrentibus publica vtilitate, & Domini neceſſitate vectigalibus, & impoſitionibus onerentur.

GRAVAMEN XXXVIII.

1 ETſi verum ſit, ius imponendi vectigal eſſe de Regalibus, illudq; penes Principes reſidere, *l. vectigalia, ff. de publican. l. 1. & 2. C. noua vectigal, l. omnes, C. de annon. & tribut. lib. 10.*

2 Tamen vt illud principaliter poſſit exerceri, duo in ſe requirit, quorum alterum eſt, vt ità expediat vniuerſo Regno; alterum, quòd de ſuo Princeps non habeat vnde poſſit occurrere publicæ neceſſitati, vt præcæteris firmarunt *Roland. conſ. 1. nu. 51. vol. 2. Capye. in inueſtitur. in verb. collecta, verſ. temporibus.*

3 Igitur eſt de ſubſtantia vrgere publicam neceſſitatem, vt liceat Principi collectas, & vectigalia imponere, iuxta adducta à *Bolognett. conſ. 1. nu. 8.*

4 Vndè neceſſaria eſt cauſa legitima, qua deficiente, nouum vectigal imponi prohibetur, *Afflict. in cap. 1. in verbo, vectigalia, num. 8. & in verb. extraordinaria. num. 4. quæ ſint Regalia*, adductus à *Roland. citat. conſ. 1. n. 57.*

Et cauſam debere eſſe vrgentiſſimã, firmat *Capye. in ſua inueſtitur. in verb. vectigalia. in verſ. cauſa imponendarũ*, & talem vt Reipublicæ, vtilitatem & neceſſitatem concernat, *Natt. conſ. 380. num. 3. ex Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure*, nam aliàs cum intereſſe vniuerſale ſubditorum verſetur, peccaret

5 Princeps, ſi abſque cauſa id ageret, *Innocent. in cap. innouamus, de cenſib. And. in cap. 1. in verbo bona committentium, nu. 74. quæ ſint Regal.*

Inſuper eſt neceſsè, vt cõcurrat pro

6 iuſtitia vectigalis imponendi, Principẽ ſuo carere, de qua neceſſitate vrgenti prouidere valeat, ex theorica *Bald.* cõmuni calculo recepta *in l. neminem*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dum voluit, Principem debere ſe prius præmunire, & de propria burſa expendere, quod ſi nõ ſufficiat, poſſit ſubditis collectas imponere, nam vt ibi docet *Paul. de Caſt.*

7 cum ſubditi ſoluant onera ordinaria, aliud grauamen ſuperaddendum minimè eſt, niſi maxima exiſtente neceſſitate, & ſic Principe abſolutè, & de ſuo carente; oportet enim prius propriũ marſupium euacuare, & poſtea ad gabellarum impoſitionem deuenire, vt poſt allegatos ſcripſerunt *Fulg. conſ. 20 col. pen. & Natt. conſ. 380. Cyn. in l. neminem C. de ſacroſ Eccl. Guid. Pap. deciſ. 551. n. 11. Petra de poteſt. Princip. cap. 4. nu. 343* ſequitur *Aluar. de priuil. pauper. q. 38. nu. 10. p. 1.* vbi cæteros cumulat *Cabed. dec. Luſit. 49. n. 3. p. 2.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Principi aliquid aſſerenti creditur, limita exiſtente tertÿ praiudicio, n.2.& 10.*

3 *Principi aſſerenti aliquid, quod reſpicit propriam vtilitatem, non creditur,& nu. 4.*

5 *Princeps aſſerens aliquid, ex quo ſubditi ſentiunt incommodum, & ipſe commodum, illi non creditur, & num.6.*

7 *Princeps reuocare volens conceſſionem ex cauſa boni publici, quid probare debet.*

8 *Probatio à tertio, cui præiudicium infertur, admittitur contra præſumptionem Principis, & n. 9.*

11 *Clement. 1. de probat. non admittitur à Gallis, & procedit ſolum reſpectu Papæ.*

12 *Vectigal non imponitur ad ſolam Principis aſſertionem.*

13 *Præiudicium populorum vbi verſatur, vltra Principis aſſertionem, alia adminicula ſunt neceſſaria.*

14 *Cauſa imponendi vectigal eſt neceſſitas Principis.*

15 *Qualitas debet adeſſe,& probari.*

16 *Vaſſalli grauantur ſi ex ſola Domini aſſertione aliquid ſoluere cogantur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur ſi ex ſola Domini atteſtatione de propria neceſſitate adſtringantur pro tali neceſſitate aliquid ſoluere.

GRAVAMEN XXXIX.

1 EST vulgata concluſio, Principi aſſerenti aliquid eſſe credendũ, fundata in deciſione *text. in Clement.1.de probat.*

At illa claudicat, quoties de tertij præiudicio agitur, pro vt ſenſerunt *Aretin.in conſ.365. col.3.Paul. de Caſtr in conſ. 46.vol.2. Gozad. conſ.5. Anchar. conſ.398.Gram.dec 65.n.9. & ſeq.& dec. 103.nu.227.& dec.5 n.2.Dec. in cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtitut & conſ.397.* Curt.*conſ.142. Ruin conſ.175. volum.2. Pariſ.conſ.5.& conſ.67. vol.4.* Staff.*de lit.grat. & iuſtit.fol.*155.*Crauet. conſil.* 48. & 171.

3 Non eſt enim credendum Principi
in eo quod reſpicit propriam vtilitatẽ,
vt in terminis docet *Dec.conſ.445.n.61.*
Maur. alios adducens *alleg. 16.ſub n.4.*
& alleg.28. n.12. quo in caſu non credi,
4 etiam ſi per viam legis agat, tradunt
Ruin conſ.3.vol.5. Afflict.ſuper Conſtit.
Regni.ſub Rubr. *de Magiſtrit Procurat.*
num.3.Crauett.de antiquit. tempor. par.
1.num.5.

5 Et quando ex aſſertione Principis ipſe ſentiret commodum, & ſubditi incommodum, nec illi credi tenuerunt *Andr. in cap.1.qui ſucceſſores teneant, & ibi Afflict.n.17.Oldrad.conſ.258.Roland. à Vall.conſ.1.nu.58.vol.2. Ludouic.concl. 14. verſ.infertur quadrageſimo tertio.*

Ita quod dum tractatur de concernentibus eius commodum, non creditur Principi atteſtanti de iuſta cauſa, ſicuti cum agitur de vaſſallo priuando ſuo feudo, *Bald.conſ.326.vol.1. Iſern.in cap.1. quo temp. militant vaſſalli, Iaſon. conſ 86.volum.3.Menoch.conſ.*100. alios
adducens *nu.26.vol.1.Mandoſ.in add.ad*
Lapum,alleg.7. & Maur.alleg.85.nu.3.
7 fundat quod ſi Princeps ex cauſa boni
publici, & quietis regni reuocet conceſſionem factam, eſt neceſſe probare aliunde, quàm ex aſſertione ipſius Regis, quia Principi agenti aliquid ob publicum bonum non creditur niſi aliter probetur, *Dec.in cap.quod in Eccleſiarũ, col.10. de conſtit.* dicens non credi Principi aſſerenti cauſam ſubeſſe in ſua diſpoſitione,& latiùs confirmat *Theſſaur. d.alleg.16. à nu.31. cum ſeq.* nec tollitur quin cõtrarium non poſſit probari aduerſus adductam iuris pręſumptionem, vt credatur Regi aſſerenti de neceſſitate ſua, *Soc.conſ.4.num.13.vol.3. Gramat. dec.67.ſub n.60.Iaſon. conſ.227.col.6.*

8 Taliter vt præſumptio iſta pro Principe(ſi quæ ſit)vrgeat,quovſq.à tertio, cui præiudicium infertur, non fuerit

aliud probatum ex natnra iuris præ-
ſumptionis recipientis probationem
in contrarium. *l. generaliter, §. ſi peti-
tum, ff. de fideicommiſſ. libert.* cum ad-
ductis per *Maſcard. de probat. concluſ.*
1221. *n.* 2. quod in terminis noſtris præ
cæteris voluerunt *Feſtaſ. in tract. de
collect. part. 4. cap. 6. n. 19.* Crauet. *conſ.*
135. *n. 42. vol. 1. Menoch. alleg. conſ.* 100
n. 28. et ſeq. loquens in fortioribus, ne-
9 dum ſi ſola præſumptio, verum etiam
ſi plena fides pro Principe vigeat a-
gnoſcens magis iuri, & æquitati con-
ſentaneum eſſe, probationem in con-
trarium admitrere.
10 Inſup ſupradicta regula inter alias,
quas patitur exceptiones, illa quoque
viget, nempè quando contra id, quod
Princeps aſſerit, aliqua adſit præſum-
ptio, quia rnnc non creditur, *Abb. in
cap. nonnulli, §. 1. de reſcript.* Ruyn. *con-
ſil* 41. *col. 3. vol. 1. Rom. cõſ. 50. col. penul.*
vbi idem iudicat verum, vbi conſta-
ret etiam moraliter de cõtrario eius,
quod Princeps fuiſſet atteſtatus, ſe-
quuntur *Zaſ. conſ. 16. vol. 2. Soc. conſil.*
74. *col. 5. vol. 2. Curt. ſen. conſ. 50. n. 374.*
11 Imò generaliter Gallos non admi-
ctere deciſionem *allegat. Clem. 1. de
probat.* & diſpoſitionem talis *tex.* pro-
cedere dumtaxar reſpectu Papæ, & nõ
aliorum tenent *Felyn. in cap. cum à no-
bis, col. 9. de teſtib. Curt. iun. conſ. 61.
nu. 13. Dec. conſ. 410. col. 2. in fin Gemin.
conſ. 96. n. 91.* quod reſpectu aliorum
Principum non eſt vndiq; recepta opi-
nio, & proinde ſic facile pro vt ſuppo-
nitur ſtante contrarietate opinionum
ad noſtri articnli deciſionem allegati
non valet vt credatur aſſertioni Regis
fatetur *Valdeſ. de dignit. Reg. regno-
rumq; Hiſpan. cap. 22. n. 10.*

Et non eundo per mendicata ſuffra-
gia, in terminis (vt aiunt terminanti-
bus) de vrgente Principis neceſſitate,
ad finem ita imponendi nouum vecti-
gal, & tributum, nec ſolam Principis
aſſertionem ſufficere pro neceſſitate
probanda firmarunt *Loazes in conſult.
pro Marchione de los Velez, fundam 3.
n. 60. Elius in extrauag.* Cur. *Regal.* 191
Ferrer. in Conſtit. Hac noſtra euidentia,
3 *n.* 42. quos refert, & ſequitur *Diana
reſolut. moral. tract. 5. miſcellan. reſol.
78. tom. 3.*
13 Et ex quo verſatur populorum pręiudicium, & intereſſe vltra Principis
aſſertionem, alia adminicula concur-
rere eſſe congruum, probarunr *Felyn.
in cap. cum à nobis, de teſtib. & Guttier.
pract. quæſt. lib. 4. q. 11. n. 24.*

Sed ne cnm ſola authoritate per-
tranſirem videar, iungo rationes ab
eiſdem excitatas, quarum prima eſt,
quod ideò de vrgenre Principis ne-
ceſſitate cõſtare prius debeat, eò quia
14 eſt cauſa præambula ad vectigalium
impoſitionem, & vt neceſſarium an-
tecedens eſt de forma talis probatio,
dum requiſitum à lege inductiuum
alicuius actus ante omnia prius con-
ſtare debeat, *Ripa in l. ex facto, n. 30 ff.
de vulg. & pupil. Lara de anniuer. lib. 2.
cap. 4. n. 38. Crauet. conſ. 332. n. 4.* & qua
15 litas, quæ eſt fundamentum habilitãs
perſonã, debet omninò adeſſe, & pro-
banda eſt, nec aliàs ſufficit, *Bald. in cap.
ſeries, de teſtib. Angel. in l. 2. §. idem, ff.
quomod. teſtament. aperiant. Alciat. de
præſumpt. regul. 3. præſumpt. 2. nnm. 10.*
vbi de communiori, & veriori teſta-
tur ſententia, ſeqnitur *Valaſc. dec. 74.
ſub num. 9.*

Secunda eſt, nam non tãtum eſt de-
ferendum aſſertioni Principis ob in-
conueniens, quod reſultare poſſit ex
ſimili aſſertione, vt per indirectum le-
gibus prohibitiuis vectigalinm abro-
gari, cum ordinationes, & pragmaticæ
in tali egeſtate ſe fundari poſsẽt, & le-
ges ſemper extirpari, & præcauere ea,
quæ dnci poſſent ad inconueniens, &
quæ de facili induci in fraudem legis
valent ſe adaptare debeat, indè non
ſufficere ſolam Principis aſſertionem
ſuper propria neceſſitate firmandum
eſt.
16 Quare ex his ad noſtrum propoſi-
tum conclndi ſuaptè, poteſt grauari
vaſſallos, vbi ex ſola Domini atteſta-
tione de propria neceſſitate pro tali
effectu aliquid ſoluere, & nouum onus
agnoſcere cogantur.

S V M M A R I V M.

1 *Aerariorum munus verſatur circa
redditſuum feudalium exactio-
nem.*

Aerarij

2 *Aerarij in exactione redditaum feudalium uidentur habere largam manum.*
Aerarij non habent facultatem alienandi, & obligandi Barones, ibid.
3 *Aerarij non ſe debent ingerere in exactione debitorum particularium perſonarum, & hac de cauſa ciues non vexare carcerando, vel contra illos exequendo.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Ærarij Baronales, ſub nomine Baronum exigunt debita particularium, & tali ſub prætextu ex abrupto procedunt contra debitores.

GRAVAMEN XXXX.

VT ſæpiùs dixi, videlicet tom. 1. Grauam.165.& tom.2.Grauami 197. Aerariorum Baronalium munus verſatur in exactione redditaũ feudalium, in quibus videntur largam habere manum coactiuam in exigendo, & quaſi extraordinaria vtuntur poteſtate ad libitum carcerando,& de illorũ munere, & officio nouiter *Marcian.conſ.46.vol.*1.vbi deponit illos carere facultate alienandi, nec Barones obligationis nexu adſtringendi niſi in caſibus particularibus ibidem notatis.

Sed hæc qualis qualis iniuſta,& vſurpata poteſtas debet ceſſare, vbi ſub hoc colore nomine Baronum debita particularium adhuc exigere intendunt, quia grauantur vaſſalli quoties ſub tali prætextu contra eos ex abrupto proceditur pro conſequendo credito particularium.

3 Indè ad inſtantiam Vniuerſitatis terræ Lauri cum eſſet porrectũ grauamen contra Marchionem vtilem Dominum, & ſuos Aerarios pro tempore,eo quia ſubibant onus exigendi exigentias particularium perſonarum nõ ſpectantium ad marchionalem Curiam, & quamuis dictæ exactiones eſſent illiquidæ, ſub nomine Aerariatus de facto faciebant exequi, & carcerare,ac alias violentias adhibere contra ciues,quos debitores ſupponebat, mediante decreto lato per Regium Conſiliarium Belmundez cauſæ Commiſſarium extitit prouiſum,quod Aerarij nõ exigant niſi debita concernentia Curiã Marchionalem,& quod à cæteris ſe abſtineant, & pro debitis particularium penitus ſe intromictant in exactione, vt in proceſſu Grauaminũ dictæ Terræ in Banca Cioffi.

Quare cum quidam Illuſtris Dominus exigere faceret ſuum Aerarium, vel fortaſsè ipſe Aerarius ſe ingeretet in exactione creditorum particularium, & ſub clypeo Ærariatus leuato velo, & ex abrupto procederet carcerando debitores, & ſimilia faciendo, tandem miſeri vaſſalli amplius reſiſtere non valentes, habito recurſu ad eorum Commiſſarium deſtinatum pro grauaminibus habuerũt ſalutare releuamen, vt omninò abſtineret Ærarius ab exactione debitorum particularium ſub pœna in prouiſionibus iniunctа.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates ſunt vocandæ in donatiuis,& parlamentis vbi earum intereſt.*
2 *Barones poſſunt comparere quando agitur de communi intereſſe Vniuerſitatis, & n.*8.
3 *Barones inuitis Vniuerſitatibus cõparere nequeunt.*
4 *Petens declarari electionem nullam quando auditur.*
5 *Excipere de præſcriptione quis non poteſt,ſi ſua non intereſt.*
6 *Intereſſe non habens non auditur.*
7 *Coniunctus non admittitur inuito coniuncto, niſi habet intereſſe.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando Barones comparent pro Vniuerſitatibus ſuis in Parlamentis abſq; mandato vbi de coæquali, & communi intereſſe cum illis non agitur.

GRAVAMEN XXXXI.

1 VNiuerſitates demaniales, & Baronales ſunt vocandæ in donatiuis, vel parlamentis, vbi earũ intereſt, & debent mittere ꝓcuratores, vt eſt videre apud *Reg. de Põte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de* Regal. *impoſit. in rubric.à n.*20.
2 Et quamuis poſſint Barones comparere quando de coæquali, & communi
intereſſe Vniuerſitatis agitur, ſecus tamen erit quando ipſe intereſſe non habet, quia tunc inuitis Vniuerſitatibus
3 abſq; grauamine comparere nequeunt,
pro vt in caput grauaminis reperio vna vice datum cõtra quendam vtilem dominum, quem non debere audiri inſtabatur, dum ceſſabat intereſſe ſuum, per regulam *text. in l. ſi vnus, §. ante omnia, vbi Bart. ff. de pact. l. ex conuentione, & ibi Alex.* C. *eod. tit Rom. conſ.*499. vbi pe-
4 tens declarari electionem nullam de
alio factam, non auditur, niſi doceat de intereſſe, *& conſ.*347.*n.*4. *Dec. conſ.*428. *n.*10. *Alex. conſ.*185. *n.*27. *in fin. verſ. non*
5 *omitto, lib.*2. vbi quod non auditur vo-
lens excipere de præſcriptione is, cuius non intereſt, *& conſ.*213. vbi quod non auditur volens excipere de præſcrip-
5 tione is, cuius non intereſt, & *conſ.* 213.
6 vbi quod non habens intereſſe, nullo
modo auditur, vt alius amoueatur, & *conſ.*166. *num.*4. *&* 5. *eodem lib.* vbi quod potens declarari rem eſſe Titij, non auditur in cauſa ſiuè agat, ſiuè excipiat, comprobãt præ cæteris *Gratian. forenſ. diſcep.*387. *Greu. ad pract. Camer. Imper. lib.*1. *concluſ.*69. *Gardin. Tuſc. concl.*315. *lit. I.*
7 Congruit *Bart. per text. ibi in l. patri,*
in princip. ff de minorib. vbi tutatur coniunctam perſonam non admicti coniũcto inuito, niſi habeat intereſſe pro ſe. Sed non reticeam dicere, quod moderniſſimè *Capan. in tract. de iure Adhoæ, q.*34. poſt diſcuſſionem factam hac in materia in hæc prorupit verba *n.*26.
8 Declara ſecundò, quod dixi, ne Ba-
rones poſſint ſtatuere, quando non agitur de coæquali intereſſe, limita hodie indifferenter procedere, vt Barones ex conſuetudine perpetua, & immemorabili non contradicta per ipſos de Vniuerſitatibus poſſint comparere, & ſtatuere in parlamentis, & donatiuis ſiuè agatur, ſiuè non agatur de eorum coæquali intereſſe *de Ponte d. nu.*35. *verſ. ſecundò limita.*

At ſi meam in hoc expectes ſententiam potius ex vſurpatione hoc ius aſſecutos fuiſſe forſitan cenſeo.

SVMMARIVM.

1 *Lapides eximere ſi vaſſalli impediantur, grauantur.*
2 *Lapidicinias aperire, etiam ſi vena tranſeat per fundum alterius, nemo prohibetur.*
3 *Lapides cedere, & eximere ad dominum fundi ſpectat.*
4 *Lapidicinias ſi quis inuenerit in loco ſuo, vel publico, an poſſit alios prohibere, ne eximant, & n.*5.
6 *Ius prohibendi ne quis liberè vtatur re ſua per ſeruitutem requiritur.*
7 *Seruitus non inducta, ſi inducitur, quid operatur.*
8 *Seruitus conſtituta facit, vt fundus ſeruiat.*
9 *Seruitus rafrenat liberum vſum dominij.*
10 *Lapidicinæ nè eximantur, quando prohiberi poſſunt.*
11 *Lapidicinæ publicæ nequeunt retineri iure proprietatis.*
12 *Prohibere nemo poteſt, niſi qui dominium habet.*
13 *Vſufructuarius exiſtimatur pars dominij.*
14 *Vſufructuarius poteſt eximere lapi-*

pi-

pides ex lapidicinÿ vſusfructus.
15 *Facultas lapidis cedendi, alicui legata, ad hæredes non tranſit.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi Barones ſub prætextu, quod lapidicinas in proprijs locis aperuerint, prohibeant per hoc eis, nè proprijs in locis lapides incidant, & eximant.

GRAVAMEN XXXXII.

COnquerebantur Vaſſalli cuinſdam Ciuitatis de ipſorum vtili Domino, eo quia apererat lapidicinaa in ſuo fundo, & impediebat nonnullos Ciues, nè in proprijs locis lapides inciderent, & eximerent, ob quod grauati apud ſuperiores, obtinuerunt prouiſiones, quod Baro abſtineret, & liceret prælibatis comparẽtibus, lapides incidere, & eximere.

1 Itaut grauamen ſic reſpectu vaſſallorum, ſi impediantur lapides eximere, quia cuilibet id agere in ſuo licet, taliter quod ſi quis in ſuo fundo, aut in pu-
2 blico lapidicinas repererit, nequear alter etiam ſi per eius agrum lapidis vena tranſierit, prohibere ne lapidicinam a-
3 periat; quia cædere lapides, & illos eximere ad dominum fundi ſpectat, imò alteri concedere cæſionem, ad *tex. in l. ſi cum mihi, ff. de dol. Douel. lib. 15. com. cap. 40. & ibi Oſuual. lit. B. in addit.* modernisſimè refert, & ſequitur *Larrea in deciſ. Granatenſ diſput. 44. n. 19.* in ſpecie
4 tractaus vtrum in lapidicinis, quas in ſuo fundo, vel in publico quis aperuerit ita ius acquirat, vt alium etiam prohibere valeat, ne lapides eximat etiam in loco longe diſſito, quamuis alterius proprio, quaſi lapis eiuſdem qualitatis ſit, & vena vt dicitur, adhuc duret, & variæ in terra foſſæ apertæ in girũ lapidicinæ ex eis in omnibus partibus poſſeſſionem tueatur, & poſt adducta
5 fundamenta contraria *num. 5.* annuit, vt hoc in caſu ſi quis in ſuo fundo, aut in publico lapidicinas inuenerit non poſſit aliam, per cuius agrum vens tranſierit prohibere ne lapidicinam aperiat.

6 Iungit rationem talis opinionis, eò quia ius prohibendi, nè dominus fundi re ſua liberè vtatur, niſi per ſeruitutem acquiri nequit, *ad tex. in l. 3. § eodem, & l. ergo, §. Neratius, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.*

7 Vndè quando non reperitur conſtituta, non poteſt aliqualiter induci, imò licet conſtitueretur, non poſſet operari, nè dominus lapidem eximeret ſuo in fundo; conſuetudine verò, aut ſeruitute fieri poteſt, vt quis etiam inuito domino in fundo lapidem eximat, non tamẽ, vt domino id prohibere intendat, *l. venditor, § conſtat, ff. commun. præd.*

8 Seruitus enim conſtituta reſpicit; vt fundus ſeruiat, qualitatemq; ad dominantis commodum patiatur, & ferat *l. vt pomum, ff. de ſeruit.* non autem, vt omninò valeat priuare dominij effectu in lapide eximendo.

9 Nam quamuis ſeruitus liberum vsũ dominij raſtrenet, & reſtringat, tamen illud omninò non euacuat, imò ſubſiſtere nequit, quando ei, cui ſeruitus debetur dominium acquireretur, *l. pro parte, & l. in omnibus, ff. de ſeruit.*

Subdit autem idem *Laurra* poſt multa adducta *d. diſput. 44. nu. 8.* in caſu ſuo Senatum Granatenſem determinaſſe
10 tantum poſſe prohiberi lapidem eximi in duabus lapidicinis, quæ in publico loco apertæ decreto Ciuitatis, & iſtæ ad illum, qui aperuit ſpectabant, in reliquis verò lapidicinis, etſi eiuſdem venę lapidis fuiſſe reſolutum, eſſe abſoluẽdos reos, qui lapidem eximebant.

11 Cuius deciſionis illam inueſtigat rationem, nam tales lapidicinæ in publico apertæ erant, & ideò iure proprietatis non poterant obtineri, *l. fin. ff. de vſucap.* & cum dominium nequeat obtineri in eis; tantò minus ius prohibendi, vt aliàs vltra illum locum, in quo lapidicinam aperuit permiſſu Ciuitatis, nequeat vltra lapidem eximere.

12 Eò quia eſt proprium dominij tale ius in eo loco alium prohibere, in quo quis dominium habuerit, *l. venditor,*
13 *§. conſtat, ff. commun. prædior.* & quia vſufructuarius pars dominij exiſtimatur, *l. 4. ff. de vſufructu,* ideò quia id pertinet
14 ad dominium, vſufructuario conceditur

tur ius lapidis eximendi ex lapidicinis, quæ in fundo reperiuntur, cuius ad aliquem ſpectat vſusfructus, quia naturam dominij ſectatur, *l. item, §. ſed ſi lapidicinas, ff. de vſufruct. l. ſeruus aliàs Africanus, §. ſi quis alicui, ff. de legat.* 1. vbi pro-
35 batur, quod ſi alicui legetur facultas, lapidis cedendi, quaſi id reſpiciat vſumfructum, minimè ad hæredem tranſit, ad inſtar vſusfructus hæredem non ſequitur, *§. finitur, inſtit. de vſufruct. cum concordant.*

SVMMARIVM.

1 *Barones nequeunt ſe intromittere in cognitione tertiarum cauſarum.*

2 *Baro non debet ſe extendere vltra ſua priuilegia.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi Baro ſe intromictat in cognitione tertiarum cauſarum, quæ ſublatę fuerunt per priuilegia, ac decretum M. C. V. vrgente intereſſe Terræ.

GRAVAMEN XLIII.

Baronibus quamis ex conceſſione, & priuilegio poſſint ſpectare, nedum ſecundæ, ſed etiam tertiæ cauſæ.

1 Tamen nequeunt ſe intromittere in cognitione tertiarum cauſarum, quæ ſublata præſupponuntur per priuilegia, & decretum Magnæ Curiæ Vicariæ vrgente intereſſe Terræ, *Thor. in compēd. deciſ. Regni in verbo,* Baro, *fol. 42. col. 2. tom. 2.* vbi quod ſi ſecus nunquam releuaretur Terra ab aggrauijs, & quod id tenderet in exceſſum Baronalis iuriſdictionis contra ſubditos.

Indè recenſet Sacrum Regium Conſilium in facti contingentia ſimili determinaſſe eſſe obſeruanda decreta, & Ba-
2 ronem non debere extēdere manus vltra contenta in ſuis priuilegijs, vt patet in *quartodecimo grauamine Terræ Atripaldæ*, cum eius vtili Domino, quæ fuerunt in reclamatione confirmata, præſtita cautione in forma de *anno* 1570. in cauſa eiuſdem Terræ cum Domitio Caracciolo Tellius Domino, vt in Banca de Cioffo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad offenſam poſt publicationē non recipiuntur ad inſtãtiam partium.*

2 *Teſtes poſſunt examinari in cauſis criminalibus poſt publicationem, limita vt nu. 3.*

4 *Teſtes recipiuntur poſt publicationem ſuper diuerſis, & nouis inditijs.*

5 *Probationes recipiuntur poſt publicationem, ſuperuenientibus nouis inditijs, etiam poſt rei relaxationem.*

6 *Iudex ex officio procedens, poteſt poſt publicationem examinare teſtes, nu. 7. amplia vt nu. 8.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando cōtra eos poſt publicationem factam in cauſis criminalibus ad inſtãtiam partium admittuntur teſtes ad offenſam.

GRAVAMEN XLIV.

1 Ex communi, & ſaniori DD. ſentētia poſſumus figere pedes, grauari vaſſallos, quando Baronales Curiæ ad inſtantiam partium teſtes ad offenſam poſt publicationem produci patiuntur, quia id non licet, prout nō licere patet prouiſum p *Conſiliarium Belmundez* vti Commiſſarium grauaminum porrectorum per Vniuerſitatem Sinnaris.

Si-

Siquidem, licet ſimpliciter in criminalibus poſt publicationem poſſint teſtes examinari, vt probarunt *Abb. in cap. fraternitatis num. 4 de teſtibus Gab. concl. 21. num. 95. tit. de teſtib. Viu. opin. 890. nu. 12. Clar. in pract quaeſt. 61 verſ. ſed quaero, Addit. ad Bertazz. conſ. crimin. 529. Theſſ. in dec. 262.* vbi ita ſeruari in Senatu Pedamontano refert.

3 Tamen non procedit, quando ad inſtantiam partis teſtes poſt publicationẽ ad offenſam producuntur, vt ex acceptata DD. ſententia tradunt *Bald. in dicto cap. fraternitatis, num. 10. de teſtib. Bart. in auth. at qui ſemel. num. 31. & ſeq.* C *de probat. Vrſill. ad Afflict. dec. 216. ſub n. 4. Theſſ. in cit. dec. 262. poſt nu. 5. Natt. conſil. 565. lib. 3. Surd. conſ. 158. num. 3.* vbi dicit ita de conſuetudine ſeruari *Gail. de pace publ. cap. 18. num. 10. lib. 1. Perſonal. de indit. ad tortur. quaeſt 11. nu. 28.* vbi ita pluries in practica obtinuiſſe refert.

Sed non reticeam dicere *Farinac.* qui ſupradicta, & alia reportat *in tractat. de teſtib. quaeſt. 75. num. 425.* exiſtimare, id
4 ceſſare, quando ſuper diuerſis, & nouis inditijs, & capitulis poſt publicationẽ recipiantur teſtes, *Vlpel. conſ.* 108. vbi, quod ſuperuenientibus nouis inditijs
5 recipiuntur probationes, nedum poſt publicationem, ſed etiam rei relaxationem, *Corrad. tit. de teſtibus rub. de recept. poſt termin. nu.* 47.

6 Ceſſabit tamen grauamen, quando ex officio Iudex procedet ad examen teſtium poſt publicationem, quia licet illi poſt publicationem plenius inquirere veritatem, iuxta theoricam *Bald. in cap. cum clamor, de teſtibus, Gomez de delict. cap. 13. rubr. de tort. reor. num. 34.*
7 vbi annuit, Iudicem poſt publicationem poſſe recipere teſtes ad offenſam, & punitionem delinquẽtis, etiam quod procedatur per viã accuſationis, adducens ad id quatuor rationes, & plures concordantes, & alij relati per *Gabr. citata concluſ. 21. nu. 96. & ſeq. de teſtib.* quam opinionem eſt ſequutus *Senatus Pedamontanus*, probat *Theſaur. cit. deciſ. 262.*
8 *in fine*, vt ſcilicet etiam quod adſit accuſator, poſſit Iudex ex officio, & poſt publicationem, teſtes ad offenſam examinare, & ex noſtris ita probat *Afflic. in Conſt. Regni. Terminum vitae, num.* 44. & ſeruari in praxi teſtatur *Carau. in Ritu M. C. 69. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſtquam fuerint examinati, & datus terminus reo ad ſe defendendum, & elapſus, quid faciendum.*
2 *Terminus repulſae quando datur.*
3 *Teſtes in termino debent iurare de veritate dicenda circa repulſam.*
4 *Terminus repulſae elapſus, poteſt peti alius.*
5 *Publicatio debet fieri in cauſa repulſa repulſae.*
6 *Terminus repulſae eſt communis cũ accuſatore, & quid in Fiſco. nu. 7.*
8 *Teſtes repulſatorij ſi fuerint examinati in termino repulſae, poſſunt examinari alij teſtes reprobatorij reprobatoriorum.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi quando proceditur ex officio abſque partis quaerela, terminus Repulſae cõcedatur, communiter etiã Curiae coadiutori.

GRAVAMEN XLV.

1 TEſtibus examinatis, & elapſo termino dato reo ad ſe defendendum per partem accuſantem, vel Curiae coadiutorem ſit inſtantia pro publicatione facienda, quae inſtantia debet intimari, vt dicit *Bald. in l. geſta, de re iudic.* & deindẽ facta alia inſtantia non intimata, ſolet fieri publicatio, cum termino bidui ad percunctandum in forma, & ad recipiendam copiam, ſi noluerit.

2 Publicatione autem facta, ac notificata, & facta percunctatione proceſſus, ſi reus petierit repulſam, Iudex tunc tenetur dare terminum repulſae, qui eſt medietas termini dati ad defendendũ, *vt in prag. 11 incip. Curſu dilationum, de ordin. iudicior.* vbi nos plura coadunauimus, & currit de momento ad momẽtum

3 tum, taliter vt teſtes debeant in termino citari, & iurare de veritate dicenda, *per* Rit.*M.*C.*V.incip. Item quod facta.*

4 Et tali termino ad repulſam elapſo, poterit peti alius terminus ad repulſam repulſæ, facta tamen publicatione in prima repulſa, qui terminus repulſæ repulſæ erit medietas primi termini dati ad repulſam, & ſic ſimiliter debet fieri
5 publicatio in cauſa repulſæ repulſæ.

6 Cœterum ad noſtrum deueniendo quamuis terminus repulſæ ſit communis cum accuſatore, vt inquit *Paris de Puteo in tract. de ſyndicat. in verb. inquiſitio, verſic. & aduerte*, quo in caſu ſolet fieri decretum, quod ſtatuatur terminus dierum tot vtrique parti, ad probandũ incumbentia circa repulſam, & illud intimari, vt per C*arauit.* Rit.73.*n.*2.

7 Fiſco tamen, & Curiæ Coadiutori nõ eſt talis terminus communis, quando proceditur ex officio abſq; partis querela, vt docet idem P*aris loco indicato*.

Igitur ſi concedatur ſubditorum exorietur grauamen.

8 Et hac occaſione obſeruabis, quod ſi dato termino repulſæ fuerint examinati teſtes repulſatorij, poſſunt examinari alij teſtes reprobatorij reprobatoriorum, ſiuè repulſatorij repulſatoriorum, *cap. licet dilectus, de teſtibus*, Capyc.*decis.* 62. fusè *Maynard. decis. Tholoſ.* 78. *lib.*4. & cœteri apud Borrell. *in ſumma decis. tit. de teſtium reprobatione, ſiuè repulſa, num.* 40. *tom.*2. vbi hanc materiam repulſæ latè pertractat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes facta publicatione in cauſa, poſſunt recipi in fauorem inquiſiti, & num.* 2.

3 *Veritas vti fundamentum, & mater iuſtitiæ eſt indaganda.*

4 *Veritati omnia cedunt.*

5 *Veritas omnia vincit.*

6 *Nocentes melius eſt abſolui, quam innocentes condemnari.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi ſub prætextu quod ſit facta publicatio in cauſa, repellantur, nè in eorum fauorem teſtes recipiantur, & quod poſt illam accuſator nouos adducat teſtes contra ipſos.

GRAVAMEN XLVI.

1 REminiſcendum eſt, quod facta publicatione in cauſa, recipi poſſunt teſtes in fauorem inquiſiti, quo in caſu non datur nouus terminus, nè curſus cauſæ retardetur, ſed vnico cõtextu proceditur ad publicationem ad citationem ad dicendum, & ad aliá, & recipiuntur pariter teſtes pro inquiſito, *Cæpoll. conſ. crimin.* 33. *nu.* 20. C*apyc. dec.* 81. *nu.* 8. *Carauit. in Ritu M.*C.*V.* 69 *&* 90.

2 Indè ſi contrarium à Curijs Baronalibus obſeruaretur contra Vaſſallos inquiſitos vtique grauarent in repellendo eos, nè facta publicatione in eorum fauorem, teſtes poſſint recipi.

Eſſet enim dare anſam, vt veritas pereat, & occultetur, ac innocentes patiantur, quæ ſatis abſurdi ſapiunt.

Cum certum ſit, veritatem eſſe inda-
3 gandam vti fundamentum, & matrem iuſtitiæ, *Gig. conſ.* 2. *num.* 6. *cum ſeq.* Bald. *conſ.* 343. *lib.* 1, *Roland. conſ.* 47. *num.* 11. *vol.* 3. *& alibi, Illuſtriſs. Epiſcop.* Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 234 *num.* 6. *par.* 1. nihil enim ipſa fortius, nihil valentius, teſte *Zorobabel. Eſdr. cap.* 3. eiq; cedunt omnia, *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 31.
4 *num.* 4. & omnia vincit, *cap. veritate*,
5 8. *diſtinct.* & viuit in æternum, & obtinet in ſecula ſeculorum, vt *Cyprian.* loquitur relatus *in cap. conſuetudo*, 8. *diſt.*

6 Et pariter non dubitatur, ſanctius eſſe abſoluere nocentem, quam condemnare innocentem, *ad tex. in l. abſentem, ff de pœn.* Card. *Tuſc. pract. concluſ. lit.* A. *concl.* 41. *n.* 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Baro vel Officialis renuens, nè Eccleſiaſticæ perſonæ accedant ad Curiam pro concordandis ſecularium quærelis, & partium diſſentionibus grauant Vaſſallos, maximè in Terris paruis, vbi alia laica perſona non exiſtant, nu. 5.*

2 *Officiales honorare debent perſonas Eccleſiaſticas ad eorum Tribunalia accedentes, aliàs puniri poſſunt, vt in exemplo, nu. 3.*

4 *Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt in maximo honore.*

6 *Clericis licet ſe intromictere in cauſis coram Iudice ſæculari in defectum aliorum, maximè in cauſis miſerabilium perſonarum, in quibus poſſunt interuenire.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones vel Officiales renuunt, nè Eccleſiaſticæ perſonæ accedant ad Curiam pro concordandis ſecularium quærelis, & partiũ diſſentionibus.

GRAVAMEN XLVII.

1 EST in more poſitum, vt multoties, & quam ſæpius perſonæ Eccleſiaſticæ, & Religioſæ ſe interponant cum Officialibus locorum, & vtilibus Dominis pro concordandis delinquentibus quærelatis, idque maximè in paruis Terris, & caſalibus, in quibus non adeſt alia ſpecies hominum alicuius reſpectus, & conditionis, niſi tales perſonæ, ſaltem ex cauſa habitus.

Sed dum quidam Capitaneus, ſiuè Gubernator expreſsè ordinaſſet, quod ad Curiam loci, in qua ipſe degebat, nullus accederet, qui non eſſet ſecularis; itaquod per indirectum nolebat, quod accederent Eccleſiaſtici, fuit ei conſultum, nè id ageret, quia grauabat ſubditos, non habentes alios, quos mittere poterant ad ſedandas eorum quærelas, vltra quod erat in ſcrupulo non audire tales perſonas.

2 Officiales enim huiuſmodi perſonarum genus tenentur honorare, libenterq; eas audire ad ipſos recurrentes pro cõſecutione iuſtitiæ, vel gratiæ, aut ſedatione quærelarum inter partes, nec illos eijcere, & contrarium agentes, improbitatis ſcopum non euadent.

3 Indè cum in Ciuitate Auerſæ, quidã Alphonſus Porres per gradus eieciſſet quendam Sacerdotem, itaut illi eccidiſſet biretum ſupra gradus, de ordine Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Regni Proregis per aliquorum menſium ſpatium fuit carceratus, & officio priuatus, maximo cum eius dedecore, vt patet apud *Gramat dec.* 40.

4 Nam Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt in maximo honore, & Canones in eorum præheminẽtiam, vti Dei Miniſtros, plura concesſerunt priuilegia, de quibus longos tractatus exararunt *Graſſ. de effect. Cleric. Belleti. in diſquiſit. Clerical. Squillant. de priuileg. Clericor.* & nouiſſimè *Barboſ. in tract. de iure eccleſiaſtico lib.* 1. *eod. tit. cap.* 39. vbi ad ſaturitatem.

5 Accedit pro corroboratione propoſiti grauaminis, quod eum (vt ſupra enũciauimus) in paruis Terris (prout erat illa, in qua caſus iſte contingerat) aliæ idoneæ perſonæ non aderant, quæ tale miniſterium agere poterant, non habebat excuſationem Officialis, quod Clericis nõ licebat ſe intromittere in cau-

6 ſis coram Iudice ſeculari, quia in defectum aliorum etiam non eſt eis prohibitum id agere, *Roderic. Achuna in comment. ad cap. perlatum, num.* 2. *diſtin.* 88.

7 ad fauorem miſerabilium perſonarum, pro quibus non habent repugnantiam, *cap.* 1. *de poſtuland. Albert. Tocc. de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 3. *Rodriq. in ſumma part.* 1. *c.* 1. *Cur. Philip. Pica part.* 1. *§.* 2. *n.* 16. *Bert. in prax. crim. regul. tit.* 4. *cap.* 15. *num.* 9. *Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *nu.* 664. *cum ſeq. Sayr. in Claui Reg. lib.* 12. *cap.* 22. *à num.* 3. *cum ſeq. Renat. Koppin. de ſac. poli. lib.* 2. *tit.* 7. *nu.* 21. & nos lauori calamo reaſ-

reaſſumpſimus *in ſpecial. tract. de miſerabil. perſonar.*

SVMMARIVM.

1 *Comas, vulgò (le capillere) ſi vaſſalli portare vetentur, grauantur, & quare num. 3.*

2 *Comas aſportare non eſt de prohibitis reſpectu laicorum, ſed benè clericorum reſpectu, prohibentur.*

4 *Exteriora ſunt, vt plurimum interiorum ſigna, & oſtendunt ſignatum.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi vetentur portare comas, vulgò, *le capillere*, ſeù *li cierri*, ſiuè *le zazzarine*.

GRAVAMEN XLVIII.

1 IN quodam proceſſu antiquo reperio, grauatam eſſe in Sacro Regio Conſilio homines de Terra Rionigri, eò quia Baro, ſiuè Officialis dictæ Terræ emanauerat bannum, nè poſſent aſportari comæ, vulgò *le capillere, li cierri*, ſeù *zazzarine*, & illis vtentes carcerabat, & deindè exigebat pœnam in banno contentam; & fuit in hoc caſu prouiſum, vt Magnificus Baro, & Officialis deberet abſtioere, & quod de bāno nulla haberetur ratio, & exactas forſaſsè pœnas, eſſe reſtituendas.

Ex quo ſanè decreto patet, habitum fuiſſe pro grauamine prohibitionem comarum, prout cum effectu pro tali agnoſco.

2 Non eſt enim de genere prohibitorum huiuſmodi comarum vſus, ſed indifferens, *Camerar. in oper. ſucceſ. cent. 1. cap. 36. Mantua. lib. 9. obſeru. 75. Alexan. lib. 5 dierum genial. cap* 18. nouiſſimè *Cabreros de Auendan. in methodica delin. de metit lib. 2. cap. 48. nu. 99.* quo in loco perplura de materia crinum, & capillorum curioſè reperies, licet ſecus Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, illis vti nequeant, *cap. Clericus, & cap. Clericis, de vita, & honeſt. clericor. Aluarez in ſpec. iur. Pontiſic. cap. 33. Andr. ab Exea in rubric. extra de Conſtitut. nu. 62. Ouand. in 4 diſtinct.* 24 *propoſ.* 8. Bollo *in Oecbon. ſacr. 1. clauſ. cap. 2. §. 11.* cum debeant portare capillos tonſos, vt'aures appareant, *vt ex cap. cum non liceat*, 32. *diſt.* 23. probant *Gregor. Lop. in l. 39. gloſ. 7. part. 1. Roder. à Chuna in commentar. ad d. cap. non liceat, nu. 4.* recenter Barboſ. *in tractat. de iure Eccleſiaſtico Vniuerſal. de vita, & honeſt. clericor. cap. 40. nu. 24. & ſeq.* vbi quod crinium, ſeù capillorū nimium cultus, aut affectata compoſitio eis prohibetur, & ad id reportas dictum *D. Hieronymi de cuſtodia Virginitatis, ad Euſtoebium ſcribentis*, multa etiam cumulat *Bellect. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali §. 17.* in moderna edit.

Quinimò hodiernis temporibus ex vſu, & conſuetudine id parum ſeruari, etiam circa perſonas eccleſiaſticas teſtantur *Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 392. num. 27. & Io. Pierius in tract. de barbis à Sacerdotibus portandis*, quos refert *Graſſ. in tract. de effect. clericat. effect. 37. ſub nu. 3.*

Igitur à fortiori, nec habebit locum reſpectu ſeculariuin perſonarum, quibus cum per legem non reperiatur id prohibitum, cenſetur permiſſum, *l. nec nō & §. quod eis, & ibi gloſſ. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. ff de teſtib l. mutus, §. quæritur, ff. de procurat. cap. 1. & ibi gloſ. de transl. prælat. cap. omnes, & ibi gloſſ. 3. diſt.*

3 Sed quamuis huiuſmodi poteſtas vetandi tales comas nō inſit vtilibus Terrarū Dominis, non per hoc nego, quod ſi fiant à Principe, non deberent ſeruari, quia de vnò ad alium maxima ineſt differentia, & ideò de altero ad alterum exemplū trahi non poteſt, nec debet.

Et ni memoria fallat, reminiſcor tempore meo per Illuſtriſſimos, & Excellētiſſimos Proreges aliquos fuiſſe emanatum tale bannum, & dum in Apulea vti Vicarius Generalis contra omnes delinquentes, & facinoroſos Regni poſſideret bonæ memoriæ Conſiliarius Don Franciſcus de Ocampo ſimile publicare fecit edictum (ſcio ad bonum finem) quem iam vidi obtentum.

Nam qui non habebant malum animum

mum, ſtatim banno obtemperauerunt, qui ſe brauos iactare præſumebant, illud neglexere, contra quos facta diligẽtia ſecreta, & induſtrijs, ac perquiſitionibus factis reperti fuerunt delinquentes, & maximi latrones, ita quod capti partim ex teſtium numero conuicti, partim ex proprio ore confeſſi Regias triremes viſitare, ibiq; ad tempus, & ad vitam condemnati permanere fuerunt coacti.

Quod quidem experimentum ego pariter, vti Regius Auditor Inuictiſſimę Noſtræ Catholicæ maieſtatis Philippi IV. operatus fui, & certè deceptus non remanſi, quando contra tales debitis vſus fui diligentijs.

Interiora inquam ab exterioribus
4 facilè cognoſcuntur, cum exteriora vt plurimum ſint interiorum ſigna, & proindè oſten dunt ſignatum, ad *text. in l. 1. §. ſi intelligatur, ff. de edilit. edict. l. ſtigmata*, C. *de Fabric. lib.* 12. cum concordantibus, quæ poſſunt cerni apud *Gonzal. in reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 60. *à nu* 62. *cum ſeq. Maſcard. de probat. concluſ.* 91. 197. *et* 551. *Menoch. in tract. de præſump. lib.* 3. *q.* 64. *Cur. Philip. cap.* 7. *à nu.* 13. *cum ſeq. tom.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contumaciæ in regno quæ ſit, & num.* 2.

3 *Contumax pro minoribus delictis regulariter non foriudicatur, nec bannitur, & n.* 4.

5 *Pœna contumaciæ contracta ante litem conteſtatam, poteſt exigi, ſecus poſtea.*

6 *Pœna quatuor vnciarum imponitur in citationibus factis poſt litem conteſtatam.*

7 *Condemnatio oportet fieri, vt actus contumaciæ fieri poſſit.*

8 *Contumacia non accuſatur in citationibus ad publicandum, & concludendum.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur ſoluere pœnam contumaciæ contractæ poſt litem conteſtatam.

GRAVAMEN XXXXIX.

1 EST quidem finis, & effectus cõtumaciæ vnus inter alios in Regno conſiderandus, idest quoad pœnam incurſam per contumacem tertiæ partis bonorum mobilium, & annotationis contumacibus infligi conſuetæ, vt *in Conſti. Regni, incip. Grandis vtilitas*, loquendi in cauſis criminalibus, dum diſponit, de citato pro crimine capitali, in quo venit imponenda pœna corporis afflictiua, in quibus inquam caſibus proceditur ſolum ad bannum, & foriudicationem, vt ibi demonſtrant *Afflict. & Andr.* licet extra iſtos caſus de iure communi ſubintrabat arbitraria pœna iudicis citantis arbitrio reſeruata, iuxta cauſæ & perſonarum qualitatem, vt communiter *Interpretes in l. vnic. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.*

2 In Regno autem, cum citatio emanauerit pro cauſa ciuili à Iuſtitiario Prouinciæ, quamuis eſſet pro cauſa ipſa ciuili, vtiq; valebit citatus mulctari ad tertiam partem mobilium ſtatim poſt vltimam contumaciam accuſatam, quam etiam comparendo, nec recuperat, vt in *Conſtit. Regn. pœnam nouem vnciarum*, ita *Viu. dec.* 253. *num.* 3 plus ſubdens *n.* 4. quod imò licet
3 poſt contumaciam regulariter pro talibus minoribus exceſſibus, & delictis non ſequatur bannum, & foriudicatio
4 vt contumax ipſe impunè valeat in perſona offendi tamen ſi pro huiuſmodi delicto citatur vbi venit imponenda pœna pecuniaria, ſeu minor relegatione, & contumax per annum minimè comparuerit, vtiq. perdit tunc omnia bona ſua etiam ſi aliter de delicto non conſtaret, niſi per contumaciam, imò ſi captus fuerit, in carceribus cauſam dicet, & itidem ſi innocens eſſet repertus in pœnam contumaciæ in eo-

dem carcere perſeuerat pro rata contumaciæ, vt diſponit *cap. Regn.* 115. *ſiuè quis ſit forbanditus, & ibi Niger num.* 3. *& ſeq.* quod cap. eſt in uiridi obſeruantia, vt probat ibid. *Napodan. in comm.*

5 Cæterum obſeruabis, pœnam contumaciæ poſſe exigi, ſi fuerit contracta ante litem conteſtatam, quia ſi poſt litis conteſtationem fuerit contracta contumacia, pœna prædicta ceſſabit, & proindè ſi exequatur vaſſallorum ſuborietur grauamen, vt in contradictorio iudicio obſeruatum vidiſſe affirmat *Afflict. in citat. Conſti. Regni pœnam nouem vnciarum*, ſub *num.* 15. de quo meminit *Foller. in praxi crim. rub. accuſentur contumacia, num.* 18. vbi atteſtatur, in facto idem obtinuiſſe Salerni, *Thor.* modernè *in compend. deciſ. Regni, in verbo, contumax, tom.* 1. vbi quod licet dicatur obſtare quędam *Rit. M.C.* Tamen ſi rectè verba eiuſdem ponderentur, ad propoſitum non videtur allegatus, ſiquidem ibi pœna tertiæ partis mobilium in citationibus poſt litem

6 conteſtatam factis, non principaliter imponitur, ſed pœna quatuor vnciarũ, ſiuè ad tertiam prædictam, ſi dicta tertia maior pars dictæ pœnæ exiſtat, non tamen expectato triduo fit condem-

7 natio, & ſubdit ibi *Ritus*, oportet vt fiat condemnatio, adhuc vt fiat actus contumaciæ, & citatio expediẽda erit, mandando alicui ad talem pœnam vnciarum quatuor, non tamen in citatione dicitur, ſeu ad tertiam partem bonorum mobilium, &c. vnde *Carauit. in d. Rit.* ſe remictit ad dicta in *Rit.* 97. vbi *in medio column. verſ. diſpoſitio iſtorum Rit.* concludit, aliter hodiè ſeruari quo ad citationes lite conteſtata factas, ex quo in illis citationibus, in quibus pœna fuit oppoſita, ad quam de neceſſitate oportet citatum cõdemnari, & vocare expectandum eſt triduum, ſicut in his, quæ antè litem conteſtatam expediuntur, & eò elapſo Curia ſedente fit cõdemnatio ad pœnam, & quoad alias

8 citationes, quæ fiunt ſine pœna, putà ad publicandum, & ad concludendum, nõ accuſatur contumacia, nec fit condẽnatio, ſed elapſo termino fit publicatio, vel alius actus, & hoc quoad criminales, quoad ciuiles verò cauſas extat *Conſtit. Si quis poſt litem.*

S V M M A R I V M.

1 *Sententia diffinitiua non profertur, nec condemnatio poena inflicta à iure imponitur in cauſis criminalibus, in quibus eſt poena infra relegationem, & num. 2. & quid obſeruatur in Regno, nu. 3.*

4 *Foriudicatio fit in caſibus, in quibus venit imponenda poena mortis.*

5 *Iudicium ſilet poſt incuſatam contumaciam in citatione ad capitula.*

6 *Officialis contumax non priuatur officio.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur in Regno, ſi imponatur pœna delicti à iure inflicta contra contumacem, & non mulcta, pecuniaria tantum in contumaciæ pœnam.

GRAVAMEN L.

1 STat ſancitum de iure communi in cauſis criminalibus, in quibus venit imponenda pœna infra relegationem minimè poſſe procedi ad ſẽtentiam diffinitiuam, ſiuè ad condemnationem pœnæ inflictæ de iure aduerſus contumacem, ſed ad annotationem tantum bonorum infra annum, & confiſcationem poſt annum, *l. abſentem, ff. de pœn. l. abſentem, C. de accuſ. l.* 1. *&* 2. *ff. & C. de requir. reis, Boſſ. tit. de reis, n.* 1. *& ſeq. Borrell. in ſum. dec. tit. de contum. n.* 188. *tom.* 1. *Cacher. dec. Pedamont.* 105.

2 *Clar. in pract. crim. quæſt.* 44. affirmantes tamen in quampluribus locis Italiæ, & ferè in omnibus eſſe immutatũ, vt etiam contra cõtumacem pro quacunq. graui, aut leui delicto poſſit procedi ad condemnationem pœnæ ordinariæ, ſiuè corporalis ſit, ſiuè pecuniariæ, non adhibita diſtinctione iuris cõmunis.

3 Cæ-

3 Cæterum hoc in noſtro Regno to-
tum cõtrarium reperi ſtatutum firmat
*Reg.Rouit.conſ.*85.*nu.3.tom.*1.vbi quod
pro quocunq. delicto etiam leuiſſimo,
pro quo proceditur criminaliter, non
poteſt imponi pœna ipſius delicti à iu-
re inflicta contra contumacẽ, ſed mul-
cta pecuniaria tantum in pœnam con-
tumaciæ, ſeu contemptus iudicis in nõ
comparendo poſt citationem ſibi legi-
timè factam, ita vt pro pœna contu-
maciæ in citatione ad informandum,
ſeu ad capitula mulctatur in tertia par
te mobilium, ſeu in pæna in ipſa cita-
tione appoſita ad arbitrium Fiſci, eſt
benè verum quod in caſibus, in qui-
4 bus venit imponenda pœna mortis na-
turalis poſt annum à die contumaciæ
incuſatæ in citatione ad capitula pro-
ceditur ad ſententiam foriudicationis
præcedente legitima citatione tam in-
quiſiti, quàm propinquorum, & per il-
lam ſententiam declaratur rebellis cu-
riæ, vt poſſit ab omnibus impunè oc-
cidi, & bona applicantur eidem Curiæ,
vt diximus *ſup. Grauam.* 9. exceptis
Neapolitanis ex priuilegio quoad bo-
na, pro vt diſponitur *in Pragmat.* 1. *de
immunit. Neapolit.* vbi plura recollexi-
mus.

In caſibus autem infra pænam mor-
tis naturalis autumant *Foller.in pract.
crim.verb.banniantur.num.*41.*cum ſeq.
& Maranta in praxi, part.6. memb.*2.
5 *n.9.&* 36. quod incuſata contumacia
in citatione ad capitula executa, vel nõ
executa pæna contumaciæ, ſilet iudi-
cium, nec poteſt ad vlteriora procedi
contra inquiſitum, donec veniat in for-
tijs Curiæ, vt probat etiam *Rouit.in
citcõſ.*85. *n.*5. vbi reuocat in dubio de-
ciſionem *Praeſ. de Franch*: 457. ſi con-
tra Officialem inquiſitum contumacẽ
valeat procedi de iure Regni ad pri-
uationem eiuſdem officij ex eadem
cauſa, & nititur ſuſtinere opinionem
vt latiùs apud eum cerni poterit.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia ſi ſapit inobedientiam, venit punienda.*

2 *Contumacia eſt delictum.*

3 *Clericus contumax in Curia ſeculari non tenetur ad pænam contumaciæ.*

4 *Contumacia cum dolo æquiparatur, nec caret culpa.*

5 *Contumacia nequit incuſari, niſi Iudice pro Tribunali ſedente.*

6 *Vaſſalli grauantur ſi fiunt contumaces, Iudice pro Tribunali non ſedente.*

7 *Pæna contumaciæ per comparitionem quando euitetur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando puniuntur pro contumacia, quæ Iudice pro Tribunali ſedente accuſata non fuit.

GRAVAMEN LI.

1 Contumacia cum ſapiat ino-
bedientiam, venit de iure
punienda, vt apud *Alber. in
l.ſi tutor, nu* 2.*ff.de in lit.iur.
& in §. hoc iudicium, n.*17.*ff.ſi quis ius-
dicent. non obtemper.* vbi explicat mo-
2 dos, quibus contumax puniri valeat,
eſt .n. cõtumacia delictum, *l.omne deli-
ctum, ff.de re milit. l.contumacia, ff.de re
iudic.* non verum, ſed fictum, *Danza
in tract.de pugna, DD. tit.de contumac.
tom.*1.*ſub n.*7.*cap.*5.*& cap.*2.*num.*6.vbi
3 idem firmat non teneri ad pænam cõ-
tumaciæ clericum contumacem in
Curia ſeculari, & ita determinatum
recenſet *Farinac.in pract.crim.tit.de
inquiſ. quaeſt.*8. *num.*17. *Viu.deciſ.*138.
*num.*8.

4 Et contumaciam cum dolo decer-
tare, & inſimul coæquari patet, *gloſſ.in
l.ſi plures tutelam, in verb.qua fronte, ff.
de adminiſtr. tut.* vbi contumacia ap-
pellatur dolus, *Praeſ.de Franch.dec.*662
*nu.*10 moderniſſimè *Maranta controu.
reſponſ.*21.*n.*45. *tom.*2.*vbi nu.*46. quod
contumacia non caret culpa, quinimò
delictum extimatur, & contumax ex-
cõmunicari valet, *Rot.poſt* 2.*conſil.Fa-
rinac.*115.*ſub n.*7.

5 Coeterum pro contumacia ipſa ne-

quit quis puniri, niſi Iudex ſederit, & Iudice ſedente pro Tribunali, accuſata fuerit contumacia, *argum. cap.1. de dol.& contumac.* & ita in terminis *Angel.conſ.*30. quem refert, & ſequitur *Viuius dec.*273.*num.*7. fidem perhibens ita obſeruari in Regno, & vbiq; & ita aliàs iudicaſſe Regiam Audientiã Barenſem, annullando varias contumacias accuſatas in diuerſis caſibus Iudicibus, pro Tribunali non ſedentibus.

6 Indè grauamen Vaſſallorum ſuborietur, quoties illi ex cauſa contumaciæ non accuſatæ, Iudice pro Tribunali ſedente puniantur.

7 Et hac occaſione obſeruabis, quod licet poena contumaciæ de rigore nõ euitetur, niſi citatus compareat adhuc Iudice pro Tribunali ſedente, *l. ſancimus, C.de iudic.* Tamen in praxi auditur de æquitate citatus, ſi compareat antequam Iudex ab Auditorio recedat, etiam extra Tribunal, vt apud *Rebuff.de contumac. artic.*5. *num.*18. & *Montalegr.in prax.exercit.act.cap.*13. *n.* 6.*lib.*1. vbi pluries ſic ſententiatum fuiſſe teſtatur.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia in citationibus criminalibus, vt intelligatur incuſata, quid requiritur, & nu.*2.

3 *Citatio vt interrumpat præſcriptionem requiritur, vt contineat relationem Nuntij.*

4 *Vaſſalli grauantur, ſi incuſatur cõtumacia, non præcedente citatione.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quoties non præcedente relatione Nuntij, ſeù birruarij de intimatione, & citatione facta, eiſdem incuſetur contumacia, eiuſque pœna exigatur.

GRAVAMEN LII.

1 Contumaciæ in citationibus criminalibus, vt intelligantur incuſatæ ſuo debito tẽpore ad inſtantiam fiſci, iuxta *pragm.6. de citation.* requiritur, vt præcedat actus relationis factus à Nũtio, vt obſeruat *Rouit.ibid. num.* 2. an-

2 nuendo, eſſe neceſſarium, & oportere eo tpe debere conſtare per antecedentẽ Nũtij, ſeù birruarij relationẽ de actu intimationis, aliàs incuſationem non valere, ex theorica *Bart in l.hac autẽ, §.1.ff. ex quib. cauſ. maior. & in l.ſi finita, §. Iulianus, num.* 18. *& ſeq. ff. de damno infect. Cauenſ. in prag.*2. *ſub nu.*34. *de ordin iudic. Balb.in tract. de præſcript.6.part.4 quæſt.princip. ſub n.*25. vbi quod indè citatione, vt interrumpat præſcriptionem, debet continere relationem Nuncij illam parti notificaſſe, quam facere debet Iudici, vel Actuario, probat etiam *Ancharan. in elem.*2.*vt lit.pend. Alciat.conſil.*369.*n.*9. *Creſcent.dec.*7.*de dolo,& contum. Mohedan.dec.*165.*in fin. Surd.dec.*5. *n* 3.

4 Quare ad noſtrum propoſitum grauamen vaſſallorum ſuborietur, quando non præcedente relatione Nuncij de intimatione eiſdem facta, incuſetur cõtumacia, eiuſque poena exigatur, prout nuper dicebatur ad fauorem Ioannis Angeli Spallectæ, qui fuerat coactus à ſuo Barone ſoluere quandam quantitatem pecuniæ pro poena contumaciæ, nec in citatione expedita cõtra eum, per Curiam Baronalem apparebat aliqua relatio baiuli, quod ipſum intimaſſet; vndè habito recurſu ad Tribunal ſuæ Regiæ Audientiæ Prouincialis, obtinuit prouiſiones directas Gubernatori Terræ, & locorum conuicinorum in ſubſidium, quod veris exiſtentibus prænarratis, quod non cõſtaret de citatione ſibi facta, & deeſſet relatio baiuli, reſtitueretur executum, ſiuè ſolutum, nec pro tali cauſa moleſtaretur amplius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Citatio nihil operatur, niſi contra citatum incuſetur contumacia.*

2 *Pœna contumaciæ nequit exigi, niſi contra contumacem fuerit incuſata contumacia.*

3 *Fiſcus in Regno non conſtituitur in mora in incuſandis contumacijs.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quoties ex ſola citatione, nulla accuſata cõtumacia, pœna contumaciæ ab eis exigatur.

GRAVAMEN LIII.

1 Citatio, nullum quidem effectum operatur, niſi contra citatum contumacem accuſetur, vt per DD & præcipuè *Iaſ. in l. properandum, §. ſiquidem, C. de iudic. Afflict. in Conſti. Regni, Pœnam nouem unciarum*, Ciril. *Fulgen. in ſummula crim. part. 1. rubr. 1. §. 1. Foller. in pract. crim. in verbo, accuſentur contumacia*, Cacher. qui alios ſecum vehit *deciſ. 3. num. 2. & dec. 71. à nu. 47. & ſeq. Thoming. dec. Lipſienſ. 24. n. 10. & ſeq. Milanenſ. dec. 21. n. 13. lib. 1.* quos cum cœteris ad nauſeam modernè reportat *Borrell. in ſumma deciſ. tit. de citatione, nu. 509. tom. 1.*

2 Indè pœna contumaciæ exigi non poterit, niſi contra citatum contumacia incuſata ſit, quod ſi aliter practicetur vtique ſubditorum grauamen exorietur.

3 At de iure Regni non deſinam aduertere, quòd in accuſandis contumacijs delinquentium, fiſcus nunquam conſtituitur in mora, itaut citatis inquiſitis, nec in præfixo termino comparentibus intelliguntur accuſatę dictę cõtumaciæ in tempore, taliter vt procedi valeat, ac ſi in tempore contumaciæ eſſent incuſatę, vt *in prag. 6. de citat. in modern. compilat.* ibi.

Perche molte volte, che ſi citano l'inquiſiti, e querelati à riceuere li capitoli, e procedere nelle querele, & inquiſitioni, e molte volte per non s'incuſare in tempo le contumacie del Fiſco, ſi fanno molti incõuenienti, e dubij di poterſi procedere alla forgiudicatione, & altro, come conuiene. Però ci è parſo prouedere, acciò che li delitti non remanghino impuniti, come per la preſente dicemo, & ordinamo, che eſſendo citati l'inquiſiti, e querelati ad inſtanza del Regio Fiſco, nõ comparendo alli dì determinati, per eſſere il procuratore Fiſcale ſempre preſente, s'intendano accuſate dette contumacie in tempore, e ſi poſſa, o debbia procedere, ſi come in effetto foſſero accuſate le cõtumacie in tempo, e così farete da quà auanti, & eſſeguirete, che tal'è noſtra volontà per la buona eſſecutione della giuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſiti in aliquo Tribunali vbi contumaciam purgauerint, ſi Baronibus remittuntur, non tenentur ſoluere pœnam contumaciæ eiſdem Baronibus, & nu. 2.*

3 *Vaſſallus citatus à Superiore, ſi erit contumax, pœna erit Fiſci, & non Baroni.*

4 *Barones grauant vaſſallos, ſi cogũt illos ſoluere contumaciam, quam in alio Tribunali ſoluerunt.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi ſoluerint pœnam contumaciæ Tribunali ſuperiori, & poſtea remiſſi Curiæ Baronali, illam pariter Baronis ſoluere adſtringantur.

GRAVAMEN LIV.

1 VBicunq. inquiſiti eſſent vaſſalli in aliquo Tribunali, & ibidem effecti eſſent contumaces, & pænam contumaciæ purgaſſent, ſi eorũ cauſa remiſſa eſſet Baronibus, nihil amplius ſoluere tenerentur ipſis Baronibus ex tali contumaciæ pæna, *Danz. in tract. de pugna DD. tit. de contum. cap. 1. nu. 9. tom. 1.* vbi putat, quod ſi inquiſitus
2 fuerit contumax reputatus per Regiã Prouincialem Audientiam, & indè eius cauſa fuerit remiſſa Baroni, dum contumaciam in Regia Audientia purgauit, & ſoluit, non tenetur vlterius aliquid Baroni ſoluere, ante eum probauit *Capiblanc. in Pragm. 8. part. 1. n. 218.*
3 *de Baron. tom. 1.* vbi ꝙ ſi citatus vaſſallus à Superiore erit contumax illa pæna contemptus, & contumaciæ non erit Baronis, ſed Fiſci licet cauſa fuerit Baroni remiſſa, *Natta conſ.* 580. nec aliã contumaciam ſoluet Baroni.
4 Quare grauamẽ erit, ſi Barones cogant vaſſallos ſibi remiſſos ad ſoluendam pænam contumaciæ, quam in alio Tribunali, à quo fuerunt remiſſi, ſoluerint.

Indè cum caſus accidiſſet ex facto, in magna Curia ita fuit determinatum vigore prouiſionum expeditarum contra Baronem, ne moleſtaret vaſſallum remiſſum pro contumaciis, ſtante quod illam ſoluerat in magna Curia.

Et iterum cum accidiſſet trucidandus caſus hiſce nouiſſimis temporibus, ita practicatum ex relatione habeo.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contumaciæ nõ poteſt exequi contra non citatum de perſona, & vide num. 8.*
2 *Contumacia tunc dicitur vera, quãdo ſapit contemptum.*
3 *Contumax dicitur ille, qui perſonaliter fuit citatus.*
4 *Contumax fictus torqueri nequit.*
5 *Contumax verus non appellat.*
6 *Vaſſalli contumaces ficti grauantur, ſi ſoluunt pœnam contumaciæ.*
7 *Citatio facta domi ſolitæ habitationis, valet.*
9 *Citatio debet fieri in loco ſolitæ habitationis, non in hapotheca, vel alibi.*
10 *Citatio poteſt fieri in domo non propria, ſed conductitia.*

ARGVMENTVM

Vaſſalli Grauantur, quando contumaciæ pœna exigitur à contumacibus fictis, qui non fuerunt reperti de perſona tempore intimationis, ſeù citationis, & ſi contrarium exiſtimet Author in Regno.

GRAVAMEN LV.

1 POena contumaciæ aliàs debita, vt *conſtit. Regn.* incip. *Grandis vtilitas, & conſtit.* incip. *Pœnã nouem vnciarum, & in Rit. 206. vbi Carauit. D. Epiſcop. Ric. collect. 2294. in fin.* non poteſt exigi niſi à contumace vero, & ſic citato, reuocatoq; perſonaliter, non autem à contumace ficto non reperto de perſona tempore citationis, & intimationis, quoniam huiuſmodi carent dolo, malitia, & culpa, & proinde puniri non debet, ex dictis per *Viu. dec. 273. ſub nu.* 5. vbi poſt cæteros de contumace vero, & ficto loquitur, de quo etiam *Roiz. dec. Lituan. 4 Boſſell. in ſum. dec. tit. de contumac. n. 175. tom. 1. Bellon.* modernè *conſ.* 5. vbi quod contumacia tunc demum eſt vera, & puni-
2 bilis dum habet ex ſe contemptum, ex *Cagnol. in l. vnic. §. fin. n. 20. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. Decian. conſ. 14. n. 9. vol. 3.*
3 Confert pro corroboratione, quia condemnatus dicitur ex contumacia is, qui verè eſt contumax, ideſt quod perſonaliter fuit citatus, *Bald. in l. diuos, col. 2. ff. de in integr. reſtit. Ciarl. diſcept. crim. 135. n. 10. vbi nu. 9.* annuit in caſibus,

bus, in quibus contumax poteſt tor-
queri, intelligitur ſi contumax verus
fuerit, non autem fictus, cum ex ſola fi-
4 cta contumacia quis torqueri nequeat,
5 *Gram.conſ.*45.*n.*27. & verus contumax
tantum non appellat, *l. ex conſenſu §. eum qui, & ibi gloſſ. ff. de appellat. Bald. in margarita in verb. iudex, Roland. cõſ.* 38.*n.*15.*vol.*2. *Capyc.dec.*139.*Balb.decis.* 331. ſecus fictus, qui auditur etiam per viam reſtitutionis in integrum, *Gabr. conſ.*167.*vol.*2.*Bellon conſ.*5.152.*et* 153.

6 Inde his actẽtis, poſſet fortaſsè attẽ-
tari eſſe grauamen quoties contumaciæ pæna exigatur à vaſſallis contumacibus fictis.

7 Sed nnn deſinam dicere ad fauorem
Baronum, quod cum in Regno valeant citationes factæ domi ſolitæ habitationis, vt *in Pragm.*3.*de citat. & Pragm.*5. *de ordin.iud.n.*21.*& ſeq tom.*1. vbi plura cumulauimus in moderna editione, *Nig. in cap. Regn. ſiuè quis, Sola in conſt. Sabaud. lib.*3.*tit. de relat. Guttier. pract. qq. libr.*1.*q.*133. vbi enucleat, quæ requirantur in citatione domi facta, ideò
8 ex talibus citationibus contra ſic cita-
tos poteſt deueniri ad contumaciam, pro vt cum effectu in praxi deuenitur, & proindè pnterit contra tales ſic citatos exigi pœna contumaciæ, quamuis perſonaliter citati non fuerint.

9 At in hoc eſt aduertendum, citatio-
nem eſſe faciendam in loco ſolitæ habitationis, non autem in apotheca, vel vel alibi, ſed quod lncus ſit talis, vt veriſimiliter citatus notitiam citationis habere valeat, puta quia domeſtici ſciuerint ad finem certiorandi, *Vult. de iuriſprudent. Rom. lib.*2.*cap.*28. *Gail. obſeruat* 54.*libr.*1. *Guid. Pap. dec.*445. *Miſinger. obſeru.*37.*cent.*3.

10 Nec obeſt, quod domus non ſit pro-
pria, ſed conductitia, quia poteſt ibidẽ citari, *Aſinius in pract. ciuil. §.*6. *cap.*4. *num.*2.

Licet debeat eſſe domus ſolitæ habitationis, tẽpore citationis, *Veral. dec.* 117.*num.*2. *libr.*1. *Borrell.* qui etiam probat ſupradicta *in ſumma deciſ. tit. de citat. n.*23. *&* 24. *tom.*1.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus non comparens citatus, excuſatur à contumacia, & vide num.*2.

3 *Contumax dici non poteſt, qui venire impeditur.*

4 *Cauſa qualibet iuſta excuſat à contumacia, & quænam ſit n.*5.

6 *Reus citatus, & contumax effectus quando audiatur non refectis expenſis.*

7 *Reſtitutio maioris contra contumaciam ex capite impedimenti qualiter plus oneratur, quàm reſtitutio minoris ratione ætatis.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur ſoluere pœnam contumaciæ contractæ eo quia impediti iuridico impedimento in Curia comparere nequiuerunt.

GRAVAMEN LVI.

1 EXnrictur ſubditorum grauamen, ſi cogantur ſoluere pænam cõtumaciæ, quam contraxerunt, eo quia iuſto, & legitimo impedimento detenti comparere non potuerunt in Curia, inde illó probato, & conſtito, ceſſare contumaciam, & pænam exigi non debere, nec poſſe; prouiſum extitit priſcis temporibus per Sacrum Regium Conſilium ad fauorẽ Vniuerſitatis Terræ Rionigri, quæ ſe grauauerat ſuper hoc particulari.

2 Excuſatur enim citatus pluribus im-
pedimentis à contumacia, *l.* 1. *&* 2. *§. ſi quis in iudicio, vbi Scribentes ff. ſi quis caut.*

3 Nam contumax dici nequit, qui ve-
nire impeditur, *l. contumacia, §. contumacia, ff. de re iudic. Bart. conſ.*228. *lib.*1. *Menoch. conſ.*100.*nu.*113.*lib.*1. *Gigas in tract.*

tract. de crimine læſæ Maieſtat. cap. 18. *n.* 4. *Montalegr. in praxi iudic. de exerc. pract. act. cap.* 13. *nu.* 7. vbi quod ſufficit quælibet leuis cauſa, dummodo ſit iuſta, ex *Neuiz. conſ.* 51. *n.* 19. *Crauet. conſ.* 71. *Boer, deciſ.* 40. *Tiraquell. de retract. conſang.* §. 11. *gloſſ.* 2. quos antea reportauerat *Menoch. de arbitr. iudic. libr.* 2. *centur.* 2. *caſ.* 153. *à nu.* 2. vbi declarat iu-
5 dicis arbitrio remitti quænam ſit iuſta cauſa, vt citatus excuſetur à contumacia in impedimentis à iure non expreſſis.

6 Hinc videmus, quod licet reus citatus, & reputatus contumax non audiatur niſi refectis expenſis, & intereſſe partis, *l. ſancimus, & ibi DD. ff. de iudic. auth qui ſemel, C. quomodo, & quando iudex, Plot. in l. ſi quando, n.* 674 *C. unde vi*, tamen ſecus eſt ſi citatus fuerit aliqua iuſta de cauſa impeditus; nam ea probata non tenebitur reficere damna, & expenſas, nec aſſumere cauſam in eo ſtatu, in quo reperitur, ſed per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali reſtituendus eſt aduerſus omnia acta proceſſus, & ſententiam, ſi lata fuerit, & reponenda eſt cauſa in priſtinum ſtatum citationis, *d. l.* 2. *§. ſi quis in iudicio, vbi DD. ff. ſi quis caution. l.* 1. *ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. Montaleg. in cit. cap.* 13. *num.* 12. autumans *num.* 13. plus operari contra contumaciam re-
7 ſtitutionem maioris impediti ex iuſta cauſa, quam minoris ratione ætatis, nã maior impeditus, non refectis expenſis auditur, minor verò contumax non auditur, niſi refectis expẽſis, & damnis, *Bart. in l. ſi finita, §. ſed ſi fortè, num.* 5. *ff. de damno infect. Marſil. in l. de vnoquoque, nu.* 235. *ff. de re iudic. Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *quaſt.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Grauare eſt, vbi ante diem cogitur aliquiſ ad ſoluendum, & vide num.* 7.

2 *Iudex non poteſt compellere debitorem pendente die, vel conditione ad ſoluendum.*

3 *Debitor pendente die, vel conditione, pro non debitore habetur.*

4 *Debitor conditionalis, ante conditionis euentum ſoluere non cogitur.*

5 *Debitor in diem, vel ſub conditione, quando poſſit arreſtari.*

6 *Suſpicio debitoris fugitiui eſt arbitraria Iudicis.*

8 *Actiones non transferuntur, ſi ante diem hereditas reſtituatur.*

9 *Fraudare quis dicatur.*

10 *Debitor ante diem interpellatus, nõ dicitur moroſus.*

11 *Creditor non eſt, cui debetur aliquid ſub conditione, vel in diem incertum.*

12 *Poſſeſſor, qui emit ab aliquo quem ſcit pretium, ſtatim conſumpturũ, an ſit malæfidei.*

13 *Debitum ad tempus poteſt antè illud ſolui.*

14 *Creditor non tenetur recipere creditum antè diem, quamuis dilatio ſit introducta in fauorem debitoris.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, ſi vti debitores Baronum, vel aliorum antè diem ſolutionis, vel ex quantitate incerta, aut ex conditione obligati conueniantur, & ſoluere cogantur.

GRAVAMEN LVII.

1 Grauare quidem eſt, vbi ante diem ſolutionis debitores ſoluere cogantur.

Hinc cum conquererentur nonnulli ciues Terræ Rionigri de Aerario Baronali, quia illos carcerare faciebat ex cauſa debiti ante aduentum ſolutionis, mediante decreto domi lato per Conſiliarium Belmundez fuit prouiſum, quod Aerarius Baronalis ſe abſtineret, & in-

& iniunctus ordo ordinario loci Officiali, ne id permitteret, & in caſu inobſeruantiæ id erat directum Officialibus locorum conuicinorum inſolidum.

2 Debitor inquam non poteſt compelli ad ſoluendum antequam adueniat dies ſolutioni deſtinatus, taliter vt iudex nequeat illum ad ſoluendum adſtringere, *l. Fulcinius, §. ſi in diem, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* & fusè alios laudando Authores huius opinionis ſectatores autumant *Graſſ. in tract. de except. cap.* 41. vbi ad ſaturitatem materiam exanclat.

3 Stat namq. axioma in iure ſatis radicatum, vt debitor pendente die, pro vt etiam, & conditione, pro non debitore habeatur, *l. debitor, & l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. l. eum qui, §. quoties, & l. liber homo, §. 1. & 2. ff. de verb. oblig. Gabr. conſ. 16. n. 32. Surd dec. 151. n. 2.*

4 Idemq. ſubintraret grauamen, quoties debitor conditionalis ante conditionis euentum ſoluere cogeretur; nam neq; cautionem ante conditionis euẽtum, licet creditori petere iuxta communem ſententiam apud *Giurb. in dec. 4. n. 28.* poſt cantilenam *DD. in l. in omnibus, ff. de iudic.*

5 Cæterum grauamen ceſſabit, ſi ante diem, vel conditionem probabilis dilapidationis, aut fugæ ſuſpicio ſuberit, quoniam in tali caſu etiam per capturam debitor capi poſſet ad finem tantum præſtandi cautionem, vt ſolutio fiet in tuto adueniente tempore, quod & ipſe pluries ſeruari, & ſeruari vidi, *Gotofred. in praxi ciuil. libr. 2. tit. 4. de iniuſuocand. cap. 4. nu. 7. Paris conſ. 99. nu. 4. tom. 3. Neguſant. de pignor 4. part. princ. n. 6. Carauit. in Rit. M. C V. 170. num. 3. Ludouic. concluſ. 8. limit. 3. Coler. de proc. executiu. cap. 2. nu. 99. Cum. in Rit. Sicil. cap. 29.* & alij nominati per *Giurb. in mention. dec. 4. nu. 28. vbi nu. 29.* autumat
6 hanc ſuſpicionem eſſe in arbitrio iudicis repoſitam, num ſit probabilis, quod præ cæteris ante eum probauerant *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 140. & Vrſill. in ſchol. ad Afflict. dec. 108.*

7 Quare vaſſallorum exorietur grauamen, ſiue pro debitò Baronali, vel particulari ante diem, vel conditionem, & ex quantitate incerta obligati conueniantur, & ad ſoluendum adſtringantur niſi tamen dilapidationis, aut fugæ ſuſpicionis probabilis inſit præſumptio.

At debitum ad diem an poſſit ante diem ſolui, nouiſſimè tractat *Larrea decis. Granatenſ. diſput.* 15. & quia codex rarus eſt, placuit illius tenorem hic imprimi facere, qui vt infra ſequitur, videlicet.

DEinde etiam lux dabitur alijs controuerſijs, quæ in huius tẽporiis turbationibus exortæ; quia debitores, qui ad tempus, vel in diem debebant quaſi dilationi illarum vtilitati reſpicienti poſſent renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* vbi *Panorm. lib. 2. conſ. 72. col. 2. ex Bald. Soc. Feder. de Sen.* & alijs pluribus pro omnibus *Tuſch. pract. conclus. lit. R. concluſ.* 170. ante diem ſoluere creditoribus intenderunt, & pecunias oblatas obſignarunt, & quamuis id iuuari videtur, *l. eum qui, ff. de ann. leg.* vbi cum in debitoris commodum tempus ſolutionis prorogatum, ſi ante tempus ſoluerit, liberandus, *& l. poſt mortem, C. de fideic.* vbi qui grauatus hæreditatẽ reſtituere poſt mortem ſuam, poteſt ſtatim reſtituere in vita, & fuerunt *l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 2. l. patrem, ff. quæ in fraud. cred. l. 1. de cond. & demonſtr.* ibi cum dies certus adſcriptus eſt, quamuis dies nondum venerit, ſolui tamen poſſunt, *l. quod in diem, de ſolut. l. 3. §. quod ſeruus, ff. de ſtat. lib.* idq; alijs pluribus conſtat.

Verùm tamen Senatus decreuit pro ſolutione non habendam ante diem factam, tum quia prædiximus iam moneta deteriori reddita cum oblata rumore mutationis, & vltra id; tum etiam cum debitum ad tempus non poſſit ante illud ſolui vt damnum creditori inferatur, arg. *d. l. eum qui,* ibi, & perdituro ei id hæres ante diem reſtituiſſet nullo modo liberatum eſſe, & ex *l. ſi ita relictum, §. Pegaſus, de leg. 2. & l. 3.*

§. cum

§.cum Pollidius, ff.de vſur. notat in terminis *Anton. Fab.ad C.tit.de ſol. diffinit.*14. ijs verbis, vtiq; dies expectanda eſt, ne quidquam de creditoris iure minuatur, & quamuis id intelligit quando dies adiecta fuit in fauorem creditoris vt antea ſolui, tūc non poſſit, in quo caſu rectè procedunt iura prædicta, tamen præter eum ego regulariter ſentio in hoc caſu non potuiſſe ante deſtinatum tempus ſolutionem fieri, & noſtri Senatus deciſionem iuribus firmo.

8 Primò pondero *text. in l.ſi ante, ff. ad Trebell.* vbi ſi ante diem hæreditas reſtituatur, non transferuntur actiones rationibus aptiſſima, quia non ita reſtituitur hæreditas, vt teſtator rogauit; debitor enim ſoluens ante diem vt vitet periculū pecuniæ reprobandæ, aut minuendæ non ita ſoluit vt inter contrahētes actum videtur de proba, & non deteriori moneta præſtāda, pro cuius *text.in d.l.* interpetratione vide *Anton.Fab.lib.*18.*coniect.cap.*5.qui ſecum vocat interpetres vt inſudent, & ſubtiliter agant in diſſoluēdo nodo, *Donell.lib.*7.*com.cap.*20. & non poteſt ante reſtitui, quia dilatio adiecta in fauorem fideicommiſſarij, quod ex eo colligo quaſi non repugnaret iudicio defuncti anticipata ſolutio, ſecus *in l. poſt mortem, C. de fideicommiſſ.* cum extendatur reſtitutio vſq; ad mortem videtur ratio adiecta hæredis gratia, cum dilata vſquequo ipſe poſſet frui hæreditate, non verò ad diem limitata, *d.l.ſi ante,* quæ notauit *Padill. in d. l.poſt mortem.*

9 Secundò comprobo verbis *text. in l.ait Prætor,* 7. *§.ſi cum in diem, ff.quæ in fraud. cred.* ibi, nam Prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri, *l.omnes,§.fin.eod.* vt fraudare videatur qui cum in diem deberet præſens ſoluerit, & creditor commodum repreſentationis tenetur alijs creditoribus reddere; nunc è conuerſo in repreſentatione vtilitas potius debitoris verſatur vt vitet periculum mutationis, & velut in eis iuribus commodum repreſentationis attēditur vt reddat creditor, & vt ex ea falcidia deduceretur, *l.1.§.ſi quis, ff.ad l.falcid.* ita ſimiliter in commodum creditoris, & damnum præpropere ſolutionis debet attendi ad vitandum.

Tertiò, iuuare videtur *text. in l. cum pater, §. à filia, de legat.* 2. vbi grauata cum moreretur prædia cui vellet ex libertis reſtituere, cum vni donaſſet, adhuc viua ea, quæ grauata non eſſe electionem propter incertum diem fideicommiſſi ex certa donatione, tradit *Papinian.* ex quo ſimiliter in hoc caſu dicendum ſi aliquis ſub conditione deberet, vel in diem certum, & dū penderet obligatio, & eſſet in certo vt vitaret periculum pecuniæ minuendæ vellet obſignare eam ſummam, quæ ex contractu ſi conditio exiſteret, deberetur, non eſſe ſolutionem ex obligatione, quæ nondū extat, nec certam ſolutionem aliquid operari poſſet ex dubio adhuc, & incerto contractu.

10 Quartò, facit ſententia *text.in l. cum filius, §.fin.ff.de verb.oblig.* vbi non conſtituitur debitor in mora, qui ante diem interpellatur, & ideò ſi non dederit, & ſeruus deceſſerit, non videtur per eum ſtetiſſe; ergo ſimiliter debitor, qui ante diem debitum offert, non efficiet creditorē moroſum, qui accipere recuſauit, præſertim minante periculo mutationis pecuniæ.

Quintò, pondero *text. argum. ab ſpeciali in l.*3. *§. quod ſi ſeruus, ff.de ſtat.lib.* vbi qui annua, bima, trima die iuſſus eſt dena dare, & non

ex-

expectata die tota ſimul obtulerit, benignius eſt, vt ad libertatem perueniat, & facit ratio *text.* ex creditoris ſcilicet hæredis prouidentia; ibi quatenus dilatione perempta illicò accipiat, quod poſt tempus conſequi poterat, & idem cum intra decimum annum dare iubetur, ſtatim dando libertas competit, quia verum eſt intra tempus datum *l. ſi ita fuerit, §. fin. de manum. teſtā.* aliter verò dicendum omninò cōditionem non implere, quia viginti ſolum obtulit, & dena ſoluere adhuc deficeret, *l. ſi triennio, ff. de ſtat. liber.* quę iura inuicem pugnantia ita ſunt interpetranda, igitur ſi in *d. §. quod ſi ſeruus,* ex benignitate libertatis fauore, & æquitati conſulitur hæredi admittitur debiti in diem repreſentatiò, videbitur in hoc caſu non referenda, quando tā graue damnum accedit creditori.

11 Sextò, quia is, cui ſub conditione debetur, vel in diem incertum creditor non eſt, vt ex *Fulgoſ. Bologn. Mant. Rebuff.* & pluribus iuribus tenet, & ſequitur *Morla in empt. tit. de reb. cred. q. 7. per tot.* vndè ei antequam creditor ſit, ſolui non poterit.

Deniq; ſeptimò omiſſis alijs (vt breuius me expediam) expendo q

12 deſumitur ex *l. ſi quis, ff. pro emptore,* vbi I. C. dubitat an bonæfidei poſſeſſor ſit, qui ab aliquo emerit, ſi tamen ſciat venditorem pretium, quod ſoluerit ſtatim conſumpturū, nota verba finalia eius *text.* ibi, niſi fortè quis à luxurioſo, & protinus ſcorto daturo pecuniā, ſeruos emerit, non vſucapiet, de quorum verborum intellectu vide *Cuman.* ibi, qui in abſurdum verba accipiendo tradit, & quod alij de interdicto bonorum adminiſtrarioni, *Zaſius antinom. libr. 2. antinom. 7. Anton. Auguſt. lib. 4. emendat. cap. 11. Pileus quaeſt. 63. Alex. in l. ſi cum dotem, §. 1. ſolut. matrim. Ripa ad l. ſi is cui bonis, n. 11. de verb. oblig. Steph. Coſta de ludo, artic. 6. n. 11. & 3.* Igitur ſi licet à domino emerit ſi ſoluat ei, qui ſtatim perditurus de bona fide emptoris dubitatur, quantò magis non ferendum vbi debitor ante tempus velit ſoluere, & cum rumor mutationis pecuniæ inualuit fraudem āmittere, vt ſe à periculo liberet, & in creditorem transferat, & ita cum damnum fuerit creditori, videatur eius gratia adiecta dilatio, & ante illam ſolui non poſſe ex cōmuni DD. ſententia tradit *Alciat. in l. ſtipulatio iſta, 38. §. inter certam, ff. de verb. oblig. nu. 17. ex Dec. Contrado, Duareno, Hyppolit. de Marſil. Ant. Gomez. Padill. Iul. Clar.* & alijs tenuit *Morla in emptor. iur. tit. de reb. cred. q. 21. n. 5. & 6.* in terminis *Ant. Fab. in diffinit. 14.* & quamuis in hoc caſu non appareat dilationē ſolutionis in fauorem creditoris adiectam, idem operabitur pecuniā offerri in congruo tempore quando imminet periculum diminutionis, vt tunc recipere non teneatur, ſed iuſtè recuſet quaſi ſemper videatur à iure expreſſum, non debere eo tempore recipere ſolutionem *l. ſi ſoluturus, l. qui decem, ff. de ſolut.* & non poſſe in damnum alterius fieri præmaturam ſolutionem probatur *l. vxorem, §. Seium, ff. de legat. 3.* & notarunt pluribus *Molina lib. 2. de primogen. cap. 4. nu. 23. Ant. Gomez. in l. 17. Taur. nu. 6. Acac. Ripol. in l. 1. de condit. & demonſtrat. in text.* ibi, *cum dies incertus, n. 51. pag. 83. Cancer. 3. p. cap. 15. à n. 170. Cened. canonic. qq. 35. n. 15.* vbi multa vt electio non poſſit fieri ante tempus in aliorum damnum.

13 Nec obſtant iura in contrarium adducta, vbi admitti videtur debitum ad tempus, poſſe ante illud ſolui

ſolui, quia ex ſentẽtia *Accurſii in l.1. verbo poſſunt, de condit. & dem.* procedũt cum gratia onerati, & debitoris dies appoſitus eſt, alias ſecus erit, vt conſtat ex communi iurium contextura, quo caſu intellige *d. §. inter certam, l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig. l. quod quis, de ſolut. vt interpretatur Morla*, vbi proximè *num.* 1. & ita accipienda *l. poſt mortem, C. de fideicommiſſ.* vt fauorem hæredis grauati reſpiciẽs dilatio adiecta reſtitutioni, poſſet ab eo renunciari, & antea hæres reſtituere, & ſuadetur, quia teſtator reſtitutionem extendit ad totum tempus, quo hæres eo gaudere poſſet, ideſt poſt mortem; & ideò ſi velit commodum ſuum ommittere, & ſtatim reſtituere tenebit reſtitutio; ſecus verò quando non in eius fauorem adiecta dilatio, ſed fideicõmiſſarijs, quia fortè voluit teſtator in tempus commodius differre reſtitutionem, tunc quidem ante diem non valebit reſtitutio, nec tamen afferri poterunt actiones, quomodo ego aliquando in Salmaticenſi Academia interpretatus ſum, *d. l. ſi ante, ad Trebell.* vt conueniat *tex. in d. l. poſt mortem*, & inſinuat apertè ratio *tex. in d. l. ſi ante, ibi,* quia non ita reſtituitur hæreditas, vt teſtator rogauit, nam ſi ſolum hæredis cauſa dilatio adiecta, tunc nihil voluntati diſponentis obſtaret, ſi cõmodum ommitteret, ſed potius iudicium defuncti plenius exhiberet, *l. pater,* ibi, *plenam fidem, ff. quæ in fraud. credi. Donel. d. lib. 7. comm. cap. 20. tex.* verò *in d. l. 3. §. quod ſi ſeruus, de ſtatu liber.* procedit ex peculiari priuilegio libertatis, & quia debitoris gratia, ſcilicet ſerui, adiecta dilatio, vt commodius pretium præſtare poſſet.

14 Sed neutro caſu, hæc iura poterunt aduerſari, quia etſi ad fauorem creditoris adiecta dilatio, & ei poſſit denunciare, non tamen id ferendum cum imminenti periculo, & graui damno creditoris, vt inde fraudi locus ſit, vt deteriorem monetam breui imminuendam debitor ſoluere valeat, nam quod ſupra admiſimus, poſſe quem iuri pro ſe inducto renũciare, tunc ptocedit quoties id ſine fraude fieret, ne alteri damnum irrogaretur, vt tenet *Bal. lib. 5. conſ. 288. ad fin. Caſtrenſ. lib. 1. conſ. 302. nu. 2. Cumanus conſ. 59. ad fin.* pluribus *Tuſchus pract. conclu. lit. B. conſ. 170. cum ſequent. multis. Caſtill. tom. 5. controuerſ. cap. 112. per totum. Valer. in tract. de differ. inter vtrumq; for. verbo, debitum, differ. 4. n. 5. & 6.*

SVMMARIVM.

1 *Riſus & rumores, ſuperiores euitare tenentur.*

2 *Officialis habens filios, vel nepotes, conſanguineos, aut familiares rixoſos, remouetur ab officio, niſi prouideat.*

3 *Epiſcopi debent expellere à Diæceſi nepotes ſuos inſolentes.*

4 *Vtiles terrarum Domini, vel eorum officiales non expellentes filios, nepotes, conſanguineos, aut familiares inſolentes, grauant vaſſallos, & num. 5.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli Grauantur, quando Barones, vel Officiales eorum in Terris tenent filios, aut nepotes, vel conſanguineos rixoſos, nec illos à dictis locis recedere faciunt.

GRA

GRAVAMEN LVIII.

1 RIxas, & Rumores euitare ſpectat ad ſuperiores, earumque occaſionem vitandi pertinet ad illos, cum potius Rempublicam inquiete ſtare, quam in diſcentione pſiſtere facere inuigilare teneātur.

2 Tali modo, quod ſi Poteſtas, ſiuè Officialis habeat filios, vel nepotes, ſiuè conſanguineos, vel familiares rixoſos, niſi prouideat poteſt ab officio remoueri, ex theorica *Bald. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid.* refert, & ſequitur *Genuenſ. in practicabil. Eccl. q. 746.*

3 vbi affirmat notandum pro nepotibus Epiſcoporum, ſi qui eſſent inſolentes, vt expellantur à Diœceſi.

Quare applicando huiuſmodi terminos noſtrum inſtitutum fortaſsè non eſſet ponere os in cœlū

4 grauari ſubditos, quoties vtiles terrarum Domini, vel eorum officiales non expellerent filios, nepotes, conſanguineos, aut familiares inſolentes à locis, in quibus reſident.

Vel ſaltem, niſi ad poſſibile operentur, vt tales vrbanitatem, & iuſtitiam cum ſubditis obſeruent, & à malis tractamentis abſtineant.

5 Quod ſi Barones, eorumque officiales facere prætermittant, & ſubditorum reſultet vexatio, vtiq; à criminis labe minimè erint excluſi, & proindè à ſupremis Tribunalibus, vidi id demandatum ex cauſa publicæ quietis cuiuſdam Terræ.

Attendant, & ſummopere igitur ſtudeant habentes iuriſdictionem, nè rixoſis hominibus, & in diſcretis viris ſint onuſti.

SVMMARIVM.

1 *Pœna arbitraria eſt imponenda contra reos, vbi non cadit pœna ordinaria, & num. 2.*

3 *Pœna arbitraria in dubio, debet eſſe mitior, & num. 4.*

5 *Aequitas magis, quam rigor debet attendi.*

ARGVMENTVM.

Vaſalli grauantur, quoties veniunt puniendi pœna arbitraria, & mitior illis non imponitur.

GRAVAMEN LIX.

1 COnſpicui, & certi iuris eſt, quod vbi contra reos pœna ordinaria cadere nequit imponenda eſt pœna arbitraria, *l. hodiè cum ſimilibus, ff. de pœn. Azeued. in l. 2. Hiſp. tit. 7. lib. 5. recopilat. num. 7. Bertachin. in ſuo repertorio in verb. falſarius verſ. 99. Gomez in l. 83. Tauri, num. 13. Lopez in l. 6. tit. 7. part. 7. gloſſ. verbo deſterrado, Afflict. deciſ. final. num. 18.*

2 Circa cuius pœnæ impoſitionem aduertere debent Officiales Baronales, ſiuè Regij, quod grauāt ſubditos, & vaſallos, quoties in dubio acram imponunt tali in caſu.

3 Siquidem pœna arbitraria in dubio debet eſſet mitior, vt modernè autumat *Regens Valenzuela conſil. 145. num. 36. tom. 2.* vbi

4 quod quando aduerſus aliquam perſonam in pœnæ impoſitione

Digitized by Google

eſt locus arbitrio illud debet eſſe ad pœnam, & condemnationem multum leuem *per temporam in l. ſemper in obſtruis, ff. de reg. iur, cap. diſciplina 75. diſtinct. Alexan. conſil. 110. num. 5. lib. 2. Morla in emporio iuris part. 1. tit. 2. num, 12.*

5 Quare ſi contrarium attentetur vtique grauamen inſurget, ſint igitur æqui domini iudicare debentes, quia tutius eſt deuenire in equitatem, quàm in rigore perſiſtere.

SVMMARIVM.

1 *Decem vnciæ pro adhoa ſoluuntur in feudis cum vaſallis.*

2 *Vaſalli contribuunt in ſolutione facienda à Barone pro adhoa.*

3 *Contributio à vaſallis Baroni vſque ad quam quantitatem ſit, vt num 13. 14. & 15.*

4 *Ciues oriundi, & habitantes tenentur contribuere Baroni.*

5 *Vaſalli grauantur ſi coguntur ſoluere adhoam, pro Rota impoſita Baroni,*

6 *Vaſalli burgenſes contribuunt Baroni ſoluenti adhoam ordinariã pro medietate, ſed non tenentur ſoluere ratam Baroni.*

7 *Contributio vaſallorum pro adhoa ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari.*

8 *Vaſalli ob inopiam non contribuentes pro adhoa ſupplent Barones.*

9 *Contributio vaſallorum regulatur pro rata focculariorum.*

10 *Adhoa de feudo reuerſo ad primum Dominum, quomodo ſoluatur.*

11 *Vniuerſitas non debet taxari pro adhoa, Barone non taxato, ſed Baro ſoluit integram, n. 12.*

16 *Adhoa debita per vaſallos contribuentes Baroni, directè exigitur ab ipſis vaſallis, & tantò minùs ſoluit Baro.*

17 *Vaſalli non debent moleſtari pro rata Baronis.*

18 *Dominus ſi remiſerit ſeruitium Baroni, ipſe poteſt exigere integram adhoam debitam per vaſallos.*

19 *Subfeudatarij tenentur ſoluere adhoam Baroni.*

20 *Seruitium, quod Barones exigunt à vaſallis loco introytuum Baronum eſt.*

21 *Adhoa ſubfeudatarium eſt qui pacti,*

22 *Baro exigit ſeruitium à vaſallis, niſi Rex expreſſe illud remiſiſſet, quod nequit.*

23 *Rex dominium rerum nullis tollere abſque cauſa valet.*

ARGVMENTVM.

Vaſalli grauantur, ſi quando Adhoa imponitur pro rata Baronis cogantur ipſi contribuere.

GRAVAMEN LX.

1 PRaxis eſt vt in feudis cum vaſallis pro adhoa ex ſingulis quibuſque vinginti vncijs ſoluuntur decem vnciæ cum dimidia *Lanar. conſil. 57. num. 8. Capyc. in ſua feudal. inueſtitur. in verbo feuda adhoant versic. feudum habet vaſallos.*

2 In qua ſolutione facienda à Ba-

Barone contribuunt vaſalli in quã-dam ratam, quæ fuit exacta in decem vncias, & plus, vt apud *Camill. de Curt. in diuerſ. feud. fol. 41. à num. 47. Ann. conſ. 3.* teſtetur illam fuiſſe exactam in decem vncias cum dimidia, & Baroni remanete nouem vncias, cum dimidia, *Aiell. de iur. adhoa, num. 52. Cum. in cap. ſi aliquem in verb. ſeruitij conſueti. n. 29.* videndum nouiſſimè *Laratha* multò poſt hæc ſcripta habitus *in Theatr. feudal. tom. 2. part. 12. dilucidat. 22.* vbi etiam reportat *Ritum* Regiæ Cameræ, cuius tenor eſt videlicet.

Modo di Taſſare l'Adhoa.

SE dechiara, quando ſe fà alcuna taſſa de adhoa d'alcuna terra, che foſſe ſtata conceſſa, ò vero venduta per la Regia Camera, e non ci foſſe patto di douer pagare conforme alla taſſa, la quale haueſſe tenuta lo predeceſſore, s'oſſerui in queſto modo, videlicet.

Se piglia informatione di quello hà venduto per tre anni paſſati, e ſi veda inche quãtità aſcendono l'annate confuſe l'vn'anno per l'altro, e quello ſopra viene à riuſcire l'entrate, ſe calculi à raggione di docati 52. per cento, e ſe vede à detta ragione quanto viene ad importare la taſſa, e dopò ſi vede quãti fuochi è la Terra, e ſe ne deduce la rata delli fuochi à raggione di carlini cinque purche li detti fuochi alla raggione di carlini cinque non aſcendono alla mità della taſſa, perche quando aſcendeſſe la mità non ſe li fanno buoni, & in queſto modo la taſſa reſteria à raggione delli doc. 26. 1. 5. per cento, però ſe li fuochi non arriuaſſero alla mità della taſſa ſe ne deduceria ſolamente quello ci caperia per lo numero delli fuochi nell quali ſteſſe taſſata la Terra, & in queſto modo ſtà oſſeruato, e ſi oſſerua da farſi detta taſſa, e quando fatta vna volta la taſſa, non ſ'altera più, ma reſta ſempre in vn modo.

E quando ſe dice, ſe è alla taſſa vecchia della noua, non oſtante, che per la taſſa vecchia pareſſe ſe paga manco adobo, che in la taſſa noua, non per queſto e differente l'vna taſſa dall'altra, perche ſi come è detto la taſſa ſi fà ſempre in vn medeſimo, ma la verità procede, ch'vna taſſa foſſe fatta venti anni à dietro per figura in quel tempo la Terra rendeua aſſai manco di quel rende hoggi, e perche tutte l'entrate ſono aumentate, ma quando ſi faceſſe hoggi la taſſa de nouo della medeſima Terra ſe virrà à taſſare aſſai più, perche ſe faria conforme à quello rende hoggi.

Quando ſe fà la taſſa d'alcuno feudo ruſtico è le entrate lo taſſano alla raggione di trenta per cento da quello rende il feudo.

E quando ſi fà da pagamenti fiſcali feudali ò d'entrata certa ſe taſſano alla raggione de ventiſei, & vn quarto per cento.

3 Et ſic contributio à vaſallis fiebat Baroni, vſque ad medietatẽ dictæ ratæ ad rationem medij ducati pro quolibet foculari, *vt in cap. Regni Comites, Amat. conſ. 12. num. 10.* aſſerens in caſu defectus vaſallorum, Baronem tũc ſupplere de proprio.

4 Ad quam contributionem faciendam poſſunt cogi ciues oriundi, & habitantes, vt practicatum eſt ad inſtantiam Vniuerſitatis Caſalis Lequilæ *die 25. Octobris 1526. in adhoar. 4. fol. 153.*

5 Cæterum quando adhoa imponeretur pro rata Baroni tantum,

ſi cogerentur vaſalli ad contribuẽ-
dum vti grauarentur, quoniam in
tali caſu non tenentur, vt pluries
prouiſum eſt à Regia Camera, &
recenter fatetur *Capan. in tract. de
iure adhoę, quaſt. 5. ſub num. 22.*
quo in loco perplura practicabilia
in hac materia contributionis va-
ſallorum pro ſolutione adhoæ re-
peries præcisè *à num. 11. cum ſeq.*
per hæc verba.

In feudis autem cum vaſallis,
tũc pro adhoa ex ſingulis quibuſq;
viginti vncijs ſoluuntur decem vn-
ciæ cum dimidia, *Capyc. in d. verb.
feudū adhoant, verſic. ſi feudum ha-*
6 *bet vaſallos,* 10. *Lanar. conſil.* 57.
num. 8. in qua ſolutione facienda
per Baronem ſubueniunt vaſalli
contribuendo, quamdam ratam,
quæ rata fuit exacta in decem vn-
cias, & aliquid plus, vt docuit *Ca-
mill. de Curt.* loco allegando, ſed
Anna infra allegandus dicit in de-
cem vncias cum dimidia, & Baro-
ni remanent præcipuè nouem vn-
ciæ cum dimidia, ita hæc omnia
habes, ex *Cumia in cap. ſi aliquem,
in verb. ſeruitij conſueti, num. 29.
Ayel. num. 52. Camill. de Curt. d. lo-
co, fol. 41. à num. 47. & ſeqq. Anna
conſ. 3 num. 7. col. 12. ex Andr. de
Iſern. in cap. 2. quis dicatur Dux,*
7 & ſic contributio per vaſallos fie-
bat Baroni vſque ad medietatem
dictæ ratæ ad rationem caroleno-
rum quinque pro quolibet focula-
ri, *vt in cap. Regni,* Comites, Baro-
nes, vbi hoc notatur *Anell. Amat.*
8 *dict. conſ.* 12. *nu.* 10. dicens, quod
ſi non ſufficerent ob defectum va-
ſallorum, tũc Baro de proprio ſup-
plebat, & ita vidi prouiſiones
ad inſtantiam Magnifici Ioan.
Andreæ de Caſtellis pro Terra
Corniti pro eius adhoæ, quod
erat ducatorum 132. à quibus de-
9 ductis duc. viginti quinq; pro ſub-
uentione vaſallorũ in numero, fo-
cularia quinquaginta, remanebant
ſoluendi per Baronem duc. 107.

Sed quia poſtea focularia quæ-
dam defecerunt, fuit taxatus in du-
catis 114.

Et tum poſtea focularia aucta
fuere, ideò fuit aucta adhoa ad du-
catos 28. & ſic remanebant Baro-
nis duc. 104. vt apparet ex proui-
ſionibus expeditis die 4. Martij.

Et in ſpecie, quod contributio
vaſallorum pro rata foculariorum
debeat regulari, ſecundum nume-
rationem foculariorum, tunc tem-
poris exiſtentium, adeò, quod ſi
defecerint ſupplebit Baro, tanto
plus ſoluet, vt ſic practicatum, &
ordinatum fuit per Regiã Camerã
ad inſtantiam Vniuerſitatis Caſtri
Veteris Aprutij Vltrà, nam Magni-
ficus Aſcanius Columna Domi-
nus dictæ Terræ erat taxatus, pro
adhoa in ducatis. . . . & pariter
Vniuerſitas prædicta erat taxata
pro contributione in duc. 45. 2. 10.
nam erant focularia nonaginta
vnum; ſed quia poſtea fuit dicta
Terra renumerata, & reducta ad
focularia vigintivnum, pro quibus
ſpectabant duc. 10. 3. 10. ideò fuit
ordinatũ, quod ſolueret dicta Vni-
uerſitas decem cum dimidio, &
reliquos ducatos trigintaquinque
ſoluerentur per Baronem die 28.
Ianuarij 1530. in adhoarum 5. fol.
12. à terg.

Sic etiam fuit ordinatum ad in-
ſtantiam vniuerſitatis S. Petri cõ-
tra Magnificum Iulium Mazzaca-
ne, vt quantitas deficiens à rata
contributionis vaſallorum reficia-
tur, & ſoluatur per dictam Iuliam
die 22. Iunij 1533. Adhoarum 6.
fol. 27. à terg. & fol. 28.

Quid autem ſi Vniuerſitas exi-
ſtens

Google

ſtens ſub vno Barone fuiſſet, taxata in decem pro contributione adhoæ ſi poſtea tranſierit ad manus alterius Baronis in cuius poſſe fuit poſtea taxata in ducatis quindecim ſi deindè dicta Vniuerſitas denuò rediuertit ad primum Baronem ſub quo fuit taxata in decem an debeat ſoluere taxam factam tempore primi Domini, an verò taxatam tempore ſecundi? dicas quod fuit obſeruatũ pro Vniuerſitate Muſillari Prouincia Aprutij Citrà, vt ſoluere adhoã taxatam tempore primi Baronis, non autem ſecundi, nam dicta Vniuerſitas exiſtens ſub Barone Illuſtri Marchione Piſcariæ fuit taxata in ducatis quinque tareno vno, & granis quinque poſtea exiſtens loco pignotis ſub Barone Magnifico Camillo Caracciolo fuit taxata in ducatis vigintiquinque, & carolenis quinque? Demum rediens impoſſe hæredis dicti Illuſtris Marchionis Piſcariæ petijt Vniuerſitas, quod debebat ſoluere iuxta taxatam factam ſub antiquo Domino Marchione Piſcariæ, & ita fuit ordinatum, vt ſolueret iuxta taxatam factam tempore dicti Illuſtr. Marchionis die 28. Martij 1530. in adhoarum *lib.* 5. *fol.* 20.

11 Item quid autem ſi Baro non taxeretur incetulàri pro adhoa, an nec Vniuerſitas pariter, non debeat taxari ad ſoluendum carolenos quinque pro quolibet foculari fuit hic articulus dubitatus inter Vniuerſitatem Bucchianiſi in Prouincia Aprutij, & Regium Fiſcum, nam dicebat Vniuerſitas prædicta, quod ipſa non debebat ſoluere adhoam, eo quod eius Baro Illuſt. Marchio Bucchianiſi non erat taxatus per Regiam Cameram viſo cedulare, in quo non apparebat taxatus dictus Illuſtr. Marchio pro dicta Terra Bucchianiſi, licet pro alijs terris apparebat taxatus fuit ordinatum, quod caperent informatio de introytibus dictæ Terræ ad finem prouidendi die 17. Octobris 1550. in adhoarum 5. fol. 42. qua capta, & tranſmiſſa ad Regiam Cameram apparebat adeſſe ſolum officium Actuariatus dictæ Terre ſolitum affittari in dictis triginta, ideò fuit taxata adhoa in ducatis decem cum dimidio, pro quibus fuit ordinatum, quod Vniuerſitas prædicta cõtribueret medietatem di e 12. Maij 1534. in adhoarum 1. fol. 112.

Quæ taxa vaſallorũ ſoluitur, vt dixi per Vniuerſitatem, & quando aliqui de Vniuerſitate ſunt retinẽtes, tunc coguntur, prout ſic fuit ordinatum ad inſtantiam Vniuerſitatis Caſalis Lequilæ, quod omnes eius Ciues oriundi, & habitãtes cogerentur ad ſoluendum dictam ratam adhoæ die 25. Octobris 1526. in adhoarum 4. f. 153.

Sed quid ſi vaſalli non tenerentur contribuere Baroni, an eo caſu Baro ipſe teneatur ſoluere integrum adhoum abſque ſubuentione fuit hic articulus dubitatus inter Baronem Caſalis Grumæ, & eius Vniuerſitatem, & fuit deciſũ in fauorem dictæ Vniuerſitatis ſtãte fide producta, quod nunquam dicta Vniuerſitas ſolita fuit ſubuenire, & quia Baro prætendebat habere priuilegium pro dicta ſubuentione fuit per Regiam Cameram dictum, quod producto priuilegio prouidebitur, & interim dicta Vniuerſitas Grumæ non moleſtetur die 13. Febiuarij 1529. in adhoarum 4 fol. 204. ea ratione, quia Vniuerſitas non tenetur ſoluere, & ſic nõ eſt dubium Vniuerſita-

ſiratis in capite, & principale, ſed tenetur ſubuenire, tunc ſoluit integrè ipſe Baro, vt eius proprium debitum &c.

12 Si autem excedebant non ob id ad plus quod vſque ad medietate contribuere tenebatur Iacobus Ayello *n.52.* dicens quod talis contributio vaſallorum non debet excedere medietatem collectę generalis pro qua ſunt focularia taxata decem carolení pro quolibet foculari, quod ſi Ciuitas vel Caſtrum, quæ tenentur ad contribuendum Baroni habeant centum

13 focularia, tunc contributio non debet excedere quinquaginta ducatos, & ſi adhoa excedat in Magna quantitate, ſed ſi adhoa di-

14 ctæ Ciuitatis, vel Caſtri obligati ad contributionem eſſet ducatorũ viginti, tunc ad medietatem teneretur, ita *Iacobus Ayell. ibidem*, *Amat.d.conſil.12.num.10. verſic. eſt medietas adhoa*, quam ſoluit Baro ſiuè in caſibus ordinatis per Conſtitutionem Regni, ſiuè in extra ordinarijs .ſ. quod ex iuſta cauſa imponeretur Baronibus per Regẽ, prout prouiſũ eſt per ſpeciales literas *Regis Caroli* incipientem *Riccardus de Aquila, Anton. Capyc. in verbo feudorum adiutoria*.

15 Verùm hodiè hæc rata, quæ debetur à vaſallis pro contributione Baroni facienda, vt ſupra non exigitur ab ipſo Barone, adeò vt ipſo Baro deindè exigeret à vaſallis, & Barones tantum ſoluunt ducatos 26.& vn quarto, ita *Regens Moles de iure adhoa q.gſt.1. verſic. hoc autem, quod ſupra dixi, & verſ. illud autem, Amatus d.conſ.12.n.10.*

16 *verſ. quod ſi non ſufficerent*, & ſic rata vaſallorum deducitur, & ſeparatur à rata Baronis, & mandatur tantum exigi à Barone ratam ipſi tangentem deducta rata vaſallorũ, prout ſic reperiri ſeruatum die vltimo Maij 1536. ad inſtantiam Magnifici Cæſaris Pignatelli pro adhoa Terræ Amendolarie, vt apparet ex litterarum adhoæ 7. f.11. ſic etiam ad inſtantiam Magnifici Aloyſij Pignatelli fuit ordinatum, quod deducta rata contributionis vaſallorum ſolueret tantum ratam ipſi tangentem die vltimo Maij 1536. eod.lib.fol.11.à ter.& f.34. in Terra Flumariæ, fuit ordinatum ad inſtantiam Illuſtris Marchionis Atripaldæ, vt perceptor exigeret tantum ducatos mille biscentum tresdecim excomputatis ducatis ducentis nonaginta tribus ſpectãtibus ad Vniuerſitatem pro eius contributione die 8.Iulij 1537. in adhoarum 7. fol.101. vaſalli enim non debent moleſtari pro rata Baronis, vt fuit ordinatum in fauorẽ Caſtri Caſacalẽdæ die 3. Decembris 1527.in adhoarum 4.fol.224.

Vndè quando imponatur adhoa ſimpliciter, tunc contribuant vaſalli, ſed aliquando adhoa ſolet imponi ꝑ rata Baronis tãtũ, & tũc nõ cõtribuũt vaſalli, vt vidi pluries ꝑuiſum per Reg.Cam.Summariæ.

Et hac occaſione placet pariter adducere, quod modernè poſt cæteros autumat *Laratha in Theatro feudal.part.12.dilucidat.25.tom.2.*

18 vbi quod ſi Rex remiſerit ſeruitiũ Baroni, ſeu adhoa, Baro poteſt exigere integram adhoam, & ſeruitiũ debitum per vaſallos ſubfeudatarios, niſi Rex remiſerit etiam contemplatione vaſallorum, quod in dubio non præſumitur, ſecundum *Andr. in §. ſed nec alia iuſtior cauſa, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* & alias, *vt per Ayellum in tract. de iure adhoa num.60.* & ſubfeudata-

19 rij tenentur ſoluere adhoam Baroni,

roni, etiam ſi à Rege fuerit remiſſa,
vt *per And. in d. §. nec alia iuſtior*
cauſa, Affl. in Conſt. Quampluri-
20 *mum*, ſuccedit emi ſeruitium illud
in beneficium Baronum loco. in-
troytuum ipſi conceſſorum, & ſic
poteſt dicere ſeruitium introytus
de iure Baronum, cum in eorum
locum ſubrogantur, vt notatur *in*
cap. Eccleſia, vt lite pendente, & in
l. qui id, ff. de donat & attentatur
rediſſe prouiſiones Reg. Cameræ
Summariæ, in quibus adhoa, ſiuè
ſeruitium debitũ per feudatarios
Baroni aſſignantur pro introytus,
ſicut, & alij introytus Baroniæ, vt
eſt notum, nec vnquã poterit tra-
ctari. quod ſolutio feudatariorum
vadat in releuamentum, & adiuto-
rium Baronum circa adhoam quã
21 ipſi debent Regi, immo dum ſub
introytus Baronales eorum adhoa
augetur, & tunc ipſæ ſolutiones, ſi-
uè adhoamenta ſubfeudatariorum
ex vi pacti appoſiti in inueſtitura,
adeò quod ſi Rex remittit adhoã,
vel ſeruitium Baroni non intelli-
22 gitur remiſſa vaſallis, & ſubfeuda-
tarijs, & Baro poteſt exigere, niſi
expreſsè Rex eijſdem vaſallis re-
miſerit, quod nec poteſt, quia tol-
leret ſolutiones adhoæ, & ſerui-
tiorum Baroni per ſubfeudatarios
23 faciendarum, cum Rex neminem
dominio rerum ſuarum abſque
legitima cauſa priuare poteſt, quia
eſſet contra iusgentium, *l. venditor*
§. ſi conſtat. de Conſtitut. Bald. in
proœm digeſtor. num. 4. Doctores
communiter *in cap. cum Eccleſia-*
rum de conſtit. idem Laratha con-
ſil. 5. num. 19. vbi alios adducit.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli grauantur, quando Baro-*
nes exigunt adhoam in caſibus
comprehenſis in capitulis Papæ
Honorij, & num. 3.
2 *Rex poſt petere adhoam in caſibus*
in Conſt. Regni.
4 *Extenſio non eſt facienda de per-*
ſona ad perſonam.
5 *Caſus in quibus licet Regi noſtro,*
imponere gabellas hinc repuan-
tur, vt num. 6. 7. 8. & 9.
10 *Capitula Papæ Honorij ſunt ſer-*
uanda.
11 *Capitulum Regis Roberti reponi-*
tur.

ARGVMENTVM.

Vaſalli grauantur, quando Ba-
rones petunt, & exigunt ad-
hoam in caſibus comprehen-
ſis in capitulis Papæ Hono-
rij.

GRAVAMEN LXI.

1 REſultare grauamen reſpectu
vaſallorum quoties Baro-
nes petant, & exigant adhoam in
caſibus comprehenſis in capitulis
Papæ Honorij percipitur ex no-
uiſſimè traditis per *Capan. in tract.*
de iure adhoa, quaeſt. 16. num. 7. vbi
2 probauit Regem poſſe petere
adhoam in caſibus in Conſtit. Re-
gni quamplurimum comprehen-
ſis, & ſi illa loquatur in Barone
ex Andr. in d. Conſtit. Petr. de Gre-
gor. de conceſſ. feud par. 7. quaeſt. fin.
num. 34. & Aiell. de iur. adhoa,
3 *num. 33.* ſed non è contra licere
Baronibus petere adhoam in caſi-
bus comprehenſis in capitulis Pa-
pæ Honorij à vaſallis, quia illa
capi-

Digitized by Google

capitula loquuntur de collectis, & adbois interponendis per Regem,
4 quorum materia ſtricta eſt, & ideò de perſona ad perſonam non eſt facienda ampliatio, maximè quia Barones ſunt minus priuilegiati, quam Rex, licet *Idem quæſt.* 21. *eiuſdem tractatus*, in contrariam fuerit ſententiam, oblitus, quæ antea dixerat.
5 Caſus autem, in quibus licitum eſt Inuictiſſimo noſtro Regi vigore dictorum Capitulorum Papæ Honorij imponere gabellas ſunt infraſcripti, vt apud *Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. part.* 2. *c.* 3. *ſub num.* 148. *Regent.* Mol. *dec. manuſcript.* 1. *Molfeſ. in ſumma Theolog. Moral. tract.* 12. *de contractib. cap.* 22. *à num.* 64. *cum ſeq tom.* 2.
6 Primus caſus eſt pro defenſione Terræ ſi contingat inuadi Regnum invaſione notabili ſiue graui non procurata non ſimulata nõ momentanea, ſeu tranſitoria facilè, ſed manente, aut ſi contingat in eodem Regno notabilis, ſiuè grauis rebellio ſimiliter non ſimulata nõn procurata non momentanea ſiuè facilè tranſitoria, ſed manens.
7 Secundus eſt pro Regis perſona redimenda de ſuis redditibus & collecta ſi eam ab inimicis capitali contingit.
8 Tertius eſt pro militia ſua, ſeù fratris ſui conſanguinei, & vterini, vel ſaltem conſanguinei, ſiuè alicuius ex liberis ſuis cum ſe huiuſmodi fratrem ſuum, vel aliquem ex eiſdem liberis militari cingulo decorabit.
9 Quarto eſt pro maritanda ſorore ſimili cõiunctione coniuncta, ſibi vel aliqua ex filiabus, aut nepotibus ſuis, ſeù qualibet alia ex genere ſuo ab eo perrectam lineam deſcendente, quam & quã do ipſe dotabit, in prædictis enim caſibus, prout qualitas, runc imminentis caſus exegerit licebit Regni collectam imponere, ac exigere à ſubiectis dum tamen pro defenſione inuaſione, ſeu rebellione prædictis, aut ipſius domini redẽptione 5 omillium pro militia duodecim millium pro maritaggio vero quindecim millium vnciarum auri ſummam collectæ vniuerſalis totius Regni eiuſdem tam vltra Pharum, quam citrà quantitas nõ excedat; Nec concurrentibus etiã aliquibus ex prædictis caſibus collecta in vno, & eodem anno niſi tantummodò vna imponatur.

Quæ quidem capitula moderniſſimè pariter recenſet *Capan. de iur. adhoa quæſt.* 17. 18. 19. 20. *&* 21. vbi plures ſuſcitat, & declarat articulos ad eorum mentem concernentes.

Et de ipſis pariter capitulis ediſſerit bon. mem. *Taſſon. in obſeruat. ad pragm. de antifato, verſic. quarto obſeruat.* 1. *à num.* 10. *cum ſequent.* adi illos, nec pigebit.

10 Nec non dicta Capitula tanquã rationabilia, omninò eſſe ſeruanda patefacit *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de Aſſenſibus Regijs*, §. 2. *num.* 15.

At quia Barones de alijs ſolutionibus grauabant vaſallos ſingula declarauit. *Rex Robertus* in particula *Capitulo Regni*, de quo apud *Piſanell. in Conſtit. Regni quamplurimum*, cuius tenorem reportare placuit, & eſt, vt infrà.

11 R*Obertus &c. Iuſtitiario Apulia citra flumen Piſcariæ fideli ſuo &c. humanorum actuum regula legis ſanctio circumſpecta ſic obſeruanda tenaciter, vt eam nulla voluntas inordinaria prætereat,*

reat, & præſumptuoſa transgreſſio contra permiſſum, aut vetitum non concurrat, ſanè Cõſtitutio noſtri Regni Siciliæ de præſtandis adiutorijs Dominis à vaſallis eorum edita S. M. declarat adiutoria ipſa illis præſtari debere per medium perſonæ ſuæ cum ab inimicis noſtris in noſtro ſeruitio capi extiterint pro faciendo filio milite, pro maritanda filia, vel ſorore, pro emenda Terra, vna vice tantummodo pro ſeruitio noſtro, ſeu noſtri exercitus moderate, & in his, quæ noſtro cõmodo præſtantur, quæruntur autem homines Caſtri Scriuenculæ fidelis noſtri, quod ab eorũ Dominis præter, et vltra caſus in ipſa cõſtitutione diſtinctos grauentur enormiter, & multipliciter opprimuntur; Nos autem volentes dictis oppreſſis ſuccurrere, & ipſis Dominis in conſeruatione iuris eorum per declarationes congruè remedium prouidere declaramus tenore præſentium prædictis dominis adiutoria prædicta deberi etiam perſonaliter militare ſeruitium non præſtatur, ſed per idoneum ſubſtitutum ſeruiunt, vel adhoamentum in pecunia ſoluunt, vt ipſum ſeruitium eſt eius gratiosè remiſſum, vel cum credito compenſatum pro militia quoque eorumdem Dominorum & nepotum ex primogenito, & pro dotibus filiorum eiuſdem primogeniti eadem adiutoria ab eiſdem vaſallis Dominis tribuantur hoc enim caſu eſt, ſi dicta conſtitutio aperta diſtinctione non exprimat per interpretationis obiectum, ſanus intellectus admittit adiectis præterea ipſorum ſupplicantium clamoſa conqueſtione, quod Domini Caſtri prædicti ingerentes alienis partibus, impudenter exigunt, & cum conceſſione requirunt, quod eorum habeatur aſſenſus in matrimonijs, quæ inter ipſos omnes cõtrahuntur, quod ipſis ſine liberis decedentibus vſurpant indebitè ſucceſſionem eorum legitimis hæredibus procul reiectis, et cum aliquis quorundã hominum, qui debent prædictis Dominis præſuptum ſpallam vni pluribus hæredibus relictis moribus, & ſingulis ipſis vna ſpalla requiritur licet de iure inter eos eiuſdem ſpallæ præſtatio limitatur, ſuper quibus noſtro præſidio deuotius implorato fidelitatis veſtræ præſentium tenore mãdamus tu præſes iuſtitiæ, vt vos alij ſucceſſiuè futuri eiſdem dominis inhibeatis expreſſè, quod de eorum matrimonijs ſi directè vel per obliquum nullatenus ſe intromittant, nec ſucceſſionem eorumdem hominum vſurpare, vel occupare præſumant vltra, vel præter quam leges Conſtitutiones Capitula Regni, ac Conſuetudine approbata Regni Siciliæ ſtatuant, & declarantes hæredes eorumdem hominum ad præſtationẽ ſpallæ prædictæ, vel ſimilis erogationis huiuſmodi omnes ſimul compelli non ſingulos permiſſuri per apta iuris remedia prædictus Dominus ſi eos contrarium contingerit attentare ſi ergo in prædictis omnibus, & contra prædicta procedentes ſolemniter efficaciter vos geratis, quod iã dictos homines in præmiſſis omnibus, & circa præmiſſa vltra, vel præter per dictos eorum extraneos grauar inequeant, quam prædicta diſtincta contineant, & legis perinde diſcreta ſanctione determinant præſentes autem præſentati vel præſentantibus reſtitui volumus obtinere. Datum Neapoli per manus Bartolomei de Capua &c. anno Domini 1328. die 7. Aprilis primæ indictionis Regnorũ noſtrorum anno nono.

Al-

Allegatio Authoris pro D. Principe Hieracis.

QVamuis ex adductis in facto in cauſa Principis Hieracis cum Io: Franciſco Grimaldo filio ſatis pateat de iuſtitia eiuſdem Principis tamē nè illotis, vt aiunt, manibus de iure pertranſire videar, aliqua adducam, ex quibus ſatis lucida eiuſdem prætenſio apparebit, eoque breuis, cum agatur coram Eminentiſſimis Viris in quorum pectorum ſcrinio cuncta ſunt aperta,

Dico igitur omninò eſſe tollēdum ſequeſtrum Ciuitatis Montis Sancti Angeli, & eiuſdem poſſeſſione manutenendum, & conſeruandum, vel ſaltem immittendum ipſum Principem.

Negari enim ſeaptè nequit Principem vti fratrē maioris ætatis eſſe vocatum vigore legis inueſtituræ ſtante datione in ſolutum dictæ Ciuitatis factæ Philippo Grimaldo teſtatori, & fratri ſub natura feudi antiqui cum aſſenſu Regio *pro ſe, & ſuis hæredibus ex corpore vocatis*, ex tenore inueſtituræ, qui eſt attēdendus ad literam, nec ab eius forma aliquatenus recedi poteſt *Roman.* & ibi *Mendoſ. in addit. conſ. 4. Viuius dec. 334. Grat. foreſ. diſcep. tom. 4. c. 663. n. 5. Reg. Tapia in dec. Suprem. Italiæ Senatus 2. n. 133.* cum eiuſdem tenor ſoleat allegari, & ad illum tanquā ad ſcopum in decidendis controuerſijs habeatur recurſus *c. 1. in fi.* de duobus fratribus, *vbi Andr. & Afflict.* reaſſumunt ſolam inueſtituram dici fontem, originem, & cauſam deuolutionis feudorum, cū illa contractus vires ſuſtineat, *Bal. in c. 1. §. præterea tit. quid ſit inueſtitura*, habeturq; loco pacti; & niſi ſeruetur pactum reſcinditur omne peractum *Afflict. decif. 335. nu. 15.* conferunt latè tradita per *Reg. Rouit. in cōſ. 1. vol. 1.* vbi plura cumulat, quæ hic adaptari poſſent dicens *n. 16.* quod quando cum in inueſtitura eſt a directus modus ſuccedendi tunc in ſucceſſione feudorum attenditur ſolus tenor inueſtituræ, ſiuè de petitorio, ſiuè de poſſeſſorio agatur ex *c. 1. in fin.* quid ſit inueſtitura, & *c. 1. de benef. fratr.*

Vndè cum Princeps ſit vocatus ex inueſtitura venit immittendus in poſſeſſionem dictæ Ciuitatis ex officio Iudicis ſaltem donec de petitorio cognoſcitur, *Bald. Prapoſit. & Aluarot. in c. 1. de controuerſ. inter maſcul. et femin. Dec. cōſ. 424 Camer. in c. 1. q. 6. n. 90. in rubr. an agnat. Surd conſ. 384. n. 15. vol. 3.* quos refert, & ſequitur alios adducens *Reg. Rouit. alleg. conſ. 1. ſub num. 27.*

Eoque maximè ſtantibus gratijs conceſſis huic Regno, vt in *prag. 18. de feudis.*

Redditur vera hæc Principis iuſtitia, eò quia ex ſupradictis videtur ille habere aſſiſtentiam iuris pro ſe circa dictum feudum, & conſequenter ſubintrant termini iuris manutentionem illi eſſe dandam, quamuis non conſtaret de poſſeſſione aliqua *cap. cum perſona de priuileg. in 6* ſufiſſimè probat *Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2 cap. 11.* vbi iuxta hanc ſententiam pluries iudicatum in Romana Rota teſtatur, vt paritet alias deciſum dicunt *Veral. dec. 306. par. 1. & deciſ. 203. part. 2. Rot. diuerſ. dec. 145 n. 6.*

Digitized by Google

num.6 part 2. Rota deciſ.416.p.2. in recentior. Rota Gratian. forenſ. diſcept.tom 5.cap.876.

Et quamuis colorata videatur prætenſio dicti Io: Franciſci Grimaldi vigore legati ducatorum centū trigintaquinque milliū facti à D. Philippo Grimaldo ſuper dicta Ciuitate, in qua fuit hæres inſtitutus præfatus Princeps cum dicto onere ſoluendi quantitatem ſupradictam.

Tamen ſe poſito, quod illa reſpiciunt petitorium, & hodie agitur in poſſeſſorio.

Datur reſponſio, quod dictum legatum non habet in ſe executiuam actionem *Zuzar. in l. fin C. de edict. Diu Adrian. tollend. Alexan. Dec. Couar. & alij apud Felin. c. in tract. de cenſibus, lib.3. cap.1. nu.6. Garger. patrocin. 25. lib.2.* & pluries determinauit *Romana Rota*, vt apud *Ludouiſium dec.206. n. 2. & Rota in recentior. part.2. deciſ. 391. Theſaur. deciſ. 24. num. 10. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.3. num.693.* & poſt aliorum doctrinam recenter *Thomat. deciſ. Macerat.49.* vbi ampliat hanc cōcluſionem, quamuis legatum reſpiceret cauſam piam. Vndè ſubintrat pro tali legato conſequendo eſſe ordinariè agēdum cum compilatione proceſſus, & ſententiæ obtemptione, quibus pendentibus immiſſio Principi non poterit denegari.

Quia alias eſſet incipere ab exequutione, quod iura vetant, *l. ſi cū ff. de re iudic. Rota Conchen. præſtimonij coram R. P. D. Bubalo*, vbi voluit eſſe verum, vt nec de conſēſu partium ad talem actum deueniri poſſet, quia vbi exequutiuè nō poteſt de iure procedi conſenſus partis nihil operatur *Corſett. quæſt. forenſ. 1. lib.2, Coſta conſ.32. nu.2.* reddens rationē, quia partes cauſas ordinarias, non poſſunt facere exequutiuas, prout nec Iudices *Boſſ. in tit. de Princip. num. 287. Maſtrill. de magiſtrat. lib.4. c.16. num.187.*

Idque apertius patet, nam ipſe Io: Franciſcus inſtetit cōtra Principem, vt ſoluere deberet dictam quantitatem ducatorum centum trigintaquinquemillium vel quod inſolutum præſtaret præfatam Ciuitatem Sancti Angeli, & ſic ordinariam aggreſſus eſt actionem, & inſtantiam, quæ eget termino proceſſu, & ſententia ex pluribus, quæ opponere habet, & iam in facto, quod deducitur oppoſuit.

Eò magis, quia ſtat in electione eiuſdem Principis dare inſolutum dictam Ciuitatem, vel ſoluere præfatam quantitatem legatam, & poſitam pro onere ſupradictam Ciuitatem ad beneficium eiuſdem Io: Franciſci.

Nec obſtat prætenſa poſſeſſio capta de dicta Ciuitate ab ipſo Io: Frāciſco. Quia vel illā cępit ex vi mandati dati à dicto Philippo vigore litterarum, & quia captura fuit poſt mortem eiuſdem Philippi, ideò expirauerat mandatum *§. item ſi adhuc inſtitut. mandat. l. mandatum, C. eodem, Guid. Pap. deciſ. 119. & 491.*

Vel propria authoritate fuit capta, & prodeſſe non debet, immo eidē nocere, cum rerum ſit dicere legatarium non poſſe propria authoritate capere legatum, quod ſi faciat illud amittit, *l. non dubium, C. de leg. Diaz regul. 407. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 68. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. Cardin. Tuſcu. concluſ. 151. lit. L.* & generaliter authoritate propria rem

ſuam

SVMMARIVM.

1 Adminiſtrans officium extra Regnum, tenetur oſtendere litteras liberatorias volens admitti ad aliud intra Regnum.

2 Rationem ſuæ adminiſtrationis quare quis reddere tenetur.

3 Officialis, tàm de iure communi, quàm municipali tenetur ad Syndicatum.

4 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.

5 Nemo præſumit quod Ius nil dicit.

6 Verba legis vbi conueniunt, ibi conuenit legis diſpoſitio.

7 Mens legis potius, quam verba debent attendi.

8 Oſeruantia ſubſequuta, eſt optima legum interpres.

9 Officiales deſtinati à Prorege, preſtant cautionem in Regia Camera.

10 Diſpoſitio legis non debet eſſe fruſtatoria.

11 Vnio, & authoritas iuriſdictionum operantur, vt de vno ad aliud Regnum detur remiſſio.

12 Appellatio datur à ſententijs latis in præſidijs Tuſciæ, ad Proregem huius Regni.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando ad guberniũ Terrarum admittuntur officiales qui non paruerunt ſindicatui officiorum etiam adminiſtratorum extra Regnum.

GRAVAMEN LXII.

1 NOn quia adminiſtratũ eſt officium extra hoc Regnum, qui erit deſtinatus ad exercendum officiũ in Regno, nec liberatoriales literas præſentauerit, valebit ad officij poſſeſſionẽ admitti in regno quoniã qui adminiſtrauit officium extra Regnum intendens intra Regnum aliquid adminiſtrare, tenetur prius parere Syndicatui in exitu prædicti officij, & poſtea admicti ad aliud exercendum, habitis lireris liberatorialibus, quod ſi ſecus obſeruare facient vtiles terrarum Domini, vtiq; grauabunt vaſſallos.

2 Siquidẽ iuſtitia in eo reſidere videtur vt quilibet ſuæ villicationis rationẽ reddere teneatur ad finẽ nedũ ſatisfaciendi oppreſſis, & grauatis, ſed etiã, vt adminiſtratoris pſonæ qualitas, alijs innoteſcat, & ſic vno, eodemque tempore, quod malus euitari valeat, & bonus ad honores gradatim euehatur, iuxta tex. in l. vt gradatim ff. de munerib. & honorib. taliter, vt malo ſe corripiendi, bonorum ad perfectionem ſe dirigendi detur anſa, ità vt vnus vigore pœnæ preſcindat à malo, alter vigore boni, ipſum bonum ſectetur iuxtà illud vulgatum, *Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pænæ.*

3 Hac inquam de ratione, tàm de iure communi, quàm municipali officiales geſtorum officiorum ſindicatum reddere debere, mihi perſuadeo, & nè officiales admictãtur ad exercitium officij noui, niſi exhibitis literis liberatorialibus, *l. 1. C. vt omnes iudic. l. Neminem C. de ſuſcept. prepoſ. lib. 10. Conſtit. Regni volumus cap. veterum cap. Item ſtatuimus, Rit. M. C. V, 295. Pragmat. 1 de Sindic. official. pragmatica 5. de Baron.* de qua materia vltra cæteros *Borrel. de magiſtr. Edict lib. 1. cap. 16. Maſtill. de magiſtrat. lib. 11. cap. 9. à num. 19.*

Quæ Iura cum poſſint adaptari tàm circa officia geſta in Regno,

*num.*817.*cum ſeq.*

12 Quare ſi ageretur exempli gratia reſpectu auditoris deſtinati in præſidijs Terræ à quo appellatur ad Excellentiſſimum huius Regni Proregem, vt patet apud *Præſidem de Franch. deciſ.* 440. *num.* 1. ego cenſerem, quod ſi talis Auditor poſt peractum officium in dicto loco, & ſi extra Regnum, non poſſet admicti ad aliud officium in Regno, niſi poſt quã paruerit Syndicatui, & liberatoriales literas produxerit.

SVMMARIVM

1 *Ciues loci vbi officialis vult adminiſtrare poſſunt ſe opponere, vt oſtendat literas liberatoriales alij geſti officij.*

2 *Barones grauant vaſſallos quando illis conſtituunt officiales, qui Syndicatui non paruerint.*

3 *Sindicatus ad inſtantiam quorum eſt dando num.* 4. *& n.* 5.

4 *Officialis nõ debet admicti ad aliud officium niſi paruerint ſindicatui.*

6 *Malus ſemper preſumitur malus.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando eis conſtituũtur officiales, qui non paruerunt Syndicatui aliorum geſtorum officiorum, eo quia Ciues, in quorum Terris adminiſtrarunt non conqueruntur.

GRAVAMEN LXIII.

SI quis fuerit officialis aliquo in loco, nec Syndicatus paleſtrã fecerit, & ad aliud officium conuare voluerit poſſent Ciues loci in

1 quo adminiſtraturus eſſet officium ſe opponere in poſſeſſione, excipiendo de ſindicatu præſtando de iam geſto officio, quamuis Ciues loci in quo per prius adminiſtrarũt minime conquerantur de Syndicatu.

2 Ità vt ſi hoc ſub prætextu vtiles Terrarum Domini, vel alij ad quos ſpectat cogerent vaſſallos, vt non obſtante Syndicatu præſtando, admicterent officiales ad officij poſſeſſionem, vtique eorundem ſuboriretur grauamen.

3 Quod ſanè grauamen recipit incrementum illa de ratione, nam Syndicatus, ne dum eſt dandus ad inſtantiam Vniuerſitatis, & hominum loci in quo adminiſtrauit, ſed etiam ad inſtantiam loci ad quem modo deſtinatur officialis, vt in propijs terminis probat *Carraui. in Rit. M. C. V.* 295. *num.* 9 vbi poſt fundatam

4 concluſionem, quod officialis finito officio, non demonſtrans litteras ſui Syndicatus non debeat admicti, & adſumi ad aliud, niſi ſui Syndicatus demonſtratis literis,

5 ampliat ne dum ad inſtantiam Vniuerſitatis, & hominum loci ad quẽ deſtinatur, ſed etiam ad inſtantiam illorum de loco, in quo de preterito fuit officialis, cum non debebeat quis eligi ad aliud officium, niſi primò reddiderit rationem adminiſtrationis, eſſe poteſt ipſum fuiſſe malum officialem, & donec ad ſteterit Syndicatui, interim eligi non debere, ex regula quod ſemel

6 malus ſemper preſumitur malus, vulgato *cap. malus*, *de reg. iur. in* 6. & in terminis noſtris *Plat. in l. neminem C. de ſuſceptor. lib.* 10.

SVMMARIVM

1 *Officiales etiam de culpis domeſticorum tenentur ad Syndicatum, & num.2. ſicq. recenſetur prac̃ticatum num.3.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones patiuntur, & diſſimulant, ne ſui Officiales ſindicentur de illis, quæ vxor, & domeſtici delique runt.

GRAVAMEN LXIV.

1 NE dum de proprijs culpis officiales reddere debent rationes in eorum ſindicatu, ſed etiã de illis, quæ vxor, & domeſtici deliquerunt ſub colore geſti officij à viro, vel domino, idque ſine grauamine vaſſallorum nequeunt præter mittere Barones, quin ſui officiales ſindicentur.

2 Stat enim receptum in iure Magiſtratus in ſindicatu teneri de illis, quæ vxor, & domeſtici deliquerunt vt per *Bobadill. in politic. lib.5. cap.2 num.78.* & elicitur ex *Gloſ. in l. nemo ex viris in verbo furtis C. vt omnes iudic. tam ciuiles, quam Criminales.*

3 Indè cum in facto accidiſſet caſus in perſonam Hyeronimi de Miranda, fuit ſic prac̃ticatum, vt audiui.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis allectus in aliqua Ciuitate an gaudere debeat ijſdẽ priuilegijs quibus Ciues.*

2 *Exteri agregati in Ciues debent gaudere priuilegijs quibus gaudent veri Ciues, & n.3.*

4 *Allecti in Ciues dicuntur veri Ciues.*

5 *Ciues allecti gaudent priuilegio exemptionis à gabellis.*

6 *Allectio eſt modus conſequendi ciuilitatem.*

7 *Hæres admiſſi ad Magiſtratum debet gaudere priuilegijs, quibus eius auctor gaudet.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando Barones prohibent, nè ciues allecti, & aggregati Vniuerſitatibus ſuarum Terrarum gaudeant immunitatibus, & priuilegijs, quibus gaudent Ciues originarij.

GRAVAMEN LXV.

1 SVb prætextu quod quidam Ciues eſſent allecti prætendebat vtilis Dominus Ciuitatis illos non debere gaudere immunitatibus, & priuilegijs, quibus gaudebãt Ciues originarii, & ita de facto faciebat obſeruare, ob quod tales ciues diſcedebant à dictis locis, cumque eorum diſceſſus tenderet in perniciem Vniuerſitatis, illa ſe dixerit in Sacro Conſilio grauando de hoc contra Baronem, & obtinuit prouiſiones, vt abſtineret, & quod gaudere faceret dictos ciues allectos vti originarios.

Vndè pro grauamine fuit habitũ factum in contrarium à prædicto Barone.

2 Et quidem aperta de ratione, quoniam exteri aggregati ſeù alle

ĉti in ciues gaudere debent omnibus iuribus priuilegijs exemptionibus, & immunitatibus quibus gaudent cæteri ciues originarij eiuſdem loci, & vtuntur beneficijs ſtatutorum Ciuitatis, vt apud *Iaſon in l. ſi is qui pro emptore à num.* 291. *cum ſeq. ff. de vſu cap. Aretin. in l. cum quidam num.* 16. *ff. de verb. ſignific. Bar. in l.* 3. *§. hac verba ff. de Negot. geſt.* annuens leges loquentes de ciue comprehendere ciues allectos, & aggregatos, poſt plures quorum doctrina vtitur *Regens Moles deciſ. manuſcript.* de qua apud nos *in praxi elect. fori quaſt.* 63 *ſect.* 4. *n.*
3 19. *to.* 1. vbi quod non eſt dubium ciues allectos gaudere honoribus, & muneribus Ciuitatis, vt alij originarij, vt ibidem poteris videre *nu.* 9. nouiter *Galeot. controuerſ.* 13. *nu.* 3.
4 *tom.* 1. vbi quod allecti iuris beneficio verè, & propriè ciues efficiuntur, adeò vt omnibus prerogatiuis, & priuilegijs ciuium gaudeant, dũ pro ciuibus habentur modernè *Rouit. conſ.* 62. *volu.* 2. vbi, hanc concluſionem iudicat veram etiam quando verba allectionis, ſeu ſtatuti ſonarent in fictionem nempè, quod habeantur pro ciuibus ex *Alex. conſil.* 41. *nu.* 4. *vol.* 7. *Boer. deci.* 13. *nu.* 20. *de Ponte cons.* 107. *vol.* 2. *Seſe deciſion. Aragon.* 90. *nu.* 2. *p.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ.* 559. *num.* 21. *Paſcal. de patria. poteſt cap.* 2. *nu.* 35. *part.* 3. ſubiungens vlterius huiuſmodi ciues al-
5 lectos debere gaudere priuilegio exēptionis à gabellis debitis conuicino Domino, ac ſi eſſent originarij, *ex Bertacch. de gabellis qu.* 19. & 26. *p.* 7.

Et proindè concludit, & deciſum in M. C. V. teſtatur quemdam Hercolum Pecorinum de Caſtro honorato allectum in ciuem in Ciuitate Caietæ fuiſſe remiſſum ad officiales dictæ Ciuitatis pro criminibus commiſſis alibi.

Horum omnium aſſignatur palpabilis ratio, eo quia inter alios
6 modos permiſſos in iure ad conſequendam veram ciuilitatem, eſt allectio, vt ſancitum eſt *in l. Ciues C. de incol. lib.* 10. *Gail. obſeruat.* 35. & 36. *lib.* 2. quod huic Ciuitati eſt permiſſum per particulare priuilegium, vt *in cap. Regis Federici de Anno* 1496. *in cap.* 15. *fol.* 32. & *cap.* 23. *Magni Capitanei Rouit. in pragm.* 1. *de Immun. Neap. Galeot. d. controuе. forenſ.* 13. *n.* 2. *tom.* 1.

Suffragatur ſupradictis, *Thomat. deciſ. Macerat.* 7. vbi ad probandum
7 quod admiſſus ad Prioratum, ſeu Magiſtratum à generali Conſilio, quod repræſentat populum nedum ipſe, ſed, & eius hæredes gaudere debeant omnibus priuilegijs, quibus gaudent alii Ciues originarii, loquitur, vt infra.

8 *Non poteſt in dubiũ reuocari, quin Dominus Iuſtinianus Baronus fuerit effectus ciuis Siro li ſtante nominatione, & electione de ipſo facta à generali Concilio, ad text. in l. nominationes, C. de appellat. Rolan. coſ.*
9 79. *num.* 1. & 16. *lib.* 3. *cum habeat Concilium poteſtatem concedendi id totum, quod poteſt vniuerſus populus; Bart. in l. ſi quis et ibi Alex. in addit. ff. de iure immunit.*
10 *Quia repræſentat totum populum doct. in cap. cum omnes; de conſtit. Franc. March. deciſ.* 182.
11 *num.* 4. *p.* 1. *Qui populus poteſt creare ciuem, quamuis ſit ſub Dominio Abb. conſ.* 61. *n.* 2. *lib.* 2. &

nuarij , & Februarij , debeat
illum manutenere in ſua poſſeſsio-
ne ciuilitatis, pro vt fecit Scac. de
appell. quæſt. 17. limb. mem. 2. nu.
25 *20. & ſeq. A quo decreto venit*
omnino deneganda appellatio, &
conſequenter moderanda eſt ſuper
ſeſſoria l. vnic. vbi communiter
Doct. & præcipue Contard. *in*
rub. nu. 44. C. ſi de moment. poſſ.
Scac. d. q. 17. lim. 6. mem. 3. nu.
3. menoch. de recup. in prælud. nu.
32. & ſeq. Benint. dec. 17. & dec.
26 *79. num. 6. etiam inſpecto iure*
canonico, Rot. in recent. part. 2.
dec. 187. num. 7. & apud Seraph.
dec. 1295. num. 1. & ſeqq. Tanto
magis in præſenti caſu , vbi re-
27 *quiritur celeritas ad tex. in*
l. fin. ff. de appellat. recipien. Ma-
ranta p. 6. tit. de appellat. n. 350.
28 *Et vbi iudices etiam in dubio*
pronunciare debent pro ciuilitate,
cum tale priuilegium, non tendat
ad præiudicium alicuius, ſed ad
fauorem Reipublicæ cuius intereſt;
quod numerus ciuium augeatur.
Bald. conſ. 183. in fin. lib. 2. Alcia.
29 *cōſ. 30. n. 14. & ſeqq. lib. 2. Ceph.*
conſ. 137. n. 25. & ſeqq. Mantica
dec. 274. num. 7. & 8. non obſtat
quod dicebatur D. Iuſtinianum,
non adimpleuiſſe adimplenda ex
parte ſua, Quia verſamur in mo-
do, qui eſt adimplendus per viam
compulſiuam; & ſic electus in ci-
uē dummodo tale quid faciat ſi id
nō facit, nō deſinit eſſe ciuis, ſed agi
tur, vt faciat. Crau. conſ. 59. n. 2.
Menoch. conſ. 131. num. 10. &
conſ. 132. nu. 19. Gratian. qui a-
lios refert diſcept. 44. num. 11. &
ſeqq. & diſcept. 124. num. 10.
& ſeqq. & diſcept. 803. num. 18.
30 *& ſeqq.* Inde *ſit, vt creatus ciuis*
priuilegio, dummodo ſubſtinatione
ra ciuitatis non propterea amittat
priuilegium ſi illa non ſubſtineat,
cum ſatis ſit ad obtinenda ciuili-
tatis commoda , quod purget mo-
ram onera in futurum ſubſtinēdo
ex ſententia Bal. *in cap. dudum*
num. 27. de elect. quem ſequuntur
Soc. iun. conſ. 18. n. 12. lib. Hond.
conſ. 6. num. 10. lib. 2.
30 *Præſertim , quia huiuſmodi*
exceptio adimplimenti non re-
tardat iudicium manutentionis
Gratian. diſcept. 113. numero
38. eò magis , quia pars vi-
debatur acquieuiſſe, et renunciaſſe
dictæ exceptioni, dum poſt ciuili-
tatem conceſſam eundem Iuſti-
nianum imbuſſolauit, & extra-
xit de magiſtratu, ita, vt dici
non poſſit amplius de tali non a-
dimplemento, quod videtur remiſ
ſum Rot. in recent. part. 1. deciſ.
577. num. 10. & apud Greg. dec.
75. num. 2. & ibi Beltramin.
num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fraudare Barones decimis non licet.*
2 *Pœna fraudantium gabellas, decimas terragia et pedagia quenā ſit. et n. 4.*
3 *Non ſoluens tempore debito decimā Eccleſiaſticis punitur in duplum.*

AR-

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando ſub prætextu, quod fraudauerint decimam ſiuè Terragia debita Baronibus, proprijs ſpolientur bonis.

GRAVAMEN LXVI.

1 Fraudare vtiles terrarũ Dominos de ſibi debitis decimis ſiuè terragijs ſatis iniuſtitiæ ſapit pro Vaſſallorum parte, at non per hoc ſub tali prætextu Barones illos ex coriare debent, & ſi aliter faciant hac de cauſa vaſſallos bonis priuando, vtique grauamen inferunt.

2 Cũ in fraudantibus gabellas, pedagia, & ſimilia alia pęna nõ reperiatur ſancita, niſi, amiſſio bonorum, aut mercium ex quibus illa debentur, vt apud *Guid. Pap. deciſ.* 572. prout ſic reſpectu releuia fraudantium practicatur indiſtinctè in Regno *Gram. deci.* 103. *Vrſil. deciſ.* 129 *Præſid. de Franc. deciſ.* 121. & 426. cum alijs apud *Borrel. in ſumma dec. titulo de Releuio n.* 26. *& ſeq. tom.* 1.

Et nõ ſoluẽtes decimã tempore debito Eccleſijs incurrere pænam dupli ſtat ſancitum in *Pragm.* 2. *in princip. de cleric. ſeù diacon. ſaluat.*

Nec poſſe dari differentiam inter decimas, & gabellas, ſiuè collectas, & veſtigalia, quin pęna ſtatuta

4 in iſtis deberet minui, vel augeri in illa, in noſtris terminis vaſſallorum fraudantium decimas, ſiuè terragia Baronibus ſcribit modernus *Barbat. in ſuo tract. de diuiſione fructuũ part.* 1. *cap.* 7. *num.* 33. vbi eſt in opinione debere tales illis pęnis ſubijci, quibus de iure ſubijciuntur fraudantes gabellas, collectas, & veſtigalia, & ſic in amiſſione fructuum, ex quibus debebatur decima, ſiuè terragium, niſi aliud inter ipſos, ſit conuentum ex capitulatione, ſubiungens, imò inuehens contra Barones, vt infra hiſce verbis.

Et ex hoc aduertendum eſt male facere aliquos Barones, qui pretendentes ſuos vaſſallos Burgenſes poſuiſſe os in Cęlum, ſi quãdoq; cõtingerit, quod fraudauerint, terragiũ (vt communi vocabulo loquar) non contenti punire illos in amiſſione fructuũ, ſiuè victualiorũ, ac frugum, ex quibus debebatur decima iuxta à nobis ſupra exarata, querunt eos punire, & effectualiter puniunt, ſiuè mulctãt in confiſcatione omnium bonorum aut ſaltim maioris partis ipſorum quod eſt deteſtabile, et inhumanũ. Nec deſunt aliqui, qui ſine deprehenſione vlla, & fragantia delicti examinant vnum, aut duos, qui deponunt, ſe vidiſſe, quod illi tales ſubtraxerint, vel celauerint fruges ſiuè victualia ante factã deſcriptionem, ac partitionem, & in fraudem terragij, & quod peius ſubducuntur multoties aliqui inquiſiti ſub præmio gratiæ de delictis de quibus inquiruntur ad talia deponenda, & ex eorum dictis, quibus fore credendum ſtatuunt, ſicuti Euangelio, formant inquiſitiones contra pauperrimos ſubditos, à quibus excorient poſtmodum nedùm temporalem ſubſtantiam, verùm etiã

cutem

autem vſque ad ſanguinem; quod quantum ſit abhominabile, & deteſtabile apud Deum *dignoſcetur in alio ſæculo quando manifeſtari illos oportet ante Tribunal Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis; pro vt gerit, ſiuè bonum, ſiuè malum iuxta illud Apoſt. 2. Corinth. c. 5.*

SVMMARIVM

1 *Baronum aliquando emanat, vt frumenta reuelentur.*

2 *Subditi ſi cogantur rruelare cum iuramento grauantur.*

ARGVMETVM.

Vaſſalli grauantur, ſi cogantur confiteri mediante iuramento il libro publico bladum puta frumentum ordeum, & ſimilia, quæ in eorum poſſe reperiuntur.

GRAVAMEN LXVII.

SOlet quãdoque imminentibus neceſſitatibus, & pænurijs e-
1 manari bannum, vt quilibet reuelare debeat quantitatem bladarum, puta, frumenti, ordei, & ſimilium idque ad bonum finem ſicque pluribus vicibus vidi practicatum, & ordinatum in Regno per Illuſtriſſimæ huius Ciuitatis Dominos Graſſerios, qui pro tempore fuerunt.

At ſi attendamus tradita per
2 *Stenard. conſ. 18. dub. 2. lib. 2.* grauamen erit, quoties ſubditi ad id cogerentur mediante iuramento.

Probat enim ipſe alijs pęnis poſſe ſubditum ad id cogi, & non iuramento, ac cuius delatione abſtinẽdum eſſe autumat, cum in illo prompta reperiatur quamuis ſine dolo periuriorum veriſimilitudo *S. ne igitur Auth. de nupt.* cum concordãtibus exemplis apud *Menoch. de arbitr. iudic. conſ. 192 nu. 2.*

Iuuat in ſuper concluſionem *ex Vranio conſ. 3. num. 13.* quatenus ex Butrio, cuius theorica vtitur in caſu talis iuramenti periculoſi ſcribente annuis fore legiſlatoris intentioni pęnæ remedio conſulendum quia nulli laqueus eſt inijciendus *cap. de viduis il 2. 27. quaſt. 7.* & laqueum eſſe cogere ad iurandum, quid non eſt facile poſſe abſque periculo implęri.

Indè *Menoch. indicat. cap 19 num. 3.* inuehit contra iudices ſimilia iuramenta deferentes illiſque homicidarum nomen tribuit, vt apud eũ cerni poterit.

SVMMARIVM

1 *Carcerati nulla iniuria affici debent.*

2 *Carcerati quando culpa officialium inediam, officialis teneatur ad viginti libras auri.*

3 *Carcerarij non debent permittere quod carceratis aliqua moleſtia inferatur, aut alimenta deficiant, et num. 4.*

5 *Officialis tenetur inuiſere carceres.*

3 Nõ poteſt Magiſtratus inferior contra illud quicquam ſtatuere, vt voluerunt *Bart. & Iaſ. in l. cunctos populos C. de S. Trinit. & fid. Cathol. Caball. in comment. ad conſtitit. March. cap.* 51. *num.* 1. *lib.* 2. *Viuiu. in Silua commun. opin. conclus.* 753.

Indè ad noſtrum propoſitum, licito iure infertur Vaſſallorum exoriri grauamen quoties per Curiam Baronalem emanatur bannum ſimilis qualitatis, & illi executionem dari permittat.

SVMMARIVM.

1. *Pena vnica tantum debetur, caſu quo quis fuiſſet carceratus pro debito, et pena, ſi preſtitam cautionem, qua fuerit excarceratus fregerit non ſe præſentando.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quoties vnica pena non exigitur in caſu quo aliquis fuiſſet carceratus pro debito, & pena ſi preſtitam cautionem, qua fuerit excarceratus, fregerit, non ſe præſentando.

GRAVAMEN LXXV.

1 Vbi poſt cautionem præſtitam de ſe præſentando ex cauſa infirmitatis, feriarum, vel ſimili fuerit vaſſallus è carceribus relaxatus, in quibus detinebatur vigore pænæ incuſationis obligationis incuratæ, vel liquidationis inſtrumenti, ſi poſt cautionem præſtitam cuius vigore fuerit relaxatus è carceribus non ſe preſentauerit, & fuiſſet incuſata cautio prædicta præſtita de ſe præſentando, vnica tantum exigi poterit pæna non autem duplex, quod ſi ſecus ageretur exorietur vtique grauamen vt deciſum in Sacro Conſilio nouiter audio, & per prius iudicatum patet apud *Thor. in compend. deciſ. Regni in verb. pæna vna tom. 2.* vbi teſtatur decretum Magnæ Curiæ Vicariæ fuiſſe confirmatum per Sacrum Conſilium rationes adducendo, & motiua repreſentando, eum ſequitur, & allegat nouiſſimè *Barbat. in ſuo tractatu de diuiſione fructuum part. 1. cap. 13. num. 84.* vbi deciſſionem iſtam notandam aſſerit tanquam practicabilem, & quotidianam.

Conferunt pro corroboratione, quæ cumulat *Anna allegat. 40.* apud ipſum videnda.

SVMMARIVM.

1 *Deportatus, aut relegatus nequit ad patriam accedere.*

2 *Sepultura non denegatur Deportato, aut relegato in ſua patria, ſi ibidem moritur, & num. 5.*

3 *Cadauer criminoſi, & ſuſpendioſi hominis non eſt iniuriandum, nec ſepultura defraudandum.*

4 *Corpus debitoris mortui, vel moribundi non debet aliqua moleſtia affici.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi deportati, relegati, aut exulati à propria Patria, ibidem mortui fuerint, & denegetur eis ſepultura in Patria.

GRAVAMEN LXXVI.

1 Exul à Patria, ſeù deportatus, aut relegatus, quamuis nullatenus ad Patriam accedere valeat, quoties tamen fuerit ibidem mor-
2 tuus, non erit eidem ſepultura denegand, vt in *l. 2. in fin. ff. de cadauer. punit.* quem textum nouiſſimè reportat, *De Petris conſ. 49. num. 19.* vbi pariter vtitur theſi Ouidij ad Exinos relegati ſcribentis vxori *Triſti. lib. 3.* hiſce verſibus.

Oſſa tamen facito parua referantur in vrna.
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non negat hoc Princeps.

Indè vlterius progrediendo inter multa alia, quæ coadunauit non oblitus eſt *num. 37.* recenſere crimi-
3 noſi, & ſuſpendioſi hominis cadauer minimè eſſe iniuriandum, neque ſepulturæ honore fraudandum ad *tex. in l. obnoxios C. de Relig. & ſumpt. funer. l. fin. ff. de cadauer. punit. & num. 39.* affirmauit in moribundi, vel mortui debitoris corpus de-
4 turbationem non eſſe accedendum nec eius funeri quidquam impedimento eſſe *Auth. vt cum de Appellat. cognoſcit. §. Sancimus.*
5 Quare ad noſtrum propoſitum poterit ſuapte infreri, grauari Vaſſallos, quoties deportati, relegati, vel exulati à propria Patria, vel alio loco, ſi ibidem mortui fuerint, eiſdem hac de cauſa denegetur ſepultura.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas conceſſa vaſſallis ſuper iuribus Baronis, non nocet alijs vaſſallis, ſed Baroni præiudicium infert.*

2 *Immunitas conceſſa vaſſallis à Domino Caſtri ſuperiorem recognoſcente, non agrauat alios vaſſallos.*

3 *Vniuerſitas in ſui præiudicium poteſt alicui immunitatem concedere.*

4 *Immunitas conceſſa Vniuerſitati à Rege pro donatiuis cedit in damnum Regis illa ratha, & n. 5. & 7.*

6 *Regnum totum vna prouincia dicitur.*

8 *Diuiſio per as & libram, vbi ſit.*

9 *Clauſula quod nemo ſit exemptus, an comprehendat Baronem, & Vniuerſitatem, & n. 11.*

10 *Terra franche, in donatiuis non calculantur.*

12 *Rex an præſumatur aliquid in ſuum damnum facere, & n. 14.*

13 *Clauſula* nemine excepto *ponitur ad beneficium Regni.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones eximunt aliquos à præſtatione iurium ſibi debitorum, & talem exemptionem in damnum cæterorum prodire faciunt.

GRAVAMEN LXXVII.

1 SI in iuribus debitis vtilibus Dominis ab eiſdem aliqui Vaſſalli eximantur, talis exemptio, & immunitas non onerabit alios conciues, ſed præiudicabit ipſis Baronibus concedentibus immunitatem, & exemptionem, itaut ipſi de proprio pro exemptis ſupplere teneantur, alias grauant ita probat *Io: de Socar. in comment. Petr. Alber. in cap. ſi vero aliqui allodiarij à num. 57. vſque ad 60.* vbi hoc propriè determinat, & ita poſt diſcurſum habitum, & diſtintiones factas hoc in caſu exiſtimat *Caucer. var. reſolut. tom. 3. cap. 13. tit. de iuribus Caſtrorum num. 91.* vbi tutatur, Dominum
2 caſtri ſuperiorem recognoſcentem, quod ſi aliquibus vaſſallis conceſſit immunitatem, non oneraſſe reliquos Vaſſallos, ſed ſibi tantum præiudicaſſe, vt ipſe de ſuo pro exēptis ſupplere teneatur.

3 Vndè *num. 95.* inferendo probat quod ſi vniuerſitas concedat alicui aliquam exemptionem, quod poteſt in ſui præiudicium *l. euacuatis C. de Decur.* non obſtante tali exemptione ille qui cenſum tenebatur recipere, poteſt quidem recuperarè ab exempto, exemptus tamen ab Vniuerſitate, quod ſoluet, repetet per *Gloſ. in d. l. euacuatis Mieres part. 1. collat. titul. de officio Vicarij cap. 13. collat. 3. in fine part. 1.*

Confert pro corroboratione opinio aſſerentium, vt conceſſa im-
4 munitate per Regem Vniuerſitati, vel Baroni à donatiuis, illa ratha cedat in damnum Regis concedentis, circa quem articulum cum adſit particularis deciſio *D. Regentis Moles*, quæ circumfertur manuſcripta illius tenorem hic reportare libuit, vt infra.

In Regno reperiuntur multæ Ciuitates, & oppida, quæ habent immunitatem non ſoluendi etiam donatiua, & pro iſtis eſt deciſum quòd gaudeant immunitate, vt ſupra, eſt dictum, & ſic ratha ipſarum Ciui-
5 tatum calculatur in damnum Regni,

gni, quia fir d onatiuum Regi ad certã ſummam, quæ integra peruenire
6 debet in manus Curiæ, & totum Regnum dicitur vna prouincia ad tradita per *Bartol. in l. 2. C. de Apoc. public. lib. 10. & in l. 4. §. actor. ff. de re iudic.* vbi omnes, & maxime *Roman. & Rip.* & dixi latiùs ſupra *in tit. de functionibus fiſcalibus in quaſt.* 3. ſed quia multis ab hinc annis in donatiuis, quæ fiunt ſolet apponi clauſula, *quod nemo ſit exemptus à donatiuo prædicto*, ex hoc Ca-
7 mera pluries decreuit, quod immunitas prædicta cedat in damnum Regis, etiam reſpectu illarum immunitatum, quæ erant conceſſæ antè donatiuũ, quia hoc voluit paciſci, totum Regnum, vt omnes terræ, & Barones etiam immunes
8 calculentur, & fiat diuiſio oneris p æs, & librã, etiã quòad ipſos licet nõ exigãtur, & ita deciſũ fuit *die 9. Februarij* 1565. *in Camera*, & emologatum eſt in Regio Collaterali Conſilio *die* 13. *eiuſdem menſis* vt in libro notamentorum illius diei, & ita etiam deciſum *in anno* 1560. *die* 14. *Auguſti*, vt in libro votorum illius diei, licèt poſt modũ meis temporibus *in anno* 1572. Camera multum dubitauerit, quia aliqui Domini Fiſcales conſiderarunt, quod ſi
9 illa clauſula non apponeretur, non eſt dubium, quod rata Baronum, & Vniuerſitatum, quæ ſunt immunes, non cederet in damnum Regis per ſupra allegata, & alia, quæ allegaui *in prædicta quæſtione tertia*, & ita olim ſeruabatur, quod Terræ fran-
10 chę huius Regni, & immunes à donatiuis non calculentur, ſed ibant in damnum Regni, ita, quod donatiuum integre ſolueretur Regi, modo conſiderabant prædicti Domini
11 Fiſcales, quod illa clauſula, *nemine excepto*, haberet alium ſenſum, & reciperet aliam interpetrationẽ in fauorem Regis, vt velit dicere, quod nem o ſit exemptus id eſt quod in tantũ illa certa ſumma, quę donatur integrè peruenire habeat in manus Curiæ quod etiã exempti illam ſoluant, vel quod rata attigens ipſos exẽptos etiã ſoluatur Curiæ ita, & taliter quod quoad Regem, quoad effectũ, & ad finem, vt integre Rex percipiat ſumendo ratam
12 nulla immunitas conſideretur in damnum ipſius Regis, & alias decidit Camera in anno 1535. contra Vniuerſitatem Caſalis Rocchæ pro uinciç terræ Hydrunti propè Tarentum quod licet haberet immunitatem ob omnibus functionibus, non gauderet tamen immunitate illius donatiui ob clauſulam in à appoſitam *nemine exempto*, adeſt proceſſus in Banca Santini, & ibi fol. 15. notatum manu Hyeronimi de Franciſco tũc locum tenẽtis, & ſic per conſequens ſi ipſa immunitas eſt ſeruanda, pro vt de iure ſeruari debet, illud in damnum Regis cedere debeat.

Sed hac fiſcali conſideratione non obſtante contrarium decidimus declarando quod illa clauſu-
13 la, *nemine excepto* apponitur in donatiuis in beneficium Regni in ſpecie ad hunc finem, ne immunitas illorum accreſcat pro eorum rata oneri reſtantium, ſed quod omnes calculẽtur, etiã quod immunitas fuerit conceſſa ante donationem factam, nam cum Rex, non obſtante clauſula prædicta, mandat immunitates ſeruari, debet cenſeri ac ſi poſt donatiuum prædictum illam concederet, & per conſequens
14 in ſui damnum cedere debet per *deciſ. Bald. in l. etiam, C. de exec. rei iudicata Doctores omnes in l. 4. §. actor ff. de re iudic.* quod ſecus fuiſſet ſi illa clauſula non apponeretur per ſupra allegata, & per ea, quæ latiùs dixi

dixi *in prædicta quæſtione tertia* ſub rubrica de fundationibus Fiſcalibus.

SVMMARIVM

1 *Pœna pecuniaria partibus applicanda à nemine tolli poteſt limita n.4.*

2 *Princeps nequit remittere pœnam pecuniariam partibus applicandam & num.3.*

5 *Remiſſio Principis antè condemnationem, pœnam tollit, intellige, vt num.6.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quotiès per reſcriptum remictitur à Dominis pæna pecuniaria ipſis applicanda.

GRAVAMEN LXXVIII.

1 Habent ligatas manus nedum inferiores vtiles terrarum Domini, ſed etiam Principes non recognoſcentes ſuperiorem re mictendi pænas pecuniarias partibus applicandas, quod ſi de facto agant, de facto grauant.

2 Stat enim communi calculo acceptata cõcluſio noſtro in iure Principem per ſuum reſcriptum non poſſe remittere pænam pecuniariã applicandam parti, ſed benè applicandam fiſco, vt apud *Gram. conſ. 34. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt.96. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt.39. Peregrin. de Iur. Fiſci lib. 4. tit.8. in num.12. Menoch. illuſtr. contro. cap.24. num.15. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.99. artic.11. Cabed. deciſ. luſit. 12. num. 16. part. 1. Perez l.3. titul. 11. lib. 1. ordinam.*

Sed non reticeam dicere, quod quamuis *Maſtrill.* hanc veram græſtauerit opinionem, & latè articulum exaret *in comment. ad iundul. general. cap. 21.* tamen inclinauit *num. 20.* licere Principi imponere ſilentium parti, illique prohibere audientiam

4 Nec non *num. 21.* autumat ceſſare principalem à nobis firmatam concluſionem, vbi pæna veniret parti applicanda non ob iniuriam ſibi illatam, ſed alia de cauſa cum tunc putet generalem indulgentiã ad talia bona, ac pænas ſe extendere, vt *apud eum* facilè cerni poterit.

5 Qua occaſione obſeruabis, quod licet remiſſio Principis antè condẽnationẽ, delicti pęnam tollat, vt elicitur *ex l. reſcripta* ibi (vel crimen ſupplicantibus indulgeat) *C. de precibus imper. offerend. Azeued. in l. 1. num. 20. tit. 25. lib. 8. recopilat. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13 ſub num. 38.*

6 Tamen id intelligitur vbi pars læſa remiſerit, vel illi ſatisfactum extiterit, vt apud *Caſſan. in conſuet. Burgun. Rubric. 1. §. 5. num. 163.*

SVMMARIVM

1 *Iudex qualitèr ſe gerere debeat in modo procedendi, & quã formam ſeruare debeat ad finem ne grauet ſubditos.*

2 *Modus procedendi triplex eſt, per denuntiationem, per accuſationem, & per inquiſitionem.*

3 *Denunciationum duplex eſt ſpecies.*

4 *Iudex per viam denunciationis quomodo procedere debeat.*

5 *Modus procedendi per viam accuſationis traditur.*

6 *Probatio quæ requiratur pro interrogando reo.*

7 *Inquiſitio triplex eſt, & quæ generalis, quæ ſpecialis, & quæ mixta nu. 8.9.& 10.*

11 *Modus procedendi per inquiſitionem gene-*

generalem non eget infamia denunciatione, vel accuſatione.

12 *Inquiſitio generalis ad quid proſit.*

13 *Proceſſus per inquiſitionem ſpecialem, quæ requirat, & nu. 14.*

15 *Infamia quid ſit, ad eam quę requirantur num. 16. & quomodo probetur num. 17. & 19.*

18 *Diffamatus vt quis dicatur, quę requiruntur.*

20 *Inditium quid ſit, & quotuplex nu. 21. 22. 23. 24.*

24 *Inditia indubitata ne dum ſufficiunt ad examinandum reum, & ad torquendum, ſed ad condemnandum in Regno, ſed apud Iudices collegiatos num. 25. et num. 31. Iudices autem delegati quomodò in his ſe gerere debeant num. 32.*

26 *Probationes in cauſis criminalibus ad finem conuincendi qualia eſſe debeant.*

27 *Inditia indubitata, quę dicantur ad finem infligendi pęnam ordinariã pręſertim in Regno n. 29.*

28 *Inditiorum indubitatorũ cognitio incerta, & ideò ex ijs ſequitur pęna extraordinaria in maiori parte tribunalium.*

30 *Prag. 12. de Offi. Iud. verb. reperiãtur.*

33 *Credere firmiter duobus modis contingit, refertur vterque modus ſed qui conueniat verbis pragm. num. 34.*

35 *Probatio ſemiplena quæ ſit.*

36 *Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.*

37 *Inquiſitio mixta quæ requirat ad finem procedendi per illum, vide tamen num. 38.*

39 *Vaſſalli grauantur quando forma iuris in modo procedendi contra eos, non ſeruatur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando forma iuris in modo procedendi contra eos non ſeruatur.

GRAVAMEN LXXIX.

1 FVi requiſitus ab Amico, qui in exercitio cuiuſdam magni gubernij reperiebatur, vt enuclearem qualiter ſe gerere deberet in modo procedendi, & quam formam ſeruare debuiſſet ad finem non grauandi ſubditos, & quia tale onus effugere nequiui cumulaui nonnulla in hac materia, cumque illa aſpexerim congruentia eſſe huic tractatui placuit illa inſerere.

2 Dicebam, (prout nunc affirmo) iudicis partis eſſe formam iuris in modo procedendi ſeruare, & procedẽdi modum eſſe triplicem, nempè per denunciationem, per accuſationem, & per inquiſitionem.

3 Et incipiendo à denunciatione præmitto duas eſſe denunciationũ ſpecies, vnam videlicet denunciationis extra iudicialis, vt ſi delictum aperiatur ſuperiori tanquam patri nè delictum committatur, vel iteretur, altera dicitur denunciatio iudicialis, quæ fit coram ſuperiore, tanquam coram iudice, vt publica

5 pœna delinquenti iniungatur, vel ſatisfactio parti debita exhibeatur, vel poſt cæteros, quos ſecum vehunt probarunt *Reginald. in prax. fori pænitent. lib. 25. cap. 54. tom. 2. & Azor. inſtitut. Moral. lib. 13 cap. 21. p. 3.*

4 Hoc facto præmiſſo, ſciendum eſt, quod Iudex via denunciationis iuridicè procedit, quoties crimine de aliquo coram ipſo delato ex officio procedit ad capiendam informationem, & ad examen teſtium nominatorum à denunciatore, vel cæteros, quos ipſe inquirendo re-

6 pererit informatos, quibus poſitis legitimè accedit ad examinandum in-

inquiſitum *Clar.in pract. crimin. lib. 5.q.7.Azor.inſtit.moral.lib.13.c.21.et 26.dub.3.*

5 Sed deueniendo ad modum procedendi per accuſationem,dico iudicem via accuſationis iuridicè procedere,quoties delata accuſatione examinat teſtes,& deindè habita ſaltem ſemiplena probatione procedit ad interrogandum reum.

Non enim tantum requiritur ad talem actum faciendum, quantum ad condemnationem deindè faciendam,quia ad condemnandum requiritur plena probatio, quæ fit per duos ſaltem teſtes omni exceptione maiores iuxta illud *Matthei in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*

6 Igitur pro interrogando reo ſufficit ſemiplena probatio *Eman. Sà in aphoriſm. confeſſar. in verbo iudex Valent.2.2.diſput.5.quæſt.11.punt.3 Sayr.in Claui Regia cap.10.num.27. lib.12.* vbi voluit ſufficere inditia expreſſa,& manifeſta ; & in hoc caſu etiam poterit reum torquere.

7 Tandem antequam deueniamus ad modum procedendi per inquiſitionem eſt premittendũ,inquiſitionem triplicem eſſe, nempè generalem,ſpecialem,& miſtam.

8 Generalis dicitur,quotiès de perſona in communi quæritur crimen in communi,vt ſi Officialis quærat ingenere an aliqui ſint,qui aliquod patrauerint delictum.

9 Specialis eſt quando de perſona particulari quæritur crimen aliquando particulare, vt ſi Officialis quærat an Franciſcus occiſerit Antonium.

10 Miſta dicitur illa,quæ conſtat ex generali,& ſpeciali,& poteſt eſſe duplex,aut enim de perſona in cõmuni quæritur crimen particulare, vt ſi reſperto cadauere quæratur homicida,vel de perſona particulari quæritur crimen generale, vt ſi quæratur an Dominicus ſit flagitioſus,vel aliqua patrauerit crimina, *Clar. in practic. crimin. quæſt.5. 20.& 50.Farinac.in practic.crimin. quæſt.1.num.4.Menoch.in tract.de præſumpt.queſt.88.lib.1.*

11 Hoc igitur facto præmiſſo, conſtituo Regulam, vt modus procedēdi per inquiſitionem generalem non egeat,ꝙ præcedat infamia,vel accuſator,aut denunciatore *c.1.de cenſibus,cap.1.de offic.ordinarij Nauar.in Manual.cap.18.num.38. Sot. de iuſtit.& iur.quæſt.9.artic.2. concluſ.5.Reginal.in prax.iuris pænitent. lib.25.n.647.Molin.de iuſtit.& iur. tract.3.diſp.47.tom.4.*

12 Et huiuſmodi inquiſitio eſt vtilis ad reperienda ſaltem inditia aduerſus criminoſum, quibus habitis licebit iudici vlterius inquirere, & deinde ſpecialiter ad inquiſitionem perſonæ deuenire, quæ iam aliquo modo incipit informari, ob quod iudex poterit contra delinquentem detectum, informationes capere,particulares informationes agere,& conuincere,& tandem punire *Azor.inſtit.moral.lib.13.part.3. cap.26.Sayr.in Claui Regia lib. 12. cap.10.num.16.& cap.11.n.18.*

13 Modus autem procedendi per ſpecialem inquiſitionem requirit, vt antequam ad illam deueniatur, quod precedat infamia,vel inditia, aut ſemiplena probatio, vt *in cap. cum oportet,& cap.qualiter,& quando de accuſat.Duen.Regul.298.Clar. in §.final.practic.crim.lib.5.quæſt.6. Menoch.conſ.100. num. 58.& de arbitr.iudic. quæſt.78.* latiſſimè cohortem *DD.*ſecum adducens iuxta morem *Farinac. in practic. crimin. quæſt.1.num.5.& quæſt. 8. nu.1.tit. de inquiſition.*

14 Iudex enim nequit procedere ad ſpecialem inquiſitionẽ niſi adſit

aliqualis

aliqualis formalis , aut ſaltem vir-
tualis accuſator,cum autem virtua-
lis accuſator ſit infamia,vel clamo-
roſa inſinuatio , ſequitur iudicem
non poſſe deuenire ad inquiſitionē
ſpecialem non præcedente infamia
vel clamoroſa inſinuatione.

15 Erit autem infamia , vox bono-
rum,& proborum virorum, quæ ho
minem de tali crimine rationabili-
ter ſuſpectum reddit *Caiet. 2. 2. q.
69. artic. 1. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 5.
qu. 6. artic. 2. concluſ. 5. Reginal. in
praxi fori pœnitent. lib. 24. n. 40. Sayr.
in Claui Regia lib. 12. d. cap. 10. n. 12.*

16 Ita quod ad infamiam iudicialē
requiritur,vt ſit frequens opinio, &
vox bonorum , quia vox diſcolo-
rum , & infimæ conditionis legiti-
mam, & iudicialem infamiam non
producit,cum hæc infamia abſque
indicijs,& ſufficiētibus coniecturis
induci nō valeat ita poſt cæteros,
quos ſecum vehunt probant *Auil.
de cenſur. 2. part. cap. 5. diſput. & San-
chez in tract. de matrimon. lib. 2. diſp.
46. num. 16.* Nec illa debet habere
originem,& dependere ab intereſ-
ſe prætendentibus *Baiard. ad Clar.
d. quæſt. 6. num.* 10. vel à maleuolis,
aut à iudice,ſiuè Fiſco vocē dante,
vt talis capiatur , quia tale crimen
patrauit per quod publica vox da-
tur,hoc enim caſu non cenſetur fa-
ma probata,ſed vana populi vox,&
non admictitur ita ex pluribus quos
adducit tutatur *Caualcan. in tract.
de bracchio Regio p. 2. tit. de numero te
ſtiū n.* 130. ſequitur nouiſſimè *Danza
in tract. de pugna Doctorū , & prælio
iudicū tit. de falſa moneta c. 1. n. 127.
& ſeq.* vbi refert *Gram. in conſ. crim.
42. n. 8.* aſſerētē toto tēpore vitę ſuę
nūquā vidiſſe famam publicam be-
nè probatam, nec nūquam bonum
iudicem ſe ſuper ea fundantem ob
multá requiſita , quæ adhibenda in
ea veniunt, ſequitur *Guttierez conſ.*

17 *35. num. 24.* exiſtimans *num.* 130.
famam debere probari ad minus
per tres teſtes omni exceptione
maiores, & eorum qualitatem pro-
bandam fore ex *Caual. loco nuper ad-
ducto* , & illos ſufficientem cauſam
ſcientiæ reddere debere *Clar. in cit.
qu. 6. num. 13.* licèt vt quis dicatur
18 diffamatus , neceſſe eſſe quod ru-
mor, & fama ad maiorem viciniæ
partem deuenerit , eam quæ ſæpè
ſuperior audiuerit teneant *Roland.
conſ. 30. num. 9. vol. 3. Leſſ. de iuſtit.
& iur. lib. 2. cap. 29. dub. 15. Aldrete
de Religioſa diſciplin. tuenda lib. 1.
cap. 7. num. 9. & vide Farinac. in
tit. de inquiſit. qu. 9.* Vndè teſtem de
19 ponentem ſuper infamia debere
teſtificari, adeſſe infamiam intèr
maiorem partem hominum,vel vi-
ciniæ illius loci in quo erat fama,&
à maiori parte audiuiſſe ſcribit *Ma
ſcard. de probat. concluſ. 895. num. 12.*

20 Inditia autem ſunt ſigna , & cir-
cūſtantiæ, ex quibus prudentèr, &
rationabilitèr iudicamus de actibus
aliorum vide latè apud *Farinac. in
practic. crimin. tit. de indit. & Tortur.
q. 36. à num. 27. cum ſeq.*

21 Illaque ſunt in triplici differen-
tia,vt infra,videlicet nonnulla ſunt
leuia , & hæc ſufficiunt ad ca-
piendum reum nè fugiat , quamuis
nō ſint ſufficientia ad illum exami-
nandū *Silueſter in ſumma in verbo
indicium Clar. in pract. lib. 5. q. 21. n. 5
Azor. inſtit. Moral. lib. 13. c. 18. dub. 5.*

22 Alia in dictum ſocij criminis , &
iſta quamuis non ſufficiant ad exa-
minandum,torquendum,vel puniē
dum ſocium,ſunt tamen ſufficiētia
ad capiendam contra ipſum infor-
mationem,& ad eiuſdem capturam
ne fugiat,vt horū aliqua doctè enu-
cleat *D. Io. Iacob. Anichinus apud Ill.
Ricc. p. 8. collect. 3562. fol. 196. in fin.
& fol. 197. col. 1.*

23 Alia ſunt iudicia grauia , & hæc

ſuf-

ſufficiunt ad citandum,& examinādum *Intrig. ſing. 22. lib. 1.* de quo vide *pragm. Regni 37. de offic. magiſt. iuſtit.*

24 Alia ſunt indubitata,& hęc ſufficiunt nedum ad examinandum,ſed ad torquendum reum *Clar. in pract. crim. qu. 21. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 17. Azor inſtit. moral. lib. 13. cap. 26. & 17. part. 2.* & vide *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 270. & Farinac. tit. de indic. tit. quaſt. 36.* vbi ad ſaturitatem loquitur.

25 Immò in Regno ſecluſa diſtintione antiqua inter Doctores ſi ex talibus indicijs poſſit ſequi condēnatio ad pænā ordinariam, vt apud *Franc. deciſ. 372. Griuell. deciſ. ſenat. 1 Dolan. 93. Illuſtriſſim. Epiſcop. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neapol. 109. par. 1.* hodie vigore *pragmat. 12. ſub Rubri. de offic. iudi. & aliorum official.* eſt iudicis arbitrio remiſſum condemnare ex talibus indicijs indubitatis ad pęnam ordinariam, dummodo tamen iudices ſint de Collegiatis Tribunalibus, videlicet M. C. V. vel R. A. vt in *Pragm. 13. ſub eadem Rubr.* meminit nouiſſimè *Reg. Rouit. deciſ. 63.* vbi declarat quæ nam inditia indubitata dicantur in terminis *Pragmat. nuper adducte*,& quia ſatis congruunt eius dicta huic noſtro diſcurſui placuit adamuſſim illam hic reportare, vt infra.

26 Statutum eſt *in l. fin. C. de probat.* vt in cauſis criminalibus ad finem conuincendi proferantur apertiſſima documenta, vel inditia ad probationem indubitata,& luce clariora, cuius diſpoſitio communiter eſt recepta quando agitur de imponenda pæna ordinaria ſecus ſi agatur de infligenda pæna eſtraordinaria, vel tortura in caſibus in quibus poteſt eſſe locus torturæ, vt atteſtatur *Regens de Ponte dec. 16. n. 21.*

27 Difficultas fuit maxima *inter DD.* quæ dicantur inditia indubitata vt ea eis perueniri poſſit ad condemnationem pænæ ordinariæ, nam aliqui fuerunt in opinione quod pręſumptiones violentiſſime idem operentur ac ſi eſſent inditia indubitata ita poſt *Abb. imol. & Felin. in cap. affirte extra preſumpt. & Roſel. tract. de concilio §. 23. num. 4. Angel. de Arimin. ad Angel. de Maleſ. in verbo quod fama publica nu. 27. Franc. Brunus de indit. part. 2. qu. 4. num. 15. in fin.* admiſit *Menoch. de preſumpt. lib. 1. q. 97. in fin.*

Sed *Aret. in cap. tertio loco num. 17 extra de probat* ait quod inditia indubitata dicuntur quando ſunt talia quæ inducunt quaſi notorium, & ponūt factum quaſi ante oculos ſequitur *Dec. ibid. nu. 13. & Bérous conſ. 199 num. 8. lib. 3.*

Farin. q. 86. num. 67. tendit ad idem dum ait, quia tunc dicuntur inditia indubitata, quando ita ſunt clara, vt contrarium credi non poſſit,& inditium indubitatum non dicitur niſi quando poſſibile non eſt rem aliter ſe habere quam quod ad ſic credendum,& illo inditio iudex inclinet.

Petr. Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 10. eſt in opinione conſimili quod ſcilicet in omni caſu in quo præſumptiones,& inditia vrgenr taliter quod animus iudicantis non poſſit perſuaderi ad credendum cōtrarium nec intellectus verri in contratiam conſcientiam, tunc dicuntur indicia indubitatata *& num. 8.* exemplificat in duobus riſſantibus quorum alter reperitur vulneratus, & in eo, qui viſus eſt cum enſe euaginato proſequi fugientem repertum poſtea vulneratum,& in eo qui viſus eſt exite à domo vnicum exitum habente cum gladio euaginato,& ſanguinolento, & in ea repetiatur occiſus.

Didac.

Didac. Canter. quæſt. crim. cap. 2. q. 3. verſ. his ſic præſuppoſitis reputat indicium qualibet præſumptionem vehementiſſimam in omnibus delictis etiam quę non ſint difficilis probationis ita vt ex ea procedi poſſit ad pænam ordinariam.

Et demum *Anton. Meren. contro. iur. lib. 5. cap. 25. num. 3. & cap. 25. n. 3.* ait quod Inditia indubitata verè ſunt illa quando ſunt talia vt reus ita cõuictus ſit vt ſine calumnia non poſſit delictum inficiari.

28 Hinc factum eſt, vt propter huiuſmodi incertitudinem cognoſcendi quæ ſint vera inditia Indubitata, maior pars Tribunalium elegerit potiùs imponere pęnam extraordinariam, quàm ordinariam amplectendo ęquiorem opinionem ita in hoc Regno ſemper ſeruatum fuiſſe conſtat *ex Gram. deciſ.* 42. licet in *deciſ.* 56. *in fi.* aſſerat in alio caſu ipſo reclamante fuiſſe deciſum contrarium iddem conſtat *ex Foller. pract. crim. in verb. penis debitis nu.* 59. *& 367. verſ. inſuper, & latè defendit Præſes de Franch. deciſ. 372. & 538. poſt num. 15. verſ. dicebat.*

Sic etiam obſeruari in Senatu Mediolanēs teſtatur *Iul. Clar. pract. crim. q. 20. num. 6.* & in Senat. Pedemont. aſſerit *Theſaur. deci. 13. limit.* 2. ſimiliter, & in Senatu Dolano affirmat *Griuell. deciſ.* 93. quamquàm contrarium ſeruetur in Regno Aragoniæ teſte *Franc. de Pueyo inter dec. Ioſeph Seſe dec. 111. tom. 1.*

29 Verum ad placandas bas controuerſias in hoc Regno ſuperuenit Pragm. emanam die 20. Settembr. 1621. quæ declarauit inditia indubitata eſſe illa quæ legitimè probata inducunt mentem Iudicis ad credendum firmitèr delictum eſſe commiſſum à reo inquiſito quieſcendo cum eius intellectu in hac forma credulitatis, & in tali caſu reliquit in arbitio Iudicis eum condemnare pæna ordinaria nõ obſtātibus deciſionibus in contrarium huc vſque factis per Sacr. Conſil. & alia quæcunque Tribunalia verba

30 Pragm. ſunt hæc in *Pragm. 12. de offic. Iudic.*

Dichiarando quelli inditij indubitati, che ſono tali, che prouati legitimamente inducono la mente del Giudice, à credere fermamente il delitto eſſere commeſſo dal'inquiſito quietando il ſuo intelletto in queſta ferma credenza.

31 Et quia verba Pragm. comprændunt omnes Iudices Regios, & propterea omnes Iudices etiam particularium locorum aſſumebant ſibi hanc facultatē condēnandi pęna ordinaria ex inditijs indubitatis interpretatione iudiciorũ indubitatorũ vltra illorum vim non nulli abutebantur tali arbitrio per aliam *Pragm. editam die 28. Ianuar. 1622.* quę eſt *Pragm. 13. eod. tit.* fuit declaratum tale arbitrium non competere alijs iudicibus Regijs præter Tribunalia collegiata prout ſunt M. C. V. Reg. Audientiæ Prouinc. & alia quæcunque colleggiata quo vero ad Iudices Delegatos fuit ordinatum quod non procedant ad executionem ſententiarum per eos proferēdarum ex inditijs, indubitatis niſi facta priùs pro eos relatione in Collaterali Conſilio, vel oretenus ſi fuerint in hac Ciuitate, vel in ſcriptis, ſi fuerint extra Neapolim.

33 Sed adhuc remanet aliquid agendum nam credere aliquid firmiter poteſt duobus modis contingere, vno quando credo, quod ita ſit abſque aliqua heſitatione virtuali ita vt ſi quis me interrogeet verum illud factum habeam pro indubitato omninò, vel potiùs exiſtimē poſſe non eſſe verum, veriſi-

N mili-

militer reſponderem fortè non eſt verum, ſed pro nunc credo firmiter, ita verum eſſe, altero verò, quando credulitas eſt ita firma, vt neque actualem, neque virtualem habeatur heſitationem itaut cuilibet. Interroganti, reſpõderem illud eſſe veriſſimum, nec alicui dubitationi locum eſſe relictum, cadit er-
34 go modo probabilis difficultas verba *Pragm.* de qua firmitate ſint intelligenda, vtrum de illa firmitate credendi quæ includit vtramque credulitatem actualem ſcilicet, & virtualem, vel etiam illam quæ includit ſolum actualem licèt non virtualem.

Hanc difficultatem à nemine quem viderim tactam inuenire non potui ſolo *Barboſ.* excepto qui *in l.2. in princip. num. 89. verſ. & ideò & num. 90. ff. ſolut. matrim.* diſtinquit quod ſi ſumus in delictis occultis, quæ occultò committuntur poteſt procedi ad pœnam ordinariam etiam ex prima ſpecie credulitatis, ſcilicet actualis tantùm, quia attenta materia illa cenſentur indiria indubitata licèt non ſic in alijs delictis, & illam heſitationem, quam habet Iudex in hac ſpecie credulitatis debet reſpondere, & conformare ſe cum diſpoſitione iuris cõmunis, quæ in delictis occultis habet has præſumptiones vrgentes pro plena probatione, non ſic in alijs delictis non occultis quia inditia non debent cenſeri indubitata, cum adſit aliqua heſitatio ſaltẽ virtualis.

At ex ſecunda ſpecie credulitatis, quæ excludit omnèm heſitationem actualem, & virtualem in omnibus delictis etiam non occultis poteſt procedi ad pœnam ordinariam, Ita poſt latè longeque tractatam, ac diſputatam materiam *d. l. fin. C. de probat.* concludit *Barboſ. in d. l. 2. in princ. per tot. num. 90.* dicens, quod ad hunc modum poteſt reſolui hic articulus quem ipſe appellat, difficillimum, & re vera cum hac diſtintione animus meus vndè quieſcit ad declarationem *dictæ Pragmaticæ.*

35 Cæterum deueniendo ad ſemiplenam probationem, firmo, illam eſſe dictum vnius teſtis oculati, vel alias fide digni legitimè deponen-
36 tis cum iuramento, & hic teſtis dicitur omni exceptione maior regulariter loquendo, & probat poſt cæteros *Tuſc. concluſ.* 887. *lit. S. tom.* 8. vbi quod teſtis omni exceptione maior nuncupatur, qui deponit cum iuramento ſe vidiſſe commicti crimen quotiès criminis perpatratio cadit ſub viſu, vel deponens crimẽ audiuiſſe, quãdo criminis teſtificatio non cadit ſub viſu, ſed ſub potentia auditus, vt eſſe crimen blaſphemiæ, licèt non per hoc excludam alios vocari poſſe teſtes omni exceptione maiores, vt apud eundem *Tuſc. concluſ.* 283. *eod. tom.* 8.

37 Tandem ſi attendamus modum procedendi per inquiſitionem miſtam qua inquirirur ſpecialiter de perſona, & generatim de crimine, ille requirit præuiam infamiam, aut ſemiplenam probationem, & accuſationem, vel ſaltem manifeſta inditia, attenta loci conſuetudine *Nauarr. lib. 2. de Reſtitut. cap. 4. num.* 168. *Leſſ. de iuſtit. & Iur. lib. 2. cap. 29. dub.* 13. *Sayr. in Claui Regia lib. 12. d. cap.* 10. apud quos concordantes Doctores antiquos habes.

Redditur ratio tùm ne infametur perſona, & puniatur abſque accuſatore, vel ſupplente ipſius vicem, tùm etiam, quia lumen naturale dictat, nè ſecreta, & occulta publicè iudicentur, & proindè non po-

poteſt ſpecialiter inquiri contra aliquem niſi præceſſerit infamia, aut ſemiplena probatio, & accuſatio, vel ſaltem manifeſta indicia.

38 Modus verò procedendi per inquiſitionem miſtam, qua de tali delicto noto, eius queritur author in communi minimè eget delinquentis infamia, nec ſemiplena probatione, & accuſatione, quia per huiuſmodi inquiſitionem nulli irrogatur iniuria.

Hinc defluit, vt quotiès patratum reperiatur homicidium de quo publicè conſtat, poſſe in genere inquiri quis illud commiſerit, ſed non in ſpecie, niſi præcedente infamia, vel ſemiplena probatione, & accuſatione *Salon 2.2.quæſt.69. artic.2.controuerſ.7. Mo in.de iuſtit. & iur.tractat.3.diſput.47.num.2. tom.3.Valent.2.2.diſput.5.quæſt.14. punct.1.& ibidem Bannes quæſt.70. artic.1. dub. 2. & Aragon.Reginald. in praxi fori penitent. lib. 25. num. 652.*

Vndè gladium in vaginam reponendo ad coronidem noſtri inſtituti firmamus, quod niſi iuxta ſupradicta procedatur, ſubditorum exorietur grauamen, prout ſic in multis caſibus hic exaratis vidi prouiſum per Sacrum Conſilium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non ſolum in modo procedendi, ſed etiam in modo ferendi ſententiam, formam iuris ſeruare debet aliàs grauat vaſſallos.*

2 *Sententia niſi feratur iuxta diſpoſitionem legis, & iuris municipalis ſubditus grauatur.*

3 *Sententia continens expreſſum iuris errorem ſi feratur eſt nulla ipſo iure, etiam, ſi lata ſit contra conſuetudinem, vel ordinationem num.4.*

5 *Sententia eſt declaratio legis in caſu particulari.*

6 *Iudicandum eſt iuxta verba legis, ne dum ab inferiore, ſed etiam à ſuperiore, quoties ſeruatis illius verbis nulla ſequitur iniquitas, & iniuſtitia, eo etenim caſu cenſetur caſus exceptus, & Iudicis intentio contraria num. 7. alia ratio refertur num.9.*

8 *Generalia reſtringuntur ad euitandum iniquitatem, vel abſurdum.*

10 *Horologium, quod cum motu ſolis non conſentit, non horologium eſt, ſed perturbatio horarum.*

11 *Sententia ſi feratur contra receptam ſententiam, non dicitur lata ſeruata forma iuris.*

12 *Iudex non poteſt iudicare ſecundum opinionem probabilem relicta communi, & probabiliori, ſed vide contrarium num. 13. & quare num.14.*

15 *Aduocatus in patrocinando quam ſententiam ſequi poſſit.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando in ſententiæ prolatione contra eos, forma iuris non ſeruatur.

GRAVAMEN LXXX.

1 Nedum in modo procedendi tenetur officialis formam iuris obſeruare, vt in antecedenti grauamine probauimus; ſed etiam in modo ferendi ſententiam, illam ſeruare debet, quod ſi prætermiſerit, ſubditos, ac partes vtique grauabit.

2 Quodquidem grauamen exo-
rietur quando ſententia non fera-
tur iuxta diſpoſitionem legis,& iu-
ris municipalis ad *textum in cap. 1.*
de ſentent. & Reiudic. vbi ideò pro-
batur, ſententiam continentem ex-
3 preſſum iuris errorem eſſe nullam
ipſo iure vt per *Tiraquell. de iur.*
marit. Gloſſ. 7. num. 59. Rebuff. in
procem. ad leg. Franciæ Gloſſ. 5. num.
133. Nicell. in concord. 6. Gloſſ. verſi.
23. & ſententiam expreſſe contam
leges, vel conſtitutiones latata
eſſe inualidam, vt per *Turzan. opin.*
156. Gabriel concluſ. 7. num. 5. de
ſentent. Barboſ. in l. cum prætor §. 1.
num. 185. ff. de iudic. Perez. in l. 4. tit.
4. lib. 2. ordin. Galganet. de iur. public.
lib. 2. tit. 48. num. 57.

4 Idemque erit ſi lata eſſet contra
conſuetudinem, vel ordinationem
Rebuff. d. Gloſſ. 5. num. 133. vel con-
tra ſtilum *Rodolphini de Bracchio Re-*
Regio num. 32. vel contra aliam va-
lidam ad *textum in l. 1. C. quando*
prouoc. non eſt neceſſe Cardoſ. in prax.
Iudic. & Aduoc. in verbo ſententia
num. 46. Menoch. de Arbitr. iudic. lib.
1. quæſt. 52. num. 2. Scacc. de appellat.
quæſt. 11. à num. 194. Caldas Pereira
q. Forenſ. lib. 1. q. 37.

5 Redditur principalis conclu-
ſionis Ratio, quia ſententia eſt
declaratio legis, & iuris in caſi-
bus particularibus, igitur ferri de-
bet iuxta ipſius iuris, & legis diſ-
poſitionem, alioquin non eſſet
declaratio iuris, & legis, nec iuri-
dica nuncupari poſſet.

6 Et hac occaſione obſeruabis
iudicandum eſſe iuxta verba le-
gis nedum ab inferiore, ſed etiam
à ſuperiore, quoties ſeruatis illius
verbis nulla ſequitur iniquitas, &
iniuſtitia *D. Thomas ſecunda ſecundæ*
quæſt 66. articul. 5. Aragon. ſecunda
ſecundæ quæſt. 60. articul. 5. Valent.
2. 2. tom. 3. diſputat. 5. quæſt. 4. punct.
2. Sayr. in Claui Regia lib. 12. cap. 9.
num. 3.

7 Quando enim ſeruatis verbis
legis ſequeretur aliqua iniquitas
habita ratione loci, temporis, vel
perſonæ non eſt iudicandum iuxta
legis verba, quia huiuſmodi caſus
cenſetur per epicheiam exceptus,
& Iudicis intentio contraria eſt, vt
ſupradicti firmarunt, & præter illos
ſcribit *Reginald. in praxi fori peniten-*
tial. lib. 25. num. 643.

8 Videmus inquam generalia re-
ſtringi, ad euitandam iniquitatem
vel abſurdum *l. ſcire oportet §. Aliud*
ff. de excuſation. Tutor. l. prima ff.
Ne quid in loco public. Caſtrenſ. per
textum *ibi in l. inter omnes num. 4.*
ff. qui ſatiſdar. cogantur Mart. An-
tonin. variar. Reſolution. lib. ſecundo
Reſolut. 40. num. 11. Cardinal. Tuſc.
concluſion. 130. lit. V. & tamen
quæ generalia ſunt, regulariter,
generaliter ſunt intelligenda *l. 1.*
§. quod autem ff. de aleator. l. in frau-
dem, & ibi Bald. ff. de Teſtament.
Milit. l. Regula §. fin. ff. de Iur. &
fact. ignorant. l. 1. §. generaliter ff.
de legat. preſtand. Portoleſ. in tract.
de conſortibus, & fideicommiſſis le-
galibus cap. 6. Cardin. Tuſc. concluſ.
122. liter. V. vbi ampliat *num. 9.*
hanc concluſionem etiam in pæ-
nalibus, odioſis, & correctorijs, vt
apud *Ruin. conſil. 73. num. 19. cum*
ſequent. lib. tertio Rota collect. per
Farinac. deciſ. 41. num. 19. & ſequen.
in recentior.

9 Aſſignatur ratio pro Colopho-
no ſupradictæ declarationis, quia
lex eſt regula, & explicatio iuſti,
Iudex autem iuſtitiæ cuſtos eſt,
vndè quando ratione alicuius cir-
cumſtantiæ obſeruantia legis con-
tra ius naturale eſſet non ſecun-
dum legis literam, ſed ſecundum
æquitatem & mentem legiſlatoris
iudicandum erit, quia ſi lex, vel ſim-
pli-

pliciter,vel ex circumſtantia iniqua
ſit non eſt amplius lex,neque regu-
gula, quæ actiones noſtras recte
dirigere valeat,ſed corruptela, vt
docet *D.Thom.1.2.q.96.art.4.& 6*
10 adinſtar horologii quod cum
motu ſolis non conſentit non eſt
horologium, ſed potius horarum
perturbatio,& confuſio refert *Sayr.
in Claui Regia d.cap.9.ſub nu.* 4. vbi
tamen *num.*4. annuit iudicē inferio
rem non poſſe in iudicando à verbis
legis recedere, niſi certo ſibi con-
ſtet,moraliter loquendo obſeruan-
tiam legis quantum ad verba eſſe
in perniciem Reipublicæ, nec id
poſſe tunc efficere inconſulto Prin-
cipe,niſi fortè periculum adeò ſu-
bitaneum, & imminens ſit, vt non
detur tempus,vel locus illum con-
ſulendi.

11 Nec forma iuris ſeruari dicetur,
quoties ſententia feratur contra
communem,& receptam ſententiā
ex dictis poſt antiquiores per *Diaz
Reg.107.Gratian.Reg.252.Ceruan-
tes in l.1.Tauri num.2.Hurtad. in
ſchol.ad Lopez in prolog partit. Gloſſ.
18.Morl.in empor.iur.part.1.tit.2.
quæſt.5.Burg.de Paz in proem.l.Tau.
à num.* 251.& fuſiſſimè omnino vi-
dendus in hac materia *Cened.pract.
quæſt.cap.* 8. qui eum ad ſaturita-
tem loquatur iuxtà illius dicta po-
terit quiſque ſe regulare.

12 Adeo quod Iudicem non poſſe
judicare ſecundum opinionem pro-
babilem relicta communi,& proba
liori ex plurium authoritate funda-
runt *Sanchez in ſumma lib.1.cap.10.
num.47.tomo primo Laiman. in
Theolog. Moral.lib.1.tract.1.cap.5.
§.3.Malder.in par.2.D.Thom.quæſt.
19.artic.5.diſp.86.Portel.in addit.ad
dub.Regular.in verbo opinio eligenda
num.12. Villalob. in ſumma tom.1.
tract.1.diffic.15.num.6.Sanner. in
2.2.D.Thom.diſput.4.quæſt.4.dub.6.
num.128. Becan. in ſumma tract.1.
cap.4.quæſt.9.num.13.tom.2.Filiuc.
tom.2.tract.21.cap.4.num.144.*

13 Licèt non deſint, qui contrariū
ſentiant,vt *Martin.del Rio diſquiſit.
Magic.lib.5.quæſt.1.§.quotieſcumq;
Hyeroni.de Rua in controuerſ.ſcolaſtic.
6.tom.2.Morla in emporio iur. tit.2.
quæſt.2.part.1.Martinez in quæſt.19
artic. 6. concluſ. 2.tom.1.Triuign.in
prax.examinant.fol.2. Sancius practi.
diſput. cap.* 44. *num.* 50. quos cum
alijs ſequitur nouiſſimè *Dian.reſolu.
moral.3.tract.de opinio.probabili p.2.*
vbi ideò firmat iudicem in ſenten-
tijs ferendis poſſe ſequi opinionem
probabilem relicta probabiliori, e-
tiam contra propriam opinionem
dummodo probabilitas ſit circa
ius,& non circa factum,vt latiùs a-
pud *eum ibidem,& reſol.*1.quo in lo
co ex maximo cumulo Theologo-
rum,& Doctorum fundat eſſe lici-
tum relictā opinione probabiliori,
& magis tuta,ſequi opinionem pro
babilē,& minus tutam aſſignat in-
ter alias rationes illam quia ope-
14 rans ſecundum opinionem proba-
bilem non poteſt iudicari temera-
rius, neque imprudens, quia vide-
tur habere aliquas rationes alicu-
ius momenti,& ſic operans non eſt
imprudens,nec temerarius,& ideò
non peccat, & de hoc vide latè
*Sayr.in Claui Regia lib.1.cap.*11. vbi
fuſe quidem diſputat de Iudice, &
Aduocato, quam nam ille in iudi-
15 cando,& hic in patrocinando opi-
nionem ſequi poſſit, adi illum nec
pigebit.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ſi non expediantur iuxta
ordinem,quo fuerunt concluſæ,vaſ-
ſalli grauantur,& nu. 3. vbi quod
Baro ſi ſecus fieri agat tenetur ad*

intereſſe partium, & nu. 9. vbi idem
de iudice, & quare nu. 10. fallit nu.
4. & 6.

2 *Cauſe prius concluſe, prius expediri*
debent in Regno.

4 *Cauſa Eccleſiarum prius expediende*
ſunt quàm priuatorum, etiam ſi ſint
poſtea concluſa.

5 *Eccleſia cęteris omnibus preferenda*
eſt.

7 *Miſerabilium perſonarum cauſas au*
diens, & expediens rem gratiſſimã
Deo facit.

8 *Cauſa Fiſcales prius expediende ſunt*
quam priuatorum.

11 *Iudex mortaliter peccat contra pro-*
prium officium cauſarum expedi-
tionem iuxta debitũ ordinem nota-
biliter differens, & tenetur reſtitue-
re parti leſe expenſas, & intereſſe, et
quare num. 12.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando
cauſæ non expediuntur iu
xta ordinem, quo fuerunt
concluſæ.

GRAVAMEN LXXXI.

1 Circa expeditionem cauſarum
poteſt inſurgere grauamen
partium vbi non expediuntur iuxta
ordinem, quo fuerunt concluſæ.
2 Dictatur enim de municipali iu-
re Regni, cauſas primò concluſas
eſſe prius expediendas vt in *Prag.*
10. *& 72. ſub Rubr. de offic. Sacri Re-*
gij Conſilij.
3 Et proindè *Barones* tenentur toto
pectore incũbere, ꝙ officiales ſic il
las expediant, & Gubernatores, ſi-
uè Capitanei, & Iudices de hoc
obliuiſci minimè debent, quod ſi
ſecus agãt vtique ſubintrabit gra-
uamen, & ad partium intereſſe tene-
buntur.
4 Cæterum ceſſabit grauamen,
quoties pro expeditione cauſa-
rum Eccleſiarum, locorumquè
piorum omitteretur expeditio alia-
rum cauſarũ particulariũ, cũ illarũ
expeditio ſit pręferenda ad *tex. con-*
5 *ſtitut. Regni iuſti cultores*, quia Eccle
ſia cæteris omnibus preferenda ve-
nit *Carauit. in Rit. M.C.V. 23. nu. 3.*
6 Idemque eſſet ſi pro expedien-
dis cauſis miſerabilium, & priuile-
giatarum perſonarum expeditio
cauſarum particularium etiam an-
tea concluſarum poſtponeretur, vt
fundauimus *in tract. de* Priuileg. *mi-*
ſerabilium perſonarum Priuileg. 1. ex-
7 podiens enim, & audens cauſas hu-
iuſmodi perſonarum illaſque tuens
rem Deo gratiſſimam facit vt apud
Simac. de Republic. lib. 8. cap. 29.
8 Et cauſarum fiſcalium expeditio
adhuc reperitur priuilegiata, vt in
expeditione precedentiam habeat
l. apud Iulianum ff. de iure Fiſci.
9 Vndè niſi iuxta ſupradicta iudex
ſuos diriget greſſus, neſcio ſi partiũ
intereſſe non ſoluere iuridicè eui-
tare poterit, quia illi ex officio, cura
10 & onus incumbit iudicandi, & tri-
buendi cuique ſuum, non tribuit
autem cuique ſuum, dum ordine
quo debet cauſas non expedit,
quamobrem Iudex mortalitèr pec-
11 cat contra proprium officium cau-
ſarum expeditionem iuxta debitũ
ordinem notabiliter differendo, &
proidè tenetur reſtituere parti leſæ
damna, & expenſas, quarũ cauſa eſt
quia cauſa iniuſta damni ad illius
12 reſtitutionem obligatur *Nauarr. in*
Manual. cap. 25. num. 14. Syluest. in
ſumma in verbo iudex il 1. queſt. 14.
Sayr. in Clau. Regia cap. 12. num. 8.
lib. 12. & alij Neotherici communi
voce.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Torqueri nemo debet,niſi pronunciatione præcedente.*

2 *Sanguis humanus magis quã iuſtitia ab aliquibus iudicibus deſideratur*

3 *Appellatio interponitur à non pronũciatione tortura,& num.5.*

4 *Tortura non infertur etiam data copia inditiorum.*

7 *Inquiſitores debent admictere appellationem Rei à ſententia tortura.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quoties torquentur nulla præcedẽte decreti pronuciatione.

GRAVAMEN LXXXII.

1 SI prompta ſint inditia ex quibus Rei poſſent torqueri non per hoc de facto erint torquendi, ſed precedere debet pronunciatio, & ſic decreti interpoſitio, quod torqueantur, & illud notificari alias grauantur vaſſalli, vt apud *Arnon. ſingul.*39.vbi loquitur, vt infra.

2 Multi ſunt Iudices ſitientes ſanguinem humanum potius quã iuſtitiam, qui cuipientes haberi iuſti cum non ſint,nolunt pronunciare aliquem eſſe torquendum, quia ſciunt ab iſta pronunciatione cum

3 per eam inferatur præiudicium inreparabile in obtentu à diffinitiua poſſe appellari, & appellationem debere admitti,ſed vt euitent dictã appellationem procedunt ad torturam nulla præcedente pronunciatione,putantes huiuſmodi proceſſum ad torturam habere vim tacitę pronunciationis.Sed ego dico tibi, quod malefaciunt. Nam debent pronunciare expreſſe aliquẽ eſſe torquendum,ità elegãter *Bart.*

4 *conſ.ſuo, incip. puntus quæſtionis &c.* vbi dicit quod data etiam copia inditiorum non poteſt procedi ad dationem torturæ,niſi primò pronuncietur per iudicem deueniendum eſſe ad torturam, quod dictum refert, & ſequitur *Domi.Franc. Brun. in ſuo tract.de indit.& tort. in 9.car. in 4.col.*vbi etiam ſubdit, quod ſi fiat pronunciatio iudicis, quod de-

5 ueniendum ſit ad torturam, quod à tali pronunciatione,licèt ſit interlocutoria poterit appellari per ipſum reum, cum contineat, vt dixi, grauamen irreparabile *alleg. Bart.& alios in l.2.ff.de appella.recip.& Bald. in l.2. C. de Epiſc. aud.* de quo etiam per *Gand.in tract.ſuo maleſic.ſub rubric.de quæſt.& tormen.in 4.col.verſ.ſed quid de quæſtione de facto.*Et quod debeat admitti appellatio,ego allego tibi *c. Reg. incip. ſi iuſtè quis appellauerit,ſub rubric.quod recipiatur appellatio à tormẽtis,* quod cap. omnes Iudices Regni deberẽt præ oculis habere, dictat enim appellationem à tormentis interpoſitam debere admitti,& iudicem nõ admittentem acerrimè inſequitur, vidè ibi,& nota in actu practico nè erres, his addas, quod nouiter cumulauit P. Antonin. *Dian. reſol. moral.part.4. tract. 6. de tortur. in 5. Officio reſol.*20.vbi fundat inquiſitores debere admittere appellationẽ Rei à ſententia torturæ *ex l.2. C.de appellat.recip.l.pen.C.quorum appella. non recip.*niſi appellatio eſſet friuola,& calumnioſa de quo latè *Farin. de indit.& tortur.quæſt.38.num.27.& ſequ. Euenedo de indit. & tortur. cap.*13.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarij quare preſtant ſeruitium & in Regno adhoam.*

2 Be-

2 *Bona feudalia non apponuntur in cataſtu, ſiue appretio.*

3 *Gabella non ſoluitur de fructibus feudalibus.*

4 *Immunitas conceſſa Baronibus, an comprehendat affictatores.*

5 *Gabella non debetur pro feudis quaternatis, ſecus pro ruſticis num. 7. & 9.*

6 *Collecta ſoluitur de bonis excadentialibus feudi.*

8 *Feuda duplici onere grauari non debent.*

10 *Feudum quaternatum abſque Regis aſſenſu alienari prohibetur.*

11 *Feudatarius alienando feudum abſque Principis aſſenſu illud amittit.*

12 *Subfeudatarius alienando feudum abſque Baronis conſenſu, illud amittit.*

13 *Feuda quaternata per lineam finitam deuoluuntur ad Regem, ſic feuda plana ad Baronem.*

14 *Succeſſor in feudo quantum tempus habet ad petendam inueſtituram à Rege.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando Barones recuſant ſoluere collectas de bonis feudorum, planorum de tabula, ac de bonis excadentialibus feudorum.

GRAVAMEN LXXXIII.

1 EA de ratione quod feudatarij præſtant ſeruitium, & in Regno adhoam loco ſeruitij, vt retulimus *in Pram.* 20. *de offic. Procurat. Cæſar.* & poſt recenſer *Burrell. in ſumm. decis. tit. de adhoa, tom.* 1. vbi plura in materia, quam particulari tractatu exarauit modernè *Capanus* amicus, & collega meus *ſub tit. de iur. adhoa*, nè duplici onere grauentur pro bonis feudalibus collectus ſol-
2 uere non tenentur, nec in appretio, ſiuè cataſtu Vniuerſitatum talia bona ponuntur, ità de iure communi probant *Corn. conſ.* 294. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 4. *Feſtus in tract. de æſtim. cap.* 3. *part.* 4. & de iure municipali habemus *textum in cap. Regni incip. Porrecta*, vbi id affirmant *Neapod. et Niger. Luc. de Penn. in l. agros. C. de fund. Limotr. lib.* 11. *Ann. ſing.* 93. *Il-*
3 *luſtriß. Epiſcopus Ricc. collect. deciſ.* 1950. vbi quod non ſoluitur gabella de fructibus feudalibus, & quod ità ſeruatur in Regia Camera, *Salernit. deciſ.* 59. *Rouit. deciſ.* 71. vbi tamē
4 quod immunitas conceſſa Baronibus pro fructibus feudalibus in dohanis huius Regni non comprehendit affictatores, quod etiam probat *Reuert. deciſ.* 51. *tom.* 1, *in manuſcrip.*

Inſurgit autem *Frecc. de ſubfeud. lib.* 3. *tit. inter feud. quatern. & plan. nu.* 14. *& in tit. de differcnt. inter feud. regal. & titul. different.* 16. autumans
5 collectā, & cōtributionē in generalibus, ſubuētionibus de feudis quaternatis non deberi, ſecus de feudis planis de tabula, & actenaſis, & col-
6 lectā de bonis excadentialibus feudi ſolui, annuit *Ferrett. de public. & vectiga. n.* 375. *Borrel.* qui omnia prędicta acceptat *in ſumm. deciſ. tit. de feudis num.* 715. *&* 716. *tom.* 1.

Quorum opinioni ſi adherere debemus vtique ſubintrabit graua-
7 men quando collecta de bonis obuenientibus à feudis pianis, & de tabula, ac de bonis excadentialibus non ſolueretur prout ſic in facti cōtingentia fuit prætensū in Collegio habito cum diſertis Aduocatis.

Cæterum ipſe tunc philoſophabam in prolatione voti, quod ſup-
8 poſita anteſignana ratione, vt feu-

da

da duplici onere grauari non debeant, & proindè ſint exempta collectis negari non poteſt, tàm in
9 feudis quaternatis, quam in planis, ruſticis bonis, actenaſijs feudorum aliquod ineſſe onus, quamuis ſit annua præſtatio alicuius quantitatis pecuniæ, vel alicuius Rei teſte *eodem Frecc. cit. tit. de different. inter feud. quatern. & de tabula num.* 15. & quod dè iure Regni nō aſſignetur differentia inter feuda quaternata, & feuda plana, & de tabula, & nihil mutatum, additum, aut conceſſum, quod non erat de iure communi *Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Regijs* §. 2. *num.* 15. *&* 16.
10 Nec heſitari valet non eſſe feuda; quia ſicut feudatarius tenens feudum quaternatum à Rege abſq; illius conſenſu alienare prohibetur ità, & ſubfeudatarius Baronis, & eſt quia à feudatario, quod tenet recognoſcit in feudum, & ipſum in dominum immediatum colit, & veneratur, vt *in cap.* 1. §. *præterea, de cap. Corrad. cap. imperialē* §. *illud quoque de prohib. feud. alienat. per Federic. capit.* §. *rurſus quib. mod. feud. amitt.* & non ſolum feudum, ſed quicquid ab illo tenet etiam ſi in emphyteuſim haberet, & cuiuſcunque conditionis eſſet interueniente Baronis aſſenſu, alienatio eſſet facienda, cuius ſolius, & directi Domini aſſenſus ſufficit vigore *cap. Papæ Honorij* incipit *ſi contingat, Afflict.* poſt alios *deciſ.* 243.
11 Habent. n. quamdam conſonat iā talia feuda taliter quod ſicut feudatarius alienando abſque Regis conſenſu, feudum amittit, ità etiam
12 alienando ſubfeudatarius ſine Barones conſenſu, & ſicut, feudum quaternatum per lineam finitam
13 deuoluitur ad Regem, ſic etiam in emphyteuſim conceſſa ad Baronem, & directum Dominum deuoluitur, & quemadmodum vaſſallo
14 mortuo ſi eius ſucceſſor infra annum, & diem inueſtituram à Rege non petierit, feudum amictit, ità etiam ſucceſſor in feudo plano de tabula, & ruſtico, & ſic vaſſallus commictens felloniam, per quam feudum amictere debet, illud Regi applicatur, ità ſimilitèr ſubfeudatario de eodem crimine Maieſtatis inquiſito, illud feudum planum, quod poſſidet applicatur Baroni.

Cumque poſt hæc ſcripta *Ratha in theatbr. feud. part.* 12. *dilucid.* 92. deguſtauerit articulum, placuit, quæ vltra fuerunt adducta, hic reponere alia per eum dicta à *num.* 13 *cum ſequent.* vbi loquitur vt infra.

Prædictis ex me addo aliam rationem videlicet, nonne verum, & indubitatum eſt, quod territoria, & alia bona ſtabilia cuiuſcumque ſint qualitatis, & conditionis ſunt de corpore, & de membris principalis feudi principatus, ſiuè comitatus, vel Baroniæ, & feudi, dum in poſſe Domini ipſorum à collectis, & alijs impoſitionibus ſunt immunia, quia vt vnita cum principali feudo, Dominus ſoluit adoham pro omnibus per diſmembrationē factam à Barone dando inſubfeudum immunitas ipſa non amictitur, cum ſit beneficium, & priuilegiū reale, quod ſequitur rem, & ſic cum immunitate ipſa tranſire debere, vt hoc in indiuiduo firmat *tex. in l.* 4. §. *quamquam ff. de cenſib.* ibi *quaquam in quibuſdam beneficia perſonis data immunitatis, cum perſona extinguantur, tamen cum generaliter locis, aut cum Ciuitatibus immunitas ſic data videtur, vt ad poſteros tranſmictatur* ibique omnes Doctores, ità concludunt, & *Dyoniſ. Gottifred.* ibidem *gloſans* dicit *immunitatis locis, aut Ciuitatibus data, perpetua ſunt, &*

ad

ad heredes tranſeunt , & quoslibet ſucceſſores,& prius firmauerat *Bertacch. in ſuo tract.de gabell. part.*10. & ſic in propria materia gabellæ, & ſolutionum,& idem eſt de adoha de toto comitatu, ſiue de Baronia debita,quæ onus eſt reale impoſitum in conceſſione feudorum,quæ illorum innatam naturam capiunt ab eorum inueſtituris , ſecundum latè tradita per *Fritiam lib. 3. de ſub feud.tit.de forma inueſtit.* & adeò onus reale eſt , quod ſi feudatarij adohas debitas non ſoluerint, Domino directo non ſolum datur actio contra eos,& ſuper ipſorum feudis cõceſſis,ſed etiam pro adohis præteritis datur actio realis ſuper eiſdem feudis per tertios poſſeſſis , dum modo illi non ſint conceſſionarij Regiæ Curiæ, ex dictis per *Iſern. in cap.* 1. §. *nec eſt alia iuſtior. num* 38.*quæ ſit prim. cauſ. benefic. amict. Affict. in deciſ.* 95.*& Fritia in* 5.*author.Baron.num.* 13. vbi latè,& ex aliis contrarietate reiecta firmat *Reg.de Ponte de poteſt Proreg. tit.*4. *num.*9.*& ſequen.de regal. impoſit.fol.* 140. dum bona ab vtili Domino data in ſubfeudum alteri pro qua vis ſumma,vel re pro ſeruitio tranſierunt cum onere vniuerſalis ſeruitij à principio per directum Dominum impoſiti, vel ex inueſtituris exiſtẽtibus ſuper toto feudo,& ſuper ſuis bonis omnibus per quemcumque poſſeſſis, & primus Dominus poteſt agere contra quoſcumque poſſeſſores bonorum feudi conceſſi,licèt, à conceſſionario totius,& vniuerſi feudi aliqua pars ſit inſubfeudum, vel alio modo ſubtracta directo Domino,& natura feudi bonorũ nõ fuit præiudicata partem ipſam dicto oneri ob noxiam eſſe faciendo licèt pro parua re , vel qualitate fuerint ſub infeudata,vel alias data in eis, ſua antiqua natura nunquam mutata fuit,nec poterat, maxime per clauſulam *feudi natura non mutata* , quæ in omnibus conceſſionibus, & inueſtituris feudorum adeſſe eſt notum , & ſic ſuum originale ſtatum mutari non potuit, nec poteſt, nec in totum, nec in partem,*Capyc.in inueſt. verſ. natura feud.* & ſecundũ eorum primeuã naturã trãſierũt in poſſeſſores quoſcũq; *Intrigliol.de feud. cent.* 2.*art.*87.*n.*12. *Aff.in prælud.cõſt. q.* 25.*& ex* alijs *cõſ.Georg.alleg.*8.*n.*9. *in fin.* & bona ipſa ab vtili Domino trãſierũt cũ illa primeua imunitate nõ ſoluẽdi collectas, nec alias ipoſitiones,& ſunt partes principales feudi,vt prædiximus;Vnde non video quo iure , nec qua rõne de eis collectæ ſolui debeãt, cum in eis adſit onus adohæ , & aliorum feudalium onerum,ne duplici onere grauentur, nec opitulatur partes vocaſſe illa bona feudum ruſticum, planum,de tabula, de actenaſijs, & alijs diuerſis nominibus , quia partes pro eorum facili negotiatione denominãt,vt volũt,& partium aſſertiones naturam feudorum , non mutant, ſed ipſa feudalis natura eſt attendenda, & nam partium oſſertiones, *l. ſi fortè ff. de conſtit. pecun. Regens de Ponte conſ.*5.*num.* 6.*Oſaſc. deciſ.Pedemont.*172.*num.*5.*&* 6.*Bologn.* communem opiuionem eſſe dicit *concluſ.* 14. *verb. infertur* 18. & ſi differunt quod feudum quaternatum dicitur illud , quod tenetur à Rege , & planum quod tenetur à Barone hoc nomen quaternatum dederunt maiores noſtri in hoc Regno, quia reperitur deſcriptum in quinternionibus Regię Cameræ *Summariæ* , & non quod in iuribus feudalibus hoc nomen ſit cognitum,vt dixit *Fritia de ſubfeudi tit. de different. inter feuda quaternata , & plana , & de tabula num.* 2.

ibi

ibi *hoc tamen eſt ex vſu Regni, ac viuentium more, non quod à iuris ordine procedat, & ex approbatione Regum, & ſuorum interpretatione prudentum cum in iuribus feudorum hoc nomen non habemus*, nec minus in feudalibus iuribus nomen dicti feudi plani, & databula habetur cum etiam ſit à noſtris prædeceſſoribus inductum ex *Iſern. & Camer.* firmat *Conſ. Georg. in repetit. feud. cap. 9. & num. 13. & 14.* & ſi *Fritia* inter dicta feuda tot ponit differentias procedit, quia feudum quaternatum conceditur à Rege, & planum in ſubfeudum à Barone, vt diximus, & dum nullus negat feudum planum non eſſe feudum, ſed omnes firmant eſſe verum feudum in illo tam quoad ſucceſſionem quã quo ad alienationẽ inueſtituram, & deuolutionem, iura communia feudorum procedunt, nõ autem ius Romanorum, vt per *Aff. in cap. 1. §. & quis de his feudat. poſſ. Aloyſ. de Leo in l. leges nu. 27. C. d. legib.* & bona quæ dantur in ſubfeudum, vel in feudum planum detabula ſunt feudalia, & pars feudi principalis, & ex prima inueſtitura in vtilem Dominum à Rege, vel cum eius aſſenſu tranſierunt in feudum quaternatum, & omnia in quenternionibus Regię Camerę cum principali feudo, & ipſorum inueſtitura, & conceſſione prima cum clauſulis, omiſſis alijs, cum domibus, vineis, tenimentis, territorijs cultis, & incultis nemoribus bonis alijs, quæ ſub infeudari prætenduntur, ſunt regiſtrata, abſque dubio feudum quaternatum ſunt, ſecundum *Iſern. in cap. 1. de controuerſ. feud. apud part. term. numer. 9. Camer. in cap. Imperialem fol. 69. lit. A. de probib. feud. alien. per Feder. Reg. de Ponte conſ. 31. num. 15.* cum feudum quaternatum ſint, de eis collectæ, & impoſitiones vltra ſua feudalia onera ſolui, non debent, vt fundauimus ſupra hac delucidatione *num. 1. & 2.* & ſi *num. 3.* ex alijs dicimus de feudo ruſtico plano, & detabula collectas ſolui debere, poſſet, eſſe ſi vtilis Dominus, cũ Regio aſſẽſu, ita expreſſis verbis ſubinfeudaret, & Rex ita conſenſerit, & ita eſt intelligendus *Iſern. in cap. 1. de eo qui inter frat. dom. ſui*, & alibi per *Frit. lib. 2. de ſubfeud. author. 19. num. 1.* & alij dicentes Barones poſſe concedere res ſuæ Baronię excadentiales, ſteriles in certa parte fructuum, ſcilicet cum Regio aſſenſu, & verbis prædictis, & alijs naturã primeuam feudi immutare volens debèt exprimere; vt idem *Fritia de ſub feud. quæſt. 37. in princ.* & n ceſſe eſt exprimi per Regem quod contra feudi naturam innouari vult, vt per *Reg. de Ponte* qui ex multis alijs firmat *in ſuo conſ. 3. num. 83.* natura bonorum omnium Baroniæ, & feudi cuiuſcumque conditionis, & qualitatis ſint, ſunt feudum quaternatum, cum omnia in quinternionibus Regiæ Cameræ Summariæ regiſtrata ſint eius natutura primeua immutari non poteſt, & ſine Regis aſſenſu, vt prædictum eſt ſpecifice conſentientis, alias nihil agitur, cum vtilis Dominus partem illã feudi principalis ſubinfeudare poteſt ex *Iſern. in cap. 1. de cap. Conrad. num. 32. Reg. Lanar. conſ. 91. num. 4.* maxime quando feudum tenetur in capite à Regia Curia, & quaternatum ſine Regio aſſenſu nihil diſponi, nec immutari poteſt, & omnes contractus, & immutationes de toto, vel de quauis minima parte feudi ſine Regis aſſenſu, ſunt adeo nullæ, ꝗ ex eis nec confeſſio inducitur *Afflict. in conſt. diuę memoria num. 4. notab. 22. Regens de Ponte conſ. 36. num. 3. Capic. in inueſt.*

S. ae-

§. *natura feud.* feudatarius feudalia
bona alia lege, qua ipſe habet, dare
non poteſt per *text.in cap.* 1. §. *prae-*
terea vbi Iſer.et ſcrib.de lege Corradi
Petr.de Gregor.part. 3. *num.* 10. *de*
conceſſ.feud.Curt.in tract. feud.part.
2.*num*,42.*& ſequ.*vbi multa adhoc
*Afflict.*pulchrè *in conſtit. poſt mor-*
*tem,num.*5.& ſic in feudum quater-
natum eiuſdem primeuæ naturæ, ſi
in ſubinfeudatione adeſſent ali-
quæ clauſulæ alterantes naturam
primeuam feudi, ad conceſſio-
nem primeuam feudi, eſſent re-
ducendæ, vt pluriès ita obti-
nuiſſe firmat *Fritia de ſubfeud.*
*lib.*3.*num.* 3.circa medium,& dum
in prima conceſſione feudum prin-
cipale totum cum tenimentis ter-
ritorijs in cultis planis, cultis, ne-
moribus, & alijs fuerunt data in
feudum quaternatum, & omnia in
quinternionibus Regiæ Cameræ
registrata ſint, vt in dicta prima cō-
ceſſione actum fuit idem in ſubfeu-
datione totius, vel partium feudi
ſeruari debet *Bald.in conſ* 377.*incip.*
*quando conſtat lib.*2. *Afflict. in deciſ.*
396.& alij, quos ponit *Regens de*
Gurte in 1.*part.ſui diuerſ.feud.in cap.*
incip.tenor inueſtit. num. 71. *& fol.*
37.*aterg.*excadentiæ territoria in-
cluſa,& alia, quę in ſubfeudum da-
ri prætenduntur, cum feudo princi-
pali ſunt inquinternionibus regi-
ſtrata, vt prædiximus ſi per vtilem
Dominum totum feudum, vel pars
aliqua, vt ipſe excandentiæ teni-
menta,& territoria ipſius ſub infeu
dantur alteri in feudum quaterna-
tum, vt penes ipſum ſubinfeudan-
tē erant ſubinfeudata cenſentur; ex
cumulatis per *Intrigliol. in centur.*
*feud.*2.*art.*78.*num.* 12. & eo modo,
& forma, prout apud dictum pri-
mum vtilem Dominum erant, nec
alia lege quā ipſe habebat, nec in
totum, nec in partem dare poteſt,
& maximè ſinè Regio aſſenſu cum
cuiuſcumque feudi, & eius partis
ſub in feudatio,& alienatio omni iu
re ſine directi Domini aſſenſu ſit
prohibita, ex multis per me dictis
in conſ.meo 3.*num.*1.*& ſequent.*& ali-
bi in hoc Theatro,& etia feuda pla-
na alienari prohibentur, quocumq;
alienationis titulo inter viuos, &
in vltima volūtate in totum; vel in
partem dicunt verba *conſtitut.*
Regni hac edictali, quæ loquitur de
feudis planis, vt per columnas diſ-
cutiendo firmat *Camer. in d. cap.*
*Imperialem fol.*40.*lit. A.& ſeq.*& in
ſubfeudis erigendis, & alienandis,
requiritur aſſenſus prioris Domi-
ni, ſcilicèt Regis, vt dicit *Gloſ. in d.*
c.Imperialem, §. illud, verſ.requiſitur
de probib. feud. alien.per feder. la-
tè firmat *Iacobin.de feud.tit.& cum*
*pacto de non alienando num.*22.dicit,
quod, hæc opinio eſt magis cōmu-
nis,& in iudicando non eſſe tutum
ab ea recedere, *Cognol. in l.conſilij*
*§.ſocij mei num.*9 *ff.de regul.iur.Zaſ.*
*de feud.part.*9.*verſ.ſed occurrit*,& di-
xi, *in dicto meo conſ.*3.*num.*2.& bo-
na, quæ in ſubfeudum dantur, ſunt
pars Baronię, & feudi principalis,
quæ, cum eadem natura in
ſub feudatarium cum Regio aſſen-
ſu tranſeunt, & Rex aſſentien-
do dat. *Iſern. in cap.* 1. *num.* 10.
de pace iuram. firm. ibi per quod
dare videtur,& *Camer.in cap. Im-*
perialem de probib.feud. alien.per Fe-
der. & ex alijs Conſ.Georg.allegat 28.
*num.*29.30.31. *&* 32.per bellè di-
ſtinguendo dicit, quod Rex aſſen-
tiendo facit duo, vnum reſpectu
diſponentis tollendo obſtaculum,
& aliud concedendo, quia ipſe Rex
dat,& recipiens, inueſtitur,& à Re-
ge recipit *per l. obuenire ff. de verb.ſi*
gnif.ex Iſern.in §.ſi clientulus, & ex
alijs *Georg.*ibi firmat,& ſi bona quę
in ſubfeudum dantur, ſunt pars feu-
di

di diuiſi illa pars dicitur feudũ de perſe ſicut diuiſi feudi ex permiſſu legis quelibet pars eſt feudum de perſe *Iſern. in cap.* 1. §. *hoc quoque num.* 5. *de ſucceſſ. feud.* vbi addens,& *in cõſlit. bonorem*, ibi nõ obſtat, quia pars feudi, feudum, eſt *Afflict. deciſ.* 48. *num.* 4. *& deciſ.* 154. *num.* 1. *circa finem*,& ex alijs ibidem *Georg. in d. allegat.* 8. *num.* 27. ibi facta,&c. quod intellige, quando cum Regio aſſenſu ſingulæ partes ſeparate in ſubfeudum, vel alias ſint conceſſæ, vt diximus, quia Rex diuidit vnum in multis,& de vno feudo facit plura, & plura reducit in vnum *l.* 1. *C. de metrop. Berit. lib.* 10. *Reg. de Ponte conſ.* 57. *num.* 8.& ſicut Papa Epiſcopatus diuidit,& vnit, ita Imperator in Imperio, & Rex in Regno Prouincias,& loca diuidit,& conſtituit dicit *gloſ. in cap.* 1. 10. *diſt.* quam dicit notabilem *Laudenſ. in tract. de primogen. num.* 299. *& refert Fritia de ſubfeu. lib. quis dicatur Comes n.* 34. *fol.* 107. dũmodò dicta bona ſint in feudum quaternatum de perſe,& in ſubfeudum data, vt eſt dictũ, & ſubfeudarius Baronis tenens dicta bona, quæ feudum quaternatum ſunt, vt Vaſſallus Regis eſt *ex conſt. poſt mortem*, & *Iſern. in cap.* 1. *de contr. feud. frit. lib.* 1. *de ſubfeud. cap. incip. fuit dubitatum,&c. num.* 12. *fol.* 17. & quando Rex ſubinfeudationi, & dationi ipſorum Baronum conſentit ſecundum primam naturam in prima conceſſione aſſentijſſe videtur *DD. in c.* 1. §. *præterea*, quæ ſit prima cauſa *Affli. in præalud. conſt. q.* 25. & ex alijs firmat *Conſ. Georg. alleg.* 8. *num.* 9. *in fine*,& eo maximè ſi in aſſenſu directi Domini adsũt clauſulæ ſolitæ in Cancellaria ex forma in Priuilegio apponi videlicèt, q ad expreſſa tantũ feudi natura in aliquo non mutata, & iuribus Curiæ ſemper ſaluis, vt teſtatur *Fritia de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 3. natura ipſius feudi, quæ erat penes vtilem Dominum in toto feudo, & ſic in illa parte ſub infeudata in recipiẽtẽ tranſiuit,& remanſit, ſiuè natura illa ſit inſita à lege, ſiuè ab homine, vt in ſpecie tradit *Fritt. d. lib.* 2. *auth.* 1. *quæſt.* 1. *incip. ſuper eſt modo num.* 10.& inueſtitura, & conceſſio prima per quemlibet poſſidentem alterari,& mutari non poteſt nec in totum, nec in partem bonorum in ea contentorum,& ſi aliqua alteratio, vel mutatio in dando in ſubfeudum ruſticum, vel planum, & detabula, vel aliter contra primeuam ſuam naturam feudi quaternati adeſſet, nulla eſt habenda ratio *Iſern. in cap.* 1. *per quos fiat inueſtit.* vbi omnes feudiſtæ *Dec. conſ.* 193. *Theſaur. deciſ.* 227. *num.* 7. *Reg. Rouit. conſ.* 12. *num.* 19 *lib.* 1.& ex his noſtra dilucidatio ſatis reſoluta remanet, quod de dictis bonis in ſubfeudum vel alias conceſſis, & detemtis collectæ,& impoſitiones ſolui non debent, vltra quæ ex feudali natura tenẽtur, ne duplici onere grauẽtur.

SVMMARIVM.

1 *Molere in molendino alicuius,& non in alijs homines communitatis cogi poſſunt non ſolum, ex priuilegio, ſed etiam ex conſuetudine legitimè preſcripta.*

Molendi in vna mola potiùs quam in alia actus dicitur mera facultatis ideò præſcribi non poteſt quolibet longiſſimo tempore niſi prohibitus accedere ad aliud molendinum acquieuerit ibid.

2 *Obſeruantia præcepti negatiui non inducit præciſam obedientiam.*

3 *Metus præſumitur in ſubditis.*

Conſuetudo non inducitur per actibus coactis,& per metum exortis ibid.

Poſſidenti, clauſula, vel precatio nullum

nullam ius acquiritur in incorporalibus ex ſua poſſeſſione ibid.

4 *Teſtes ſubditi non ſunt repellendi à teſtimonio dicendo.*

Teſtium varietas in non ſubſtantialibus non eſt conſiderabilis. ibid.

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur ſi non apparente tacito eorum conſenſu, & acquieſcētia cum præſcriptione longi temporis, ſub prætextu conſuetudinis cogantur ad Moléndina Baronum accedere ad molendum, vel ad coquendum panem in eorum furnis, vel ad eorum tapeta ad triturãdas oliuas.

GRAVAMEN LXXXIV.

AD ampliationem dictorum ſupra *tom. 1. grauam.* 58. addi poteſt, grauari vaſſallos, quoties ſub pretextu conſuetudinis inueteratæ, & longiſſimæ præſcriptionis non apparente tacito eorum conſenſu, cogantur per Barones ad ipſorum molendina accedere ad molendum, vel ad ipſorum furnos ad coquendum panem, vel ad eorum tapeta ad triturandas oliuas, & ad ſimilia; prout ſic in caſus contingentia meum propalaui votum mo tus ex *deciſione Rotæ Romanæ in vna tiburtina iuris molendi Veneris 4. Iunij* 1611 *coram R. P. D. Remboldo*, cuius tenor ſequitur, vt infra.

1 Domini non dubitarunt non tantum ex priuilegio, ſed conſuetudine etiam legitimè præſcripta acquiri poſſe ius cogendi homines aliquius Vniuerſitatis ad molendum in ſuo molendino.

Verum ad inducendam huiuſmodi conſuetudinem requiri dixerunt vltra curſum tanti temporis quod ſufficiat ad cauſandam præſcriptionem tacitum etiam conſenſum illorum contra quos præſcribitur, cum enim actus accedendi hanc, vel illam molam ſint meræ facultatis, non poteſt per ſimiles actus etiam longiſſimo tempore cõtinuatos introduci aliqua conſuetudo, vel ſeruitus, niſi prohibitus accedere aliquod molendinum acquieuerit, quod ſi à die prohibitionis decurſum ſit tempus legitimum ad complendam præſcriptionem poterit compelli, ne alibi molat, vt poſt *gloſ. in l. qui luminibus, ff. de ſeruit. vrban. præd.* in puncto determinat *Abb. in cap. ſignificante num. 1. de appellat. & in cap. Abbate num. 9. & ſequen. de verb. ſignif.* quem ſequitur & refert *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 50. & ſequen. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Iaſ. in rubr. ff. quemadmodum num. 30. & ſequen. ff. de flumi. Roland. conſ. 22. num. 23. lib. 1. Iaſ. conſ. 161. num. 9. & ſequen. lib. 1. Boer. deciſ. 125 num. 5.* cum alijs relatis per *Menoch. de arbitr. iud. caſ. 160. num. 8. & ſeq.*

Cum igitur in ſupradictis requiſitis deficiant probationes D. Ducis, iure merito denegandum eſt pro nunc viſum fuit mandatum de manutenendo. Nam dato etiam quod teſtes deponant homines montis Cęlij publico edicto prohibitos fuiſſe alibi quam in molis D. Ducis molere, nihilominus non probant ipſos huiuſmodi prohibitioni quieuiſſe neque minus præſtringũt tempus acquieſcentiæ, an ſcilicet fuerit ante litem motam, vel poſt, & quanto tempore durauerit.

2 Neque enim ex ſimplici acceſ-

ſu

ſu hominum dicti loci ad molas D. Ducis argui poreſt acquieſcentia prædicta quia poterunt hoc facere vel ratione liberæ facultatis eundi quò ipſis magis erat commodum accedere molas D. Ducis, quam aliorum, vel ex quauis alia cauſa potius quam animo,& acquieſcendi, cum ex obſeruantia præcepti negatiui non inducatur præcisè obedientia,vt inquit *Bald.in l.2.num.60.de ſeruit. & aqua*. & in ſimilibus terminis fuit dictum in vna *Bonon. iuris macinandi*,relata inter impreſſas *diuerſ. deciſ.* 70. *num.* 14. *lib.* 2. conſuetudo verò debet eſſe certa, & clara ad exemplum legis, quam imitatur, vt tradit *Hoſtienſ. in cap. fin.in fin.de conſuetud.*

3 Quinimò quatenus etiam huiuſmodi acquieſcentia probatur, potius cenſenda eſſet coacta, & metu exorta,tum quia regulariter in ſubdito præſumitur metus, *Surd. conſ.* 127.*num.* 25. tum quia præcepta pęnalia iuſtum metum inducunt, *Bart.in l.creditor in fin.ff.de ſolut*. Ex actibus autem coactis nulla naſcitur conſuetudo, neque acquiritur ius cogenti, vt latè probat *Natta conſ.*106.*num.*12.*lib.* 1. & regulare eſt quòd in corporalibus nullum ius acquiritur ei, qui vi, clam, vel præcario poſſidet *l.*1.*C.de ſeruit. & aqua l.ſi quis diurno ff.ſi ſeruitus vendicetur l.*1.*in fin.ff. de aqua pluu. arcend.*cum ſimilibus.

4 Cæterum exceptiones contra teſtes D.Ducis deductę habitæ fuerunt pro nunc ſatis turbidæ, neque enim ex eo quod vaſſalli,& ſubditi D.Ducis ſunt à teſtimonio dicendo repellendi ex traditis per *Imo. in cap. in his ſub num.*22.*verſ. ſecus ſi ſolum de teſtib.* cum alijs latè congeſtis per *Gabriel. eod. tit. concluſ.* 10. *num.* 21.*Alber.in l. idonei* in principio *de teſtib. Ruin. conſ.* 53. *num.* 6. *vol.*4. *Gabriel. d.conſ.* 10. *num.* 32. Et licèt in eorum dictis varij videātur nihilominus cum varietas non conſiſtat in ſubſtantialibus, & modica ſit, non erit aliqua conſideratione digna per ea quæ deducit *Alex.in conſ.*5.*num.*10.*lib.*1.vbi plures teſtes à contrarietate defendit, & ſequitur *Dec.conſ.*100. *num.* 4. & præſertim quia teſtium dicta non ſunt cauillanda,ſed pro viribus ſubſtinenda *cap. cum tu de teſtib. l. quoties ff. de rebus dubijs*, & ex hijs fuit ità concluſum,ſola communitate informante.

SVMMARIVM.

1 *Ius paſſagij eſt inter iura dohanæ.*

2 *Ius paſſagij debetur, vbi eſt conſuetum.*

3 *Paſſagia exiguntur in multis locis Regni.*

4 *Paſſagia non exiguntur à Baronibus.*

5 *Barones Regni fuerunt citati ad exhibendum titulum paſſagij.*

6 *Vectigalia ſunt regalia, nec poſſunt poſſideri ſine titulo.*

7 *Grauamen imponitur, quando ius paſſagij per Barones exigitur in rebus, quæ pro vſu proprio, vel familiæ vehuntur num.*8.

9 *Paſſagium non poteſt exigi pro homine,& capite libero.*

10 *Homines non veniunt ſub generali obligatione bonorum, vel mercium.*

11 *Decima debetur de omnibus fructibus,ſecus de homine.*

12 *Grauamen inducitur ſi ex corpore mortuo ſoluatur paſſagium.*

13 *Homines de illo quod in collum deferunt, nihil ſoluere tenentur.*

14 *Paſſagium non tenetur ſoluere quis pro falce,aratro,& ſimilibus.*

15 *Paſſagium non exigitur pro vitulo quãdo defertur vacha cũ eo lactãte.*

16 *Paſſagium non exigitur de bonis Curiæ.*

17 *Barones grauant vaſſallos, exigentes paſſagium pro bonis, pro quibus nō ſolitum.*

18 *Paſſagium ſoluitur de animalibus, merces ſunt immunes.*

ARGVMENTVM.

Barones grauant, ſi exigant ius paſſus pro bonis, quæ pro vſu tranſeunt, vel pro homine, vel cadauere, vel ex bonis in collum portatis, aut pro mercibus, pro quibus conſuetum fuit nihil ſolui.

GRAVAMEN LXXXV.

1 INter cætera iura dohanæ huius
Regni Neapolis reperitur ius
paſſagij, vt apparet ex *ritu Regiæ*
Cameræ ſub rub. de Iure fūdici in ſinalibus verbis verſ. paſſagium verò, &
ex alio Rit. ſub Rub. de iur. paſſagij incip. *paſſagium* diſponens loci ius
deberi, vbi eſt conſuetum, etiam
quod in loco non ſit dohana quod
2 ius multi Barones Regni habent
incluſum, ſub barulationibus, & etiam ſeparatum ex ſpeciali conceſſione.
3 Ita quod in Regno exiguntur
multis in locis talia paſſagia, ob
quod temporibus Ferdinandi Primi præcedente eius ordine fuit per
Regiam Cameram deſtinatus commiſſarius, per totum Regnum Petrus Gyptius de Aptiſſa Præſidens
Regiæ Cameræ, qui informationem caperet de paſſibus totius Regni, & de Iuribus, & Capitulis Baronſi ſuper paſſibus, quos exigebāt
4 in prædictis exactionibus, & compilatis multis proceſſibus fuerunt
omnes Barones, & Domini paſſuū
prædictorum cōdemnati quod abſtinerent ab exactionibus prædictis, & ſic prohibiti multi paſſus de
qua prohibitione legitur *in Capitulis Ciuitatis Neapolis fol.* 103. &
multi etiam paſſus fuerunt admiſſi,
ſed limitati quod fuit in *Anno* 1469.
Cumque ab illo tempore creuiſſet
de nouo abuſus, & exorſiones, in
exactionibus paſſuum prędictorum
nec non de nouo multi paſſus erecti, & exactionibus aliquo iure, vel
titulo legitimè fuit per totum Regnum in parlamento generali ſupplicatio porrecta Illuſtriſſimo Domino Proregi in anno. . . .quod
ſuper his mandaret prouideri, &
commiſſo hoc negotio per ſuam
Excellentiam Regiæ Cameræ, &
per illam Regenti Moles tunc Præſidenti fuerunt citati omnes Baro-
5 nes Regni exigentes hoc ius paſſagij ad exhibēdum titulum ad quod
de iure teneri ipſa Regia Camera
determinauit, vt refert, & latiùs
probat *idem Moles in deciſionibus manu ſcriptis tit. de iuribus paſſuum*
6 reddens inter alias illam rationem,
quia ſunt vectigalia quæ regalia
ſunt, & ſine titulo non poſſunt poſſideri ad tradita per *Frecc. in tract. de ſubfeud. auth. 7 lib. 2.* à quo onere
exhibendi fuerunt excuſati Barones carentes titulo, qui probauerant exactionem factam ab immemorabili tempore *ex Ritu Regiæ*
Cameræ ſub rub. de iur. paſſagij in fin. ibi vel ſi eſſet conſuetudo cuius
non eſt memoriæ, & *cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignificat.*
Oſtienſ. in ſumm. de cenſibus in verb. exactiones Salic. in l. vectigalia C. de vectigalib. Loffred. conſ. 4. *column. penult.*

7 Cæ-

7 Cæterum ſubintrabit Grauamẽ
quando huiuſmodi exactio paſſagij
fieret pro bonis quæ pro vſu tran-
ſeunt quia pro illis non eſt permi-
ctenda exactio *ad text. in l. Vniuerſa*
C. vectigalib. l. ſi publicanus §. 1. *de pu-*
blicanis l. cenſoria ff. de verb. ſignific.
Gloſſ. in Clement. fin. extra de cenſibus
Gloſſa in cap. ſuper quibuſdam §. *præ-*
terea de verb. ſignificat. Guid. Pap. de-
ciſ. 8. & alios referendo iudicatum
in Regia Camera dicit *Moles cit.*
tit. quæſt. 2. vbi idem probat deter-
8 minatum pro bonis quæ tranſeunt
pro vſu familiæ, *ex Gloſſ. in d. leg. ſi*
publicanus §. 1. *de publican. ea cit. l.*
Vniuerſi C. vectigalib. Boer. dec. 113.
Tuſc. concluſ. 3. *num.* 11. *& ſequ. lit.* G.
Surd. conſ. 205. *vol.* 2. *&* 307. *vol.* 3.
Molſes. in ſumma to. 2. *tract.* 12. *cap.*
22. *num.* 93. *vbi latè.*
9 Idemque recenſet iudicatum
pro homine, & capite libero ne poſ
ſit exigi pedagium ob quod fui in-
iunctum mãdatum Baronibus exi-
gentibus, vt abſtinerent, tum quia
ſub obligatione bonorum, vel mer-
10 cium non veniunt homines *l. obli-*
gatione generali cum ſequentibus ff. de
pignoribus Florian. in l. 2. *ff. ad leg.*
Aquiliam, tum etiam nam licèt de
11 omnibus fructibus debeatur deci-
ma tamen ſecus de homine *Zaba-*
rell. in Clement. prima de decimis etiã
ſi homo ſit leno, vel meretrix quia
illa qualitas non afficit, & ideo ve-
ctigal exigi prohibetur ad tradita
per Angelum in auth. de lenonibus.
12 Et grauamen eſſe quando de
corpore mortuò quod tranſit exi-
gatur tale paſſagium patet, ex *dec.*
eiuſd. Regiæ Cameræ ſub die 12. *Iunij*
1555. facta in cadauere Alfonſi
Baſurti dum habuit pro vero nihil
pro tali effectu eſſe ſoluendum eo
quia homo mortuus nõ dicitur ho-
mo ſicque probat *idem Moles d. tit.*
de Iuribus paſſuum quæſt. 3.

Similiter dicens fuiſſe deciſum
& quotidie ſolere Regiam Came-
ram expedire prouiſiones non tene-
ri homines aliquod in collum infe-
rẽtes etiã ſi ſint merces aliquod ſol
uere quia deſeruiũt quodamodo ꝓ
vſu, & quia modica sũt *ex tex. l. ſe ad*
det §. *ſi qui mulierem ff. locat.* ibi cum
neque vectura eius magna ſit *l. ſed*
& ipſi §. *Iulian.* & ibi *Bart. ff. nautæ*
Caupones, & ſtabular.
14 Ad huc dicit deciſum ſi aliquis
deferret ferrum falcẽ, vel aratrum
quod nil ſoluere debeat tanquam
illa ſint neceſſaria iſtrumenta pro
cultura *d. l. vniuerſi C. vectigalib.*
15 Item ſi vacca haberet vitulam
lactantem pro vitulo deciſum ait
non eſſe exigendum paſſagium *per*
tex. in d. l. ſed addet §. *ſi quis mulierem*
& ibi *Bald. ff. locat.*
16 Inſuper de bonis Regiæ Curiæ,
& de curribus feni qui aſportantur
à mantione Roſarum ad Regiam
Cauallaritiam fuit decretum nihil
debere ſolui contra Baronem caſa-
lis Principis cui fuit iniunctum, vt
deſiſteret ab exactione, quam acte-
nus fecerat ſuper Põtem Anechini
per d. l. Vniuerſi C. uectigalibus.
17 Grauaretque pariter Baro quan-
do exigeret paſſagium, vel vectigal
pro illis mercibus pro quibus con-
ſuetum non fuit ius illud exigi, cum
in illis ſpectanda ſit conſuetudo
iuxta *Rit. Cameræ de iur. paſſagij*, nec
iuriſdictio quæritur, nec conceſſa
intelligitur, niſi in his in quibus re-
peritur exercitata *Bart. in l. licitatio*
§. *earum ff. de public. Andr. in cap.* 1. §.
uectigalia num. 14. *quæ ſint Regalia.*
18 Sed non reticeam dicere quod li-
cet Merces ſint immunes tamen
animalia illas aſportantia non re-
dũtur immunia, & proindè tenẽtur
ſoluere ius paſſagij quod vulgò di-
citur, *la corritura, ad tex. in l. cum*
plures §. *uehiculum*, *& ibi Doctores*

ff.locat. Bart. in l. prima §. *hinc ſi ff.
de publican.* dicens quod nihil ſit in
ſalma debet ſolui pedagium pro
mulo, & ita determinatum per Re-
giam Cameram probat idem *Mol.
ſępius citat. uerſ.* 9. *pro corritura* in-
ferens ꝙ ſi Neapolitani immictant
merces in Ciuitate cum mulo alie-
no licèt non ſoluatur gabella sbar-
rarum pro mercibus quia Domi-
nus eſt immunis ſoluit tamen ga-
bellam Dominus muli ſi ſit exter
pro illa induſtria vecturæ quam fa-
cit *ad text. in l. qui ſella in princ. ff. de
ſeruit. Ruſt. præd.*

SVMMARIVM.

1 *Paſſagium non licèt exigi à Baronibus à tranſeuntibus per Pontes ſuper fluminibus ſituatos, quando sūt refecti ſumptibus tranſeuntium.*

2 *Paſſagium quando exigitur de ponte diruto, grauamen ſubintrat, ſecus quando de ponte refecto num.* 3.

4 *Paſſagium quando exigitur de ponte ſi tranſeuntes non tranſeunt per pontem, ſed per aquas tenentur ſoluere ius paſſagij.*

5 *Paſſagium quando ſoluitur per tranſeuntes per ſchaſam, ſi tranſeunt pedeſter tenentur etiam ſoluere.*

6 *Dirictum fraudat quis, quando tenetur tranſire per locum, & non tranſit.*

ARGVMENTVM.

Barones grauant quando non reficiunt Pontes, & eis dirutis exigunt paſſagium à tranſeuntibus.

GRAVAMEN LXXXVI.

1 QVoties vtiles terrarum Do-
mini à tranſeuntibus, per
Pōtes ſituatos ſupra flumina, ſi pō-
tes huiuſmodi reperiantur diruti
eorum ſumptibus conſtruere, vel
reficere obligantur, illiſque dirutis
exiſtentibus, minimè licet ius paſſa
gij exigere, cum illud ſit quædam
iuriſdictio circumſcripta loco extra
quem exerceri nequeat *Bald. in l.
ſi plures num.* 14. *C. de condit. inſert.
Afflict. ſuper feud. in tit. quæ ſunt rega
lia in uerb. uectigal. num.* 82. *Caſſan.
in conſuetud. Burgundiæ Rubric.* 1. §.
4. & irà determinaſſe Regiam Ca-
meram Summariæ habemus atte-
ſtatum apud *Reg. Moles in tit. de iu-
ribus paſſuum quæſt.* 3. *art.* 11. *in ma-
nuſcriptis.*

2 Indè ad noſtrum propoſitum
exoritur grauamen vbicunque exi-
ſtente ponte diruto exigatur vecti-
gal pro paſſagio.

Cæterum, quia refecto ponte
reſuſcitatur illa iuriſdictio *l. ſi locus
3 ff. quæ ad seru. admitt.* Bald. *in rubric.
de rerum diuis. nu.* 28. licita erit hu-
iuſmodi exactio quoties pons di-
rutus eſſet reſtauratus.

Quo ponte exiſtente bonæ con-
ditionis, vt per illum poſſit tranſiri,
4 ſi in eo adſit ius paſſagij, quamuis
aliquis nollet tranſire per pontem
ſed per flumen ſuis pedibus cogi-
tur ſoluere, ſicque videmus etiam
5 in iuribus ſcafarum exiſtentibus in
fluminibus ex iure Baronali, nam ſi
quis nollet ſupra ſcafam, ſeù barcā
aſcendere, & tranſire flumen, & pe
deſter per aquas meare, adhuc po-
terit adſtringi ad ſoluendum ius.

6 Cuius opinionis redditur ratio,
non qui tenetur tranſire per locum
& non tranſit fraudat dirictum,
Bal. in l. 3. *C. de Priuileg. Fiſci, Guid.
Pap. decis.* 572.

Sed circa id adhuc ſubintraret
grauamen quando contrarium eſ-
ſet ſolitum, *Moles ubi ſupra in uer-
ſic. ſed ſi aliquis*, vbi recenſet Re-
giam

giam Cameram noluiſſe articulum decidere, & conſuetudini ſe remiſiſſe.

SVMMARIVM

1 *Paſſagium ſoluitur vbi eſt conſuetum.*
2 *Barones exigentes paſſaggium vbi non eſt conſuetum, illo priuantur.*
3 *Paſſagium ſoluere tenentur tranſeuntes etiam per diuerſa loca, vbi ſolitum eſt ſoluere paſſaggium.*
4 *Fraudis occaſio debet tolli.*
5 *Dohanam fugiens, ſoluit diriƈtum.*
6 *Paſſagium quamuis debeat exigi in vno loco poteſt tamen Baro tenere plures cuſtodes, ne diriƈtus fraudetur.*

ARGVMENTVM.

Barones grauant exigẽdo ius paſſagij in alio loco quam in deſtinato.

GRAVAMEN LXXXVII.

1 PAſſagium eſſe ſoluendum vbi eſt conſuetum, & non alibi, patet *ex Ritu Regiæ Cameræ ſub Rubri: de iure paſſagij, & ex §. ſoluitur. ſub rubric. de iure fundaci.*

2 Et Barones contrarium facientes tali iure priuari debere notarũt *Butr. & Felin. in cap. 2. extra de iudicijs.*

Et iuxta ſupradiƈta deciſum per Regiam Cameram in paſſu Atripaldi Aliſij, Morconij, & alijs teſtatur *Moles in ſuis dec. manuſcrip. tit. de iuribus paſſuum quæſt. 3. art. 14.* incipit *Item fuit dubitatum.* vbi tamen hanc ſententiam agnouit veram ſi pedagium eſt conſtitutum ſuper certo loco, ſecus ſi ſuper territorio quia illud ius cohæret toto territorio, *Bart. in l. locare ff. locati Bald. in l. ſi ea lege. C. de vſuris, & in conſ. 202. num. 7. vol. 2. & in conſil. 293. vol. 4. & conſ. 123. & Iaſ. conſ. 81. num. 5. vol. 3.*

3 Nec non ſi appareret quod dedita opera tranſeuntes velint tranſfugere paſſagium, & ire per diuerſa, & inuſitata loca, ne ſoluant, quia tunc tenentur ſoluere *l. cum proponas C. de naut. fæno ibi, nec loco nauigij*
4 *ſeruato,* vbi etiam *Bal.* notat occaſionem fraudis debere tolli *l. ſi quid. C. de iur. public. lib. 12.* & ideò in alijs iuribus Dohanarum eſt prouiſum quod fraudantes ſoluant, & *in Conſtit. Regni Magiſtros fundicarios in fin. argum. tex. in l. Imperatores ff. de public an.* vbi etiam *gloſſ.* & quod di-
5 cit *Ritus*, quod qui fugit dohanam ſoluit diriƈtus, vt de iure fundaci, *in §. fundicus flagelli in fine,* & de iure dohanæ *§. qui fraudat hoc ius, & de iure cambij.*

6 Hinc eſt quod licèt paſſagium, debeat exigi in vno loco, poteſt tamẽ Baro tenere plures cuſtodes, ne fraudentur diriƈtus, dumodo indebitè non exigat, *Angel. in auth. nec ſi heres C. de litigioſ. l. ſi ita §. dominus ff. de vſu, & habitat,* vbi *Alberic. Iacob. de feud. uerſ. de caſtro.*

SVMMARIVM.

1 *Satisfaƈtio debet dari uaſſallis pro rebus proprijs.*
2 *Princeps auferens bona à tertio condignam ſatisfaƈtionem dare debet.*
3 *Princeps tenetur ad ſatisfaƈtionem damni.*
4 *Damnum patientes ex cauſa Fiſci, contra ipſum habent regreſſum.*
5 *Ciuitas faciens foſſata per agum alienum damnum reſarcire tenetur.*

AR.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi ob commune bonum res auferantur, nec digna ſatisfactio eis detur.

GRAVAMEN LXXXVIII.

1 EXoritur grauamen contra vaſ
ſallos, ſi eiſdem ad commune
bonum auferantur res propriæ, nec
condigna ſatisfactio ijſdem detur.
Recipit incrementum hoc axio-
ma ex tex. in l. venditor §. ſi conſtat
2 *ff. commun. præd.* vbi probatur Prin-
cipem, qui propter bonum com-
mune rem aufert à tertio teneri ad
condignam ſatisfactionem confir-
mant *Gloſ. in l. Barbarius ff. de offic.*
præſid. fusè *Felin. in cap. in Eccleſia-*
rum num. 28. de conſtitut. Pinel. in l. 1.
part. 3. num. 62. C. de de bon. matern.
Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 48. à
num. 9. & alij apud *pheb. Rot. Luſitan.*
deciſ. 94. tom. 1. vbi *num. 7.* quod
3 Princeps tenetur ad ſatisfactionem
damni *ex l. item ſi verberatum* §. 1.
ff. de reiuendic. & ex coadunatis
per *Iaſon. in l. fin. C. ſi contra ius, vel*
vtilit. public.

Confert in adiuuamen *tex. in l. 2.*
4 *C. commun. rer. alien.* dum diſpóſitur
patientes præiudicium ex cauſa fi-
ſci, eiuſque de Priuilegio, habere
regreſſum aduerſus eundem, quod
ſimiliter confirmat *Dec. in conſ. 520.*
ſub num. 4.

Nec non iuuat ſupradicta *Theo-*
rica Bald. in l. 2. C. pro quibus cauſ.
ſeruit. pro pram. libert. quatenus
5 autumauit, quod ſi ciuitas faciat
foſſata per alienum agrum, eiuſdem
agri prætium ſoluere obligata eſt.

SVMMARIVM

1 *Alimenta concionatori ſolita dari à Parocho, vel Archipresbytero ab illo ſunt continuanda.*
2 *Prædicatio verbi Dei eſt pars curæ.*
3 *Prædicare tenentur Curati per ſe, vel per alios, & ad id cogi poſſunt num. 4.*
5 *Elemoſina ſolita dari prædicatori ab Vniuerſitate, non debetur Parocho prædicanti in Parocchia.*
6 *Conſuetudo, vt populus ſubminiſtret alimenta concionatori valet, & qualis illa debeat eſſe num. 7.*
8 *Conſuetudo tendens ad fauorem piæ cauſæ, ſi fuerit decennalis obligat infuturum.*
9 *Parochus qualiter ad alimenta concionatori præſtanda teneatur, & quando populus.*
10 *Concionator alendus eſt ex reddi-tu ad id deſtinato.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, ſi exiſtẽte decẽnali conſuetudine, vt Parochus, ſeu Archipreſbiter loci preſtet alimenta concionatori, ipſi ad hoc per Baronem cogantur.

GRAVAMEN LXXXIX.

FVit reputatum grauamen à diſertis viris in collegio habito, ſi exiſtente conſuetudine antiqua, quod Archipræsbiter loci præſtare ſolet alimenta concionatori prædicanti in Eccleſia matrici, cogerentur ciues, ſiuè vniuerſitas à Barone, vel alio ad ipſa præſtanda, cum illorum præſtatio ab Archipreſ-

presbitero ſit continuanda.

Sumit robur hoc axioma ex *Cõcil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat* in illis verbis videlicèt *impenſis eorum qui ea præſtare, vel tenentur, vel ſolent*, vndè cum ſolitum erat, quod Archipreſbyter loci ſubminiſtraret alimenta non erant cogendi ciues, ſed ille.

2 Tantò fortiùs, quia de iure, verbi Dei prædicatio eſt pars curæ, munuſque concionandi de iure, animarum curæ eſt annexum *Gloſſ. in clement.* 1. in verbo *officia de Regula. & in clement. dudum de ſepultur. Viſcont. in concluſ. iur. verbo prędicare.*

3 Itaut Parochi, Archipresbiteri ſeù Curati per ſeipſos, vel ſi fuerint impediti per alios ſuis Eccleſijs prædicare obligatur ex *Sacro Concil. Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. §. Archipreſbiteri, & d. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat.* quod ſi ab Epiſcopo moniti huic

4 prædicandi, ſeù exortandi muneri diebus ſaltem feſtis minimè ſatiſfecerint, ſed per tres menſes fuerint contumaces, cenſuris Eccleſiaſticis, ſeù alijs pœnis arbitrio Epiſcopi etiam per ſubtractionem ratæ partis fructuum beneficij, alteri eidem muneri ipſius loco ſatisfacienti applicandæ cogendi ſunt, vt per idem *Concil. loco citat. Leo in theſaur. fori Eccleſ. part. 1. cap. 8. num. 3.*

5 Et Parocho per ſe ipſum concionanti minimè licèt prætextu cuiuſcumque paupertatis prætendere ſibi præſtari elemoſinam ſolitam dari prædicatoribus alias ab Vniuerſitate electis, vt deciſum in veſtana 20. Martij 1621. refert *Aldan. in compend. iur. canonic. reſolut. lib. 1. tit. 4. num.* 8. quem ſequitur, & nominat *Barboſa de officio, & poteſtate Parochi cap. 14. num. 4.* vbi plura in materia, prout, & multa etiam coadunauit in *tractatu de poteſtate Epiſcopi alleg. 76. part. 3.*

6 Iuuat ſupradictam opinionem principalem, quia conſuetudo, vt populus alimenta præſtet concionatori valet, & ſeruanda eſt, igitur è contra ſic reſpectu Archipresbiteri dicendum eſt *Ripa conſ. 1. num. 44. de conſuet. Surd. conſ. 62. num. 17. Campanil in diuerſ. iur. canonic. rubr. 12. cap. 13. num. 17. Bellect. diſquiſit. clerical. tit. de cleric. debit. §. 13. num. 7. Leo in Theſaur. fori Fori Eccleſ. d. cap. 8. num. 6.* vbi deciſum recenſet in Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Congregatione ad huius laudabilis conſuetudinis obſeruantiam ab Epiſcopo Populum cogi poſſe ad *text. in cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*, nouiſſimè multò poſt hęc ſcripta impreſſus *Sperel. deciſ. fori Eccleſ. 70.* vbi probat non eſſe neceſ-

7 ſariam immemorabilem conſuetudinem ad cogendum populum pro concionatoris alimentis, ſed ſufficere decennalem, cum illa tendat ad pietatis intuitum *Abb. in cap. ſuam de ſimon. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 17. ſub num. 3.*

8 *Caſſador. deciſ. 1. de conſuet.* cuius fauore diuturna decem annorum præſtatio in futurum obligat *d. cap. ad Apoſtolicam*, & ibi *Felin. num. 3. de ſimon. Marſil. ſing. 197. Rot. in recent. deciſ. 365. p. 2. Trapinel. de oblig. miſſæ concluſ. 4. §. 17. ſect. 4.*

9 Tandem facit pro corroboratione, quia ceſſante huiuſmodi conſuetudine populus minimè tenetur ſed Parochus *Sperel. deciſ. 68. n. 17. & d. deciſ. 70. num. 15.* vbi modificat quando redditus Beneficij ſunt inſufficientes, quo in caſu putat populum poſſe cogi, cum ſit conueniens tali in caſu concionatores ab ijs, quibus ſeminant ſpiritualia, temporalia metiri ex *Campanil. in diuerſ. iur. canonic. d. rubri. 12. cap. 13. num. 17. Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg. 76 num. 16. part. 3.* ſubiungens tamen

id

id ceſſare, quando adeſſet aliquod legatum, vel Redditus ſufficiens huic muneri applicatus, quia tunc nullus alius eſt inquietandus autumans ſic deciſum à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium, prout antè ipſum enunciauerat *Leo in Theſau. fori Eccelſ.* ſæpius indic. *cap.8.ſub.d.n.6.*

SVMMARIVM

1 *Cimbæ ſubditorum poſſunt capi pro uſu Baronis, vel reipublicæ, ſed non ſemper eedem, num.2.*
3 *Naulatio eſt diſtribuenda inter uaſſallos.*
4 *Seruitia inter carreſios uaſſallos ſunt uiciſſim diſtribuenda.*
5 *Æqualitas inter uaſſallos circa ſeruitiorum impoſitionem eſt ſeruanda.*
6 *Inæqualitas eſt inimica legi, & ab illa reprobatur.*
7 *Remiſſio aliquorum, alios tribulare facere non debet.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando pro naulo bonorum Baronalium ſemper ijdem nautæ cum eorum cimbis, ſeù barcis, vel carrerijs cum curribus ſeruire coguntur.

GRAVAMEN XC.

1 QVamuis cimbæ ſeù barcæ ſubditorum pro naulo bonorum Baronalium inuitis dominis capi poſſint, & vaſſalli nautæ in hoc ſeruire cogantur vtili domino mediante ſalutio prout naues & plauſtra, & currus pro vſu, & commoditate Reipublicæ inuitis dominis capi poſſe probat *Ramirez de lege Regia* §.26.*num.56.*

2 Tamen non ſemper ijdem nautæ ſunt ad id cogendi, nec ſemper eedem ſunt capiendæ, ſed modo alia, modo iſti, modo illi tali modo, quod naulatio diſtribuatur inter
3 vaſſallos nautas, & habentes barcas, nec aliqui ſemper, & alij non, ſeruiant, prout ſic extitit prouiſum per Sacrum Conſilium ad fauorem Vniuerſitatis N. contra ſuum vtilem Dominum, qui huiſmodi ſeruitia maritima diſtribuere non curabat inter nautas vaſſallos, & dominos Barcarum, fuit enim ordinatum, vt per circulum vteretur barcis, & nautis, dum ibi aderat copia ipſorum.

4 Idemque dices reſpectu carreſiorum cũ ſuis curribus inter quos diſtribui debere ſeruitia à Barone prouiſum reperio.

Habet adiuuamen hęc concluſio à probatis *tom. 1. grauam. 86.* quæ ibidem videri poterint.

5 Et iuuat, nã in ſeruitiorum impoſitione æqualitas inter vaſſallos eſt ſeruanda, cum inæqualitas ſit ini-
6 mica legi *Cephal. conſil. 784. num. 34. tom.5. Reg. Valenzuel. conſil.* 129. *num.6. uol.*2. vbi *num.*8. annuit illam reprobari à iure *l. illud, & l. ut liberis C. de collat. l. fin. C. commun. utriuſque iudic. l. heredes mei* §. *cum ita ff. ad Senat. conſult. Trebell.* & ibi *Zanch. in repetit. num.26.*

Ita quod ſemper ijdem nautæ, & carreſij compelli non debent, alijs quieſcentibus *cap. accedentes de præſcript. Henriq. ſing.* 62. vbi etiam,
7 quod aliorum remiſſio facere non debet alios tribulare ad *textum in l. 1. C. de Commerc. Luc. de Penn. in l. 1. C. de quib. muner. nom. lic.*

SVM-

SVMMARIVM

1 *Vaſſalli exiſtentes in pacifica poſſeſſione non ſoluendi adhoam Baroni ſi ſoluere coguntur grauantur.*

2 *Baro tenetur ſoluere integram Adhoam, quando vaſſalli non tenentur.*

ARGVMEMTVM.

Vaſſalli grauantur, quando exiſtentes in poſſeſſione nõ contribuendi Baroni pro adhoa, ad id per ipſos cogantur.

GRAVAMEN XCI.

1 SI vaſſalli reperiantur in pacifica poſſeſſione nõ cõtrauenięndi Baroni pro adhoæ ſolutione in illa ſunt manutenendi, nec ſine grauamine poſſent ad contributionẽ faciendam adſtringi?

2 Patet, quia quando ipſi non tenentur contribuere Baroni, Baro ipſe debet ſoluere integram adhoam abſque ſubuentione, vt fuit deciſum ad fauorem Vniuerſitatis Grumæ contra Baronem *die 5. Februarij 1529. vt in adhoar. ſ. fol. 204.* refert nouitèr *Capan. in tract. de iure adhoà quæſt. 5. num.* 18. vbi quod ſtante fide producta, quia nũquam dicta Vniuerſitas ſolita fuerat ſubuenire, licet Baro prætenderet habere priuilegium de tali ſubuentione, Regia Camera determinauit, quod producto Priuilegio prouideretur, & interim dictam Vniuerſitatem non eſſe moleſtandam, ſed tale onus ſpectare ad ipſum Baronem, qui integrè totum adhoum ſoluere deberet, vt eius proprium debitum.

Indè cum caſus hiſce temporibus accidiſſet in facto, & fuiſſem inſtatus de voto, iuxta ſupradicta illud impartitus fui, & ita ab aduocatis primarijs Regij Patrimonij pariter cõſultum fuiſſe certioratus fui alia vice à quodam Illuſtriſſimo Titulato Regni.

Et iuxta ſupra relata currit praxis hodierna, & priſcis temporibus paritèr ſic ſeruatum extitiſſe audio.

SVMMARIVM.

1 *Operarij ſoliti locare operas regulariter non tenentur, ſi obediant mandato conductoris in re, quæ de ſui natura non ſapit delictum.*

2 *Operarij debent excuſari ex ignorantia veri poſſeſſoris.*

3 *Operarij conducti ſi ſunt vicini prædio, debent inueſtigare an conductor ſit illius poſſeſſor.*

4 *Notificatio facta operarijs ne laborent in territorio, eis nocet, ne ignorantiã allegare poſſint.*

5 *Operarij fructus immaturos colligentes non excuſantur à dolo.*

6 *Operarij de nocte fructus colligentes præſumuntur in dolo.*

7 *Operarius conductus à clerico, ſi inquiratus à quo eſt cognoſcendus.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli quotidiè conuenta mercede alijs operas diurnas locantes grauantur, ſi moleſtentur, eo quia ex mandato conductoris in aliqua poſſeſſione litigioſa foderint.

GRAVAMEN XCII.

QVidam Baro ad quærelam cuiuſdam carcerari fecerat plures

plures operarios, qui de mandato, & nomine alterius in certa Maſſaria foderant, quam querelans ad ſe ſpectare, & à ſe poſſideri aiebat, & deturbata poſſeſſione illos condemnare intendebat, cum autem ipſi operarij nominaſſent dominũ, & authorem, qui eos cõduxerat, eiſdemque mandauerat, vt foderent, & talis acceptaſſet, dicendo ipſum dediſſe ordinem fodiendi prætendendo ad ſe ſpectare poſſeſſionem dictæ Maſſariæ, dũ hoc non obſtãte adhuc illi pauperes operarij ſub claui retinerẽtur, & officiales dicti Baronis prætenderent cõpoſitionem, dixi conſultus non potuiſse prædictos moleſtari abſque notorio grauamine.

1 Siquidem operarij in nihilo tenentur, quando obediunt mandato conductoris in re, quæ de ſui natura non ſapit delictum, ſignanter, ſi mandetur quotidiè conſueta mercede alijs ſuas operas diurnas locantibus, vt agrum colant, vel ſegetes ſecent *Gloſ. in l. in rem §. ſignũ ff. de reiuendic. Menoch.* poſt alios *de retiuend. poſſeſſ. remed. 3. num. 314. & de Arbitr. iudic. caſ. 354. à num. 35 Surd. conſ. 22. num. 40. Magon. deciſ. florent. final. Ambroſin. deciſ. Peruſ. 8. ſub num. 4.*

2 Excuſantur. n. ob ignorantiã, cũ de facili poſſint putare bona poſſideri ab illo, qui ipſos conduxit, eiuſque aſsertioni credere, nec aliud perquirere obligantur, nam teſte *Bald. conſ. 144. lib. 1.* maius tempus occuparet inueſtigatio, quam opera *l. inter quos §. dominus ff. de damno infecto.*

3 At non excuſarentur operarij ſi eſsent vicini prædio, cum tunc habeãt præſumptionem contra ſe, vt ſciant verum poſſeſsorem *Plotus de in litem iurando §. 49. ſub num. 27. Bal. conſ. 440. lib. 3.* vbi quod quando ſunt vicini inueſtigare tenentur *Ripa in cap. decernimus num. 41. de iudic. Laderch. conſ. 296. Ludouic. dec. peruſ. 103.*

4 Prout ſic pariter eſset, quando ipſis operarijs id fuiſset notificatum, & hoc non obſtante laboraſſent, cum tũc in mala fide conſtituti ſint, nec ignorantiam allegare valebunt ad *tex. in l. ſi fundum C. de reiuendic. Pinel. in repet. auth. niſi C. de bon. matern. n. 14. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 225. num. 5. Laderch. conſ.*

5 *206.* vbi pariter autumat operarios eſſe in dolo quando de mandato alterius fructus immaturos colligunt,

6 vel ſi de nocte id agant; vt latiùs apud eũ, & nouiſſimè ſupradicta pariter comprobat poſt hæc ſcripta impreſsus *Sperel. deciſ. fori Eccleſ. 24.* vbi principalitèr tutatur

7 operarium à clerico conductum de turbata poſseſſione, furto, aut damno dato accuſatum ad forum Ecclſiaſticum eſse remictendum, licèt contrarum probauerit *Caſtrenſ. conſ. 471. lib. 1.* quem ipſe refellere conatur.

SVMMARIVM.

1 *Pena pro damno dato vltra ſtatuta locorum exigi nequit abſque grauamine num. 2. & 3.*

Statuti, vbi adeſt diſpoſitio ceſſat omnibus altercatio ibid.

4 *Pena damni dati, cui applicari ſoleat & num. 5. 6. & 7.*

8 *Pena diuerſa ſolet exigi, quando animalia damnificant de nocte.*

Sed quid ſeruandum ſit, quando poſt ſolis occaſum, vel de mane, ante ortum ſolis, intercipiantur animalia num. 9.

10 *Medium inter diem, & noctem non datur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando vltra ſtatuta, pro animalibus ipſorum interceptis, alienis in prædijs, quid plus ſoluere coguntur.

GRAVAMEN XCIII.

1 Reperio prouiſum priſcis intemporibus, debere abſtinere Barones, vel Vniuerſitates habentes ius contra damna data animalibus in alienis prædijs, nè vltra ſtatuta locorum ab eorum Dominis exigant pænam.

2 Ita vt vaſſallorum exorietur grauamen ſi contrarium ſeruetur.

3 Animalia enim, quando intercipiũtur alienis in prędijs iuxta locorũ ſtatuta pęna exigẽda eſt, cum illa ſint ſeruanda, cum inanis ſit altercatio, vbi illorum clara eſt diſpoſitio *Corn.conſ.*109.*in fin.vol.*1.*Caſal.conſ.*138.*num.*29.*vol.*1.*Cartar.deci.*13.*num.*4.*Ciarlin.controuerſ.*32.*n.*2. vbi alios congregat.

4 Cuius pars ſolet applicari curiæ Baronali, vel Vniuerſitati ſecũdum iuriſdictionẽ, quam in materia damnorum datorum habent.

5 Alia Domino poſſeſſionis.

6 Alia tandem cuſtodibus prædiorum deſtinatis ad talem effectum.

7 At ſi fuerint intercepta à Domino poſſeſſionis abſque cuſtodibus, ſeù guardianis, tunc duæ partes applicantur Domino.

8 Non reticeam tamen dicere pęnam diuerſam eſſe impoſitam in locis reſpectu animalium grandium, nempè baccinarum, quam reſpectu paruorum, vt ſunt capræ, oues, ſues & ſimilia.

9 Cumque augeri ſoleat pæna, quando damnum eſt datum de nocte, ſi talia animalia fuerint intercepta poſt ſolis occaſum, vulgò (à poſta di ſole) vel demanè, antè ſolis ortùm, vulgò (all'alba) tunc pænæ auctio ſubintrat, & ſolet eſſe duplicata.

10 Non datur enim inter diem, & noctem medium aliquod ad textũ *in l.hac verba ff.de verb.ſignific.Luc. de Penn.in l.qui agros C.de omni Agr. deſerto lib.*10. ſicque vidi, & audiui practicari in diuerſis huius Regni Regionibus.

SVMMARIVM

1 *Officiales omnes in Regno perſonaliter ſeruire tenentur.*

2 *Quia eſt electa perſona induſtriæ.*

3 *Officialis alterum non ſubſtituat.*

4 *Electio induſtriæ perſonæ adimit poteſtatem ſeruiendi per ſubſtitutum.*

5 *Iuriſdictio mandata alicui, non mandatur alteri.*

6 *Officialis in cauſa criminali non poteſt alium ſubſtituere.*

7 *Prętor delegans cauſas criminales punitur.*

8 *Prætor totum officium ſubſtituens capite punitur.*

9 *Officiales aliũ non poſſunt ſubſtituere*

10 *Niſi à Rege talis poteſtas fuerit conceſſa.*

11 *Subſtituendi facultas Baronibus Regni eſt conceſſa.*

12 *Prætores de conſuetudine poſſunt in Regno locum tenentem ſubſtituere.*

13 *In caſu tamen neceſſitatis, vel infirmitatis.*

14 *De quo ſtandũ eſt aſſertioni officialis.*

15 *Lex multum pro Iudice præſumit.*

16 *Prætor locumtenentem ſubſtituit in caſu abſentiæ.*

17 *Prætor bene ſe habens non poteſt locumtenentem ſubſtituere.*

18 *Prætor diſcedens cauſa alicuius voti adimplẽdi poteſt locũtenentẽ ſubſtituere.*

19 *Prætor ſi cauſa recreationis à Ciuitate diſceſſerit poteſt locum tenentem ſubſtituere.*

20 *Prætor ſi eod. tempore in duobus locis exercere debet, poteſt locumtenentem ſubſtituere.*

21 *Locumtenens non conſtituitur niſi per modicum tempus.*

22 *Locum tenens non conſtituendus vltra quindecim dies.*

23 *Locumtenens in toto anno non debet conſtitui interpellatis vicibus niſi per menſem.*

24 *Locumtenens ſubſtitutus debet eſſe perſona æque idonea.*

25 *Subſtituens perſonam æque idoneam pro ea non tenetur.*

26 *Prætor ſubſtituens locum tenentem debet ſubſtituere perſonam eiuſdem doctrinæ.*

27 *Locum tenens ſubſtituendus debet eſſe regnicola.*

28 *Geſta per ſubſtitutum valent, etiam aliquando Prætore præſente.*

29 *Locum tenens ſubſtitutus, officialis appellari poteſt.*

30 *Locum tenens ſubſtitutus immunitatibus officialis ſubſtituentis gaudet.*

31 *Locum tenens Prætoris tenet eundem locum in ordine prout eius officialis.*

32 *Locum tenens non cognoſcit de cauſis meri imperij.*

33 *Locumtenens torturam inferre non poteſt, alias punitur.*

34 *Locum tenens ſubſtitutus alium non ſubſtituat.*

35 *Baro poteſt locum tenentem ſubſtituere Prætore abſente.*

36 *Per quindecim dies tantum, vel ad ſummum viginti num. 37.*

38 *Baro poteſt creare locum tenentem propter infirmitatem Prætoris.*

39 *Niſi morbus ſit talis, qui inhabilitet perſonam per multum tempus.*

40 *Officiali inhabili ob infirmitatem Baro alium eligere poteſt.*

41 *Baro poteſt locum tenentẽ ſubſtituere ſi officialis in duabus paruis terris fuerit electus.*

42 *Locum tenente ſubſtituto ſi officialis moriatur, tunc ſubſtitutus continuat officium vſque ad ſucceſſorem.*

43 *Ciuitas Rectore carere non debet.*

44 *Locum tenens poteſt exercere vſque quo per nouum officialem præſententur literę commiſſionales ſi officialis ſubſtituens moriatur.*

45 *Præſentationis tempus attenditur in concernentibus iuriſdictionem.*

46 *Officialis non dicitur ante præſentationem literarum commiſſionalium.*

47 *Officialis ante præſentationem commiſſionis exercere prohibetur.*

48 *Officialis non gaudet dignitate officij niſi ſuſcepta adminiſtratione.*

49 *Officiali ſubſtituente etiam excommunicato locum tenens ſubſtitutus poteſt continuare.*

50 *Inhabilitas delegantis ipſius perſonã, non egreditur.*

51 *Officiali bannito locumtenens continuat officium.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Barones faciunt exercere officia per ſubſtitutos ab officialibus electis.

GRAVAMEN XCIIII.

IN quodam proceſſu antiquo vidi inter cætera porrectum grauamen contra vtilem terræ Dominum, eo quia eligebat officiales & deinde faciebat exercere ſubſtitutos ab eiſdem officialibus, & facta inſtantia in Sacro Regio Conſilio, commiſſa cauſa Conſiliario Vitellio, reperio ibi domi

per

per ipſum prouiſum quod talis Baro abſtineret,& quod faceret,vt officiales electi adminiſtrarent data prius cautione de parendo ſindicatui.

Ita quod patet eſſe grauamen,ſi contrarium practicaretur.

At quia non ſemper eſt prohibita huiuſmodi ſubſtitutio placuit aliqua circa articulum hac occaſione colligere.

Vnde conſtituas regulam quod Officiales omnes tàm Regij, quam Baronales in Regno perſonaliter ſeruire tenentur,& non per ſubſtitutum,quod iure communi Pontificio,Cæſareo, ac Regni Sancitum eſt *cap.fin.*§.15.*autem de offic. deleg. l.fin.ff.de offic.eius cui mandat. eſt iuriſdict.& per Reg.Pragm.*2.*de adminiſtrat.vniuer.idēq;tradidit Carau.in*
2 *Rit.*2.7.& 309. cum electa videatur induſtria perſonæ *l.inter artifices* & ibi *ſcribent.ff.de ſolut.Innoc.in cap. quoniam Apoſtolica num.* 2. *de offic. delegat.gloſſ.in l.nullus verſ.decoratus C.de decurion.lib.* 10.& animaduertit *Bartolom.de Capua in conſt.Regn. officia fol.mihi* 14.

3 Et ideò ſi alteri demandaretur eſſet contra mentem eligentis *Capic.deciſ.* 151. per electionem enim induſtriæ adimitur poteſtas ſerui-
4 endi per ſubſtitutum ſecundum *Azeued.ad l.6.tit.5.lib.3.num.4.noua recollet.*meritò mandatam ſibi iuriſdi-
5 ctionem alteri mandare nemo poteſt *ad tex.in d.l. fin. ff. de offic. eius*, maximè in cauſa criminali,in qua officialis ſubſtituere prohibetur; idemque dicendum in exercitio totius officij, abſque iuſſu, ac ordine ſuperioris.

7 Si quis enim cauſas criminales delegauerit eius bona publicantur
8 ſi verò totum officium ſubſtituerit capitali pœna plectendus per *conſtitut.Regn.duram,cum ſatis,& ea qua per cap. Reg. nos oportunum*, & adnotat *Andr. de Iſern. in conſtitut. Reg.officiam.*

9 Prohibentur itaque omnes officiales,ac Iudices alium ſubſtituere *l.parabulani* §.*ſi quis C.de Epiſcop.& cleric. Capic. in d. deciſ.* 151. *Guid. Pap. deciſ.* 234. *Bartolom. de Capu. in conſtitut.Reg.Iuſtitiarij num.*8.*fol.* 11.& *Paris de ſindicat. in verb. ſubſtitutus.*

10 Niſi à Rege ſubſtituendi poteſtas fuerit conceſſa *l.nullus qui C. de decur. lib.* 10. quæ facultas ſubſtituendi etiam Baronibus Regni cō-
11 ceſſa videtur, cum habeant merum,ac mixtum Imperium,ac quatuor literas arbitrarias *Andr. in tit. quę ſint regalia verſ.bona*,& ideò à Rege talis poteſtas Baronibus conceſſa videtur *l.*1 *C.de præpoſit.agent. in reb.lib.*12.& aduertit, *Andr. de Iſern.in* §.*firmiter num.*33.*de probib. feud.alienat.per Federic.*

12 De conſuetudine tamen Capitanei Baronales poſſunt locum tenentem ſubſtituere, ita affirmant *Bart.in l.nemo eſt qui neſciat ff. de duob.reis*,idem *Bart.& Bald. in l.obſeruare ff. de offic. Proconſ. & legat. Iaſ. in l. certi conditio* §. *ſi nummos num.*12.*ff.ſi cert. petat. Capic. deciſ.* 151.*num.*2.*Afflict.deciſ.*22.*Carauit. in Rit.*3. *num.* 20.& *Carocc. de locat.quæſt.*2.*titul. de merced. commiſſ. num.*19.

13 In caſu tantum neceſſitatis, vel infirmitatis *text.ſunt clari in l.* 2. *C. de offic.eius, qui vic. gerit.& in l.*1. *ff.de offic.eius cui mand. eſt iuriſdict.* & ibi *Alexan. Ang. in Auth.vt cleric. apud propr. Epiſc. coll.* 6. & adnotat *Azeued.lib.*4.*l.*3.*tit.*9.*num.*5.

14 Et tunc ſtandum eſt aſſertioni ipſius officialis ſubſtituentis ad notata per *Gloſſ. in cap. paſtoralis de offic. delegat. in verb. exonerare Bald. in l. de cauſis eod. titul. & in l.*

Imperium num. 9. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Alex. in l. 1. num. 55. & Dec. num. 66. ff. de off. eius Roger. conſ. 15. num. 41. Menoc. de arbitrar. iudic. q. 76. num. 2.

15 Ratio eſt quia lex multum præſumit pro Iudice *Bald. in rubr. de offic. delegat. & Iaſ. in l. donatione in fine C. de collationib.*

16 Item poſſunt locum tenentem ſubſtituere in caſu abſentiæ, maxime ſi pro ſeruitio Regio, vel Reipublicæ cauſa erint receſſuti, tunc enim dicitur abſentia neceſſaria *Carau. in rit. 3. num. 20.*

17 Secus verò ſi præſens, & bene ſe habens fuerit officialis quia tunc prohibetur locumtenentem ſubſtituere, vt inquit *Nepit. in conſuetud. Catinæ tit. 2. centur. 1. num. 61.*

18 Præterea poteſt officialis ſubſtituere locum tenentem, ſi cauſa implendi alicuius voti vellet diſcedere, & opus eſſet pernoctare extra ſuam terram *l. illud ff. de off. Præſid.*

10 Adhuc ſi recreationis cauſa vellet exire id licebit ſecundum *Afflict. in conſtit. Reg. ſtatuimus, vt magne notab. 6. num. 7.*

20 Quinto, & tandem cæteris omiſſis poteſt locumtenentem ſubſtituere ſi officium deberet eodem tempore exerceri in pluribus locis ſeù in duabus paruis terris, vt per *Tappiam lib. 2. iur. Reg. in cap. Reg. quia de Vicarijs num. 7 fol. 139.*

21 Qui locumtenens non poteſt
conſtitui niſi per modicum tempus
abſentiæ, vel impedimenti ordinarij
officialis, ſecundum *Viuium dec.*
356. quod excedere non debet
tempus quindecim dierum, prout
22 iudicatum reperio in Sacro Regio
Conſilio ad fauorem Vniuerſitatis
Solofrę *ſub die 22. menſis Nouembris*
1678. & ad fauorem Terræ Sanctæ
Catherinæ.

23 Quinimò in toto anno non poteſt conſtitui interpellatis vicibus niſi per menſem, vt euitentur colluſiones, ac fraudes, prout ita teſtatur *Maſtrill. libro 1. cap. 29. num. 24. de magiſtrat.*

24 In caſu tamen permiſſo, vt diximus, officialis debet ſubſtituere perſonam æque idoneam, alias non lucrabitur ſtipendia *l. diem functo ff. de offic. aſſeſſor. l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. Carauit. in Rit. 3. num. 16. per Reg. Prag. 6. de Baronib. & per cap. Reg. item quod prædicti officiales.*

25 Multumque prodeſt ſi idoneum elegerit, quia tunc pro eo non teneretur ſubſtituens, *Par. de ſindicat. in verb. ſubſtitutus cap. 2. num. 2.*

26 Debet pariter ſubſtituere perſonam eiuſdem peritiæ, ac doctrinæ, ita *Bart. per illum tex. in l. 1. C. de præpoſit. agentib. in reb. lib. 12. Felin. in c. 1. n. 4. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. & Azeued. lib. 3. l. 4. tit. 9. num. 13.*

27 Locumtenens ſubſtitutus ſit Re
gnicola, prout eſt officialis ſubſti-
tuens, & ità debet practicari ſecun-
dum *Maſtrill. lib. 2. c. 7. de magi. qui*
lib. 1. c. 29. n. 44. in fine dat pulcher-
rimam illationem, quod ſi ſubſtitu-
28 tione facta quoties eum abeſſe
contingerit, & eueniat caſus, quod
Iudex vna die ſit abſens, & alia die
præſens, valent tamẽ geſta per ſub-
ſtitutum, ne ex variatione litigãtes
decipiantur, ex doctrina *Paul. Caſtr.*
in l. ſed & ſi pupillus §. *conditione*
ff. de inſtitut. vbi inquit quod eſt
pulchra inductio, & eſſe valdè no-
tandum ait *Decius in cap. quoniam*
de offic. delegat. & ita iudicatum re-
fert *Boer. deciſ. 149. num. 15.*

29 Et quia locumtenens ſub nomine officialis continetur, & appellatur officialis, vt dixerunt *Pariſ. de Sindicat. in verbo ſubſtitutus Magiſtratus, & Paſcett. conſ. 59. num. 11.*

30 Ideò

30 Ideò eiſdem immunitatibus gau
det, vt comprobat *Auil. cap. 4. prætor num. 8. & 9.*

31 Immò tenet eundem locum in
ordine, prout tenebat officialis ſub-
ſtituens *Bart. in l. comperimus in fine*
C. de proxim. Sacr. ſcrin. lib. 12. Alex.
conſ. 178. vol. 2. & Natt. conſ. 638.
num. 8. vol. 3.

32 Tamen prohibetur cognoſcere
de cauſis meri Imperij *Nig. in cap.*
Reg. quia de Vicarijs num. 11. Guid.
Pap. deciſ. 524. de iure autem cano-
nico locumtenens poteſt expedire
ea quæ ſunt meri imperij, quod &
de conſuetudine ſeruari, ait *Ariſm.*
Tepat. var. ſent. tit. 73. de offic. locum
tene. fol. 119.

33 Nec torturam inferre poteſt, a-
lias puniri poſſet pœna vſurpatę iu-
riſdictionis, exercendo ea, quæ ſunt
meri Imperij *Affl. in conſt. Regn. Du-*
ram, & dram num. 6. Pariſ. de ſindi-
cat. in verb. ſubſtitutus cap. 2. num. 7.
& *Carrab. in ſing. ſind. 114.*

34 Et caueat locum tenens ſubſti-
tutus, ne alium locum tenentem
ſubſtituat, cum de iure prohibitus
ſit, & ita practicari dixerũt *Azeued.*
lib. 3. recopilat. l. 4. tit. 9. nu. 1. Auend.
cap. 3. Prætor. num. 1. & Auiles cap. 4.
Prætor. num. 7. in verb. iuſtit. Tepat.
loco adducto, & Boer. deciſ. 151. nu. 4.

35 Et non ſolum officialis in caſi-
bus prædictis poteſt locum tenen-
tem ſubſtituere, ſed etiam, & ipſe-
met Baro, propter abſentiam, &
impedimentum Capitanei, *Nig. in*
cap. Reg. quia de Vicarijs num. 10.
36 per modicum tamen tempus ab-
ſentię decẽ, vel quindecim dierum,
iuxta notata per *Capibl. in Pragm. 5.*
37 *num. 16. de Baronib. tom. 1.* vel ad
ſummum per viginti dies, quibus
elapſis omninò tenetur officialem
annalem conſtituere ne fiat fraus
legi, & ita iudicatum in S. R. C. te-
ſtati ſumus *tom. 1. Grauam. 195.*

38 Idemque dicendum durante in-
firmitate officialis, vt Baro poſſit
ſubſtituere, ſeu eligere locum te-
nentem per quindecim dies tan-
tum, adnotata per *Tapp. in d. cap.*
quia de Vicarij num. 4. in oper. Iur.
Regn.

39 Niſi morbus ſit talis, qui inhabi-
litet perſonam per multum tempus
iudicio medicorum, quibus in hoc
eſt credendum, vt notatur *in l. 1. ff.*
de ventr. inſpiciend. eo enim *caſu* po-
40 teſt à Barone dimitti, & alius ſu-
brogari *Franc. Marc. in deciſ. 917.*
Maſtuͬrd. de probat. concluſ. 593.

41 Sicuti & locum tenentem crea-
re poterit, quando officium debe-
ret eodẽm tempore exerceri in plu
ribus locis, vt diximus ſuperius de
officiali, tunc enim ex natura rei,
neceſſaria ſequitur conſequentia
ſubſtituendi facultatem conceſſam
in alijs locis, vt affirmat *Reg. Tapp.*
in d. cap. Reg. quia Vicarijs num. 7. in
ſuo opere iur. Regni.

42 In qua ſubſtitutionis materia eſt
animaduertendum, quod ſi facta
ſubſtitutione officialis moriatur,
eo caſu locumtenens ſubſtitutus
poteſt continuare officium vſque
ad nouam creationem, & aduen-
tum ſucceſſoris *l. curatorem ff. de tu-*
tor. & curator. datis ab his. Albert. in
l. quæſitum per illum tex. *de tutelis, &*
videndus eſt Boer. deciſ. 149. nu. 14.
& ſequent.
43 Ratio eſt ne Ciuitas Rectore ca-
reat *ad text. in l. meminiſſe ff. de offic.*
Proconſ. Roman. ſingular. 390. Molin.
de primogen. Hyſpan. lib. 1. cap. 25.
num. 6. & Nevit. ſuper conſuetud. Ca-
tina. num. 66. tit. 2. vbi ampliat vſq;
44 quo per nouum officialem præſen-
tentur literæ commiſſionales do-
ctrina eſt *Parid. de ſindic. in verb. ſe-*
quitur de modo, & Bertazzol. in conſ.
criminali 71. num. 68. vol. 1. nam in
concernentibus iuriſdictionem

tempus præſentationis attenditur, vt dixerunt *Felin.in c.caterum col.11 de reſcript.Bald.in l. ea qua col. 1. de de temporib.in integr.reſtit. pet.* cum ante præſentationem literarum
46 commiſſionalium non dicatur officialis *Bald.in l.ſed & milites §.quaſitum ff.de excuſation.tutor.*

47 Et ideò exercere prohibetur ante dictam præſentationem, vt affirmant *Ann.allegat.143.nu.2. & ſing. 181.Maſull.ad Capi.deciſ.151.Frec. de ſubfeud.tit.quis dicatur dux n.56.*

48 Officialis enim licèt ſit electus in officio, non tamen gaudet Priuilegio, ac dignitate officij, niſi ſuſcepta adminiſtratione *Gabriel. de exequ.rei iudic.concluſ.3. Boer.deciſ. 150.num.6.*

49 Et etiam ſi officialis ſubſtituens fuerit excommunicatus, poterit locum tenes ſubſtitutus continuare, ſecundum *Bart. in l. more maiorum num. 15. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi Socc.num.61. & in cap.ſacro nu.281. de ſentent.excom.*

50 Ratio illa potiſſima videtur, quia iuriſdictionis exercitium recipit propriam iuriſdictionem exercentis, qui eſt ſubſtitutus; & inhabilitas delegantis, ipſius perſonam non egreditur, vt inquit *Socc.ibi*, & alias practicatum fuiſſe dicit *Maſtrill.lib.1.cap.29.num.40.de Magiſtratib.*

51 Idemque affirmandum ſi officialis fuerit bannitus, quia eo caſu locum tenens ſubſtitutus continuare poterit officium, vt notabiliter explicat *Bart.in d. l. more maiorum ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ſequitur Marſil.de bannit.in cap.mortua n.38*

SVMMARIVM

1 *Remiſſio cauſarum, & Reorum cuius expenſis fiat.*

Et quid ſi reus ſit pauper num. 2. & 3. & vide num.4.

5 *Baro quando proprijs expenſis remiſſionem Rei, vel cauſa procurare teneatur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando exiſtentes non ſoluēdo eorum remiſſio Baronum ex penſis ad ipſorum baronalem curiam, vel ad iudicem appellationis non fit.

GRAVAMEN XCV.

1 ET ſi Rei petentis expenſis remiſſio ad proprium forum, vel Iudicem appellationis fieri debeat ad textum *in l.fin.C.de erogat. milit. annon.lib.12.* per quem textum pòſt alios laudatos ſic firmant *Couarr. pract.quaſt.cap.11.num.11. Menoch. de arbitr. iudic. caſ.228. Boer. deciſ. 393.* vbi fusè, *Ludouic.deciſ.peruſ.74 Bobadill.in polit.lib.2.cap.18. num. 328. Praſ.de Franch.deciſ.332.num. 4. Diaz in pract.crimin. canonic.cap. 125.in fin.*

2 Tamen vbi Reus petens ſe remicti ad ſuū forum, vel ab illo declinat ad Iudicē appellationis eſt pauper, nec ſoluendo, debet remiſſio fieri ſumptibus inſtigatoris, vel fiſci ſeù curiæ coadiutoris, vel Iudicis remictere debentis *Faber.in l.minimi C. de Appellat. Aſinius in praxi §. 32. Ampliat. 61. num. 2. Boer. deciſ. 303.num.12. Farinac. in pract. crim. quaſt.7.num.39. Carauit. in Rit. M. C.235.ſub num.13. Aufrer.ad Cappel. Tholoſ.deciſ.100.ſub num.2.* vbi meminit ſic practicatum fuiſſe cum D. Paulo, qui dum à Iudæis coram Feſto, & Agrippa accuſaretur ad Cæ-

ſarem

ſarem appellauit *act.25.& 26.*& ex conſilio iudicatum eſt Paulum per nauigium eſſe tranſmittendum in Italia ad Cæſarem, & traditus fuit Iulio Centurioni, & cuſtodibus ſumptibus fiſci, eo quia Paulus nihil haberet *cap. dilectiſſimus, & c. quia tua, & cap. videntes 12. quæſt. 1.*

3 Indè clerici pauperis remiſſionem eſſe agendam ſumptibus Epiſcopi ordinarij ſui ad quem remittitur probat præ cæteris *Lopez ad Diaz d. cap. 125. Bobadilla in politic. lib. 5. cap. 7. num. 8. tom. 2.* & antè illos *Couarr. pract. quæſt. cap. 33. nu. 5.*

4 Licèt remiſſionem in iſto caſu eſſe faciendam expenſis Iudicis à quo, ſeù eius fiſci veriorem putet ſenteutiam *Carauit. in d. Rit. 235. num. 13.* & ita iudicatum atteſtatur *Aufrer. cit. deciſ.* 100. per textum *in l. lex cornelia §. ſi quis librum ff. de iniurijs*, & nouiſſimè hanc probat ſententiam *Sperel. deciſ. fori Eccleſ.* 18. vbi tractat qualiter, & cuius expenſis clerici remiſſio vnà cum actis facienda ſit à curia ſeculari.

5 At in caſu noſtro, vbi Vaſſallus eſt pauper venit facienda remiſſio ad curiam Baronalem expenſis Baronis, vel ſi fuerit ab illa appellatum ad ſuperiores, eiuſdem Baronalis curiæ expenſis Reus vna cum actis tranſmittendus erit, quod niſi fiat grauamèn ſubintrabit, vt reperio prouiſum annis retro elapſis ad fauorem Vniuerſitatis Rionigri.

SVMMARIVM

1 *Creditori aliud pro alio ſolui non poteſt.*

2 *Creditor aliud pro alio etiam melioris conditionis recipere non tenetur.*

3 *Res vbi venditur, pro pretio data cenſetur.*

4 *Pretium conſiſtit in pecunia.*

5 *Conſtitutio loquens de pretio, intelligitur in pecunia.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando pro rebus commeſtibilibus, & alijs, quas accipit Baro ſeù pro ſeruitijs præſtitis eis pretium in pecunia cõſignare recuſat, ſed aliud loco pretij ipſis conſignat.

GRAVAMEN XCVI.

Conquerebantur quidam vaſſalli de ſuo vtili Domino, eo quia ab ipſis pro vſu domus accipiebat quantitatem rerum commeſtibilium, & deinde in vim ſolutionis cogebat ad accipiendas fruges nempè granum, ordeum, fabas, & ſimilia ſicque etiam agebat pro ſeruitijs præſtitis, quare habito recurſu ad Regiam Prouincialem Audientiam fuit prouiſum, quod magnificus Baro ſe abſtineret, & ſolueret, de contanti in pecunia, & non in alio, mandando quod in poſterum circa hoc amplius non grauaret.

1 Habet fundamentum id ex illa vulgate regula, vt aliud pro alio inuito creditore ſoluendum non ſit *l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. petatur, l. ſi non abtulit. §. ait prætor ff. de re iudic. l. eum à quo C. de ſolut.* exornat *Card. Tuſc. concluſ. 354. lit. S. Guttierez de iuram. confirmat. cap. 29. part. 1.* fusè *Pyr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 7.*

2 Nec aliud pro alio recipere tenetur creditor etiam ſi melior ei offeratur conditio *l. fin. ff. de vſu, & habitat. §. præterea inſtit. de Act. Auth.* offe-

offeratur, & ibi *Gloſ. C. de lit. conteſt. Surd. conſ.* 201. *num.* 3. qui *conſ.* 217. *num.* 31. ex communi affirmat poſt *Bart. in l. talis ſcriptura num.* 3. *ff. de leg.* 1. quod ſi teſtator legauit alicui centum, exiſtentia apud campſorem, & ſi hæres illa non præſtaret, teneretur prædium dare, ſi hæres talem expenderit, velitque alia centum dare, ea recipere non cogitur, ſed vineam petere poſſet.

3 Quando enim venditur aliqua res in dubio data cenſetur, vt habeatur prætium, quod quidem conſiſtit in pecunia numerata ad textũ *in l. quod ſeruus* §. *fin. & l. ſi res ff. de in rem verſ. l.* 1. *de extra ordin. crimin. l.* 2. *ff. de contrahend. empt. Rebuff. in l. pecuniæ appellatione verſic. Item appellatione pretij ff. de verb. ſignific.* 3.

5 Hinc diſpoſitio odioſa loquens de pretio, non procedit, niſi illud ſit in pecunia numerata *Cardin. Tuſch. concluſ.* 485. *lit. P.* poſt *Butr. conſ.* 98. *lib.* 1. *& conſ.* 383. *lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Terminus probatorius impartitur, vel primum decretum de immittendo in poſſeſſionem interponitur Reo in contumaciam perſeuerante, qui intra tres menſes admittitur ad purgandam contumaciam refectis expenſis.*

2 *Decretum ſecundum interponitur Reo perſeuerante in contumaciam illo prius citato.*

3 *Refectio expenſarum realis debet eſſe & non verbalis.*

4 *Minores audiuntur per viam reſtitutionis in integrum ad purgandam contumaciam nullis refectis expenſis.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando exiſtentes minores per reſtitutionem in integrum non admictuntur ad purgandam contumaciam. Etiam non refectis expenſis.

GRAVAMEN XCVII.

Viget *Pragmatica Regni* 3. *incip. relatione ſub Rubrica de ordine iudic.* qua ſtat cautum Reo perſeuerante in contumaciam impartiri terminum probatorium, vel interponi primum decretum de immictendo in poſſeſſionem arbitrio actoris, & infra tres menſes Reum admicti purgata contumacia, & refectis expenſis.

Nec nõ adeſt alia *Pragma.* 4. *incip. Reo* ſub eadem *Rubrica*, qua mandatum extat poſt tres menſes
2 à contumacia contracta procedi ad interpoſitionem ſecundi decreti citato prius interim Reo, niſi tamen comparuerit infra tres dies vtiles, quod de iure communi habemus ſancitum per textum *in l. ſanctimus C. de iudic.* etiam ſi ſit contu-
1 max fictus vt per *Cacher. deciſ.* 9.

3 Quæ quidem expenſarum refectio eſt facienda cum effectu, nec verbalis ſufficiet oblatio, vt obſeruauimus in *d. Pragm.* 3. *de ordin. iudic.* & communiter hodie practicatur in noſtris Tribunalibus.

At grauamen vaſſallorum exorietur, ſi minores per reſtitutionem in integrum reijciantur admicti ad purgandam contumaciam etiam non refectis expenſis.

4 Cuius ſanè dicti ratio aſſignatur quo-

quoniam minores minimè teneantur reficere expenſas, vt tutatur *Teſaur.deiſ.9.* quem refert, & ſequitur *Rouit.in d. Pragm.* 3. & 4. *de ordin.iudic.*

SVMMARIVM

1 *Magiſtratus publica dicitur perſona & ideò publicè ſui copiam facere tenetur.*
2 *Prator aſſiſtere debet in loco publico, & vbi ſolitum eſt curiam regere.*
3 *Prator curiam non regat in remotis locis.*
4 *Prator inhabitare tenetur palatia, & non priuatorum domos.*
5 *Iudicia non exerceantur extra curiam.*
6 *Alias acta ſunt nulla.*
7 *Iudicia non exercenda in priuatorum domibus.*
8 *Niſi publica palatia non adſint.*
9 *Palatium publicum fiminetur ruinam pro curia regenda, tunc aliud eligitur.*
10 *Domus publica ſi non ſit pro curia regenda Baro debet eam ædificare.*
11 *Locus vbi curia regitur à Barone collocandus eſt.*
12 *Conſtructio loci pro curia regenda ad Baronem pertinet, non autem ad Vniuerſitatem.*
13 *Pro Curia ædificanda poſſunt accipi domus aliquæ per Ciuitatem.*
14 *Prator poteſt habitare Palatium Baronis, ſi non adſit Baro.*
15 *Prator non habens palatium pro habitando, poteſt capere à quibuſcumque perſonis etiam priuilegiatis ad inſtar militum.*
16 *Soluto pretio, ac prius requiſita Vniuerſitate.*
17 *Curia ſi non adſit in qua ius reddi poſſit, tunc Vniuerſitas de publico conducere domum tenetur.*
18 *Locus vbi curia regitur antiquitus varijs nominibus nuncupabatur.*
16 *Hodie appellatur Pratorium.*
20 *Vel Tribunal.*
21 *Locus, vbi ius reditur hodie in terris Baronum Regni curta appellatur.*
22 *Curia ad Ciuitatis dignitatem eſt facienda.*
23 *Curia non ſit humilis ædificij.*
24 *Curia non debet priuatorum ædificijs coarctari.*
25 *Curia iuxta templum collocetur.*
26 *Curia collocetur continua carceribus ob celerem carceratorū expeditionē.*
27 *Curia propè portam Ciuitatis debet collocari.*
28 *Pro commodo ruſticorum.*
29 *Curia remota eſſe debet à priuatorū ædificijs.*
30 *Magiſtratus in portis Ciuitatis ſunt conſtituendi.*
31 *Iudicia publica apud Hebreos in Ciuitatis portis exercebantur.*
32 *Egenum conterens iudicabitur à domino.*
33 *Iudicia antiquitus prę foribus exercebantur.*
34 *Curia quare ita appelletur.*
35 *Curia curam apud veteres ſignificaſſe conſtat.*
36 *Iudex prouidendo, dicitur etiam per curiam fieri.*
37 *Curia eſt Reipublicę ſacrarium.*
38 *Curiam ingredientes reuerentèr vertice nudo loquantur.*
39 *Iudices Dei vices gerunt, & ideo Dij appellantur.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, niſi palam in loco publico ſolito eis iuſtitia miniſtretur.

GRAVAMEN XCVIII.

1 CVm magiſtratus publica ſit perſona, & palam, atque pu-

publicè ſui copiam facere debeat
l.maritum C. de procurat.l.2.C.de his
qui ven.ætat.impetr.can.diſſinitum
18.*quæſt.2.cap. mulieres de iud. in 6.*
Azeued.lib.2.recopilat.tit.9.l.7.num.
19.*in verb.muger*; ideò Capitaneus
2 aſſiſtere debet in loco publico, vbi
ſolitum eſt regi curiam, & in pa-
latijs publicis *cap. 1. de immunitat.*
Eccleſ.Paris de ſindic.in verb.officia-
3 *lis fol.* 186. non autem in locis re-
motis ad *text.in l. nulli iudicum, vbi*
Bart.C.de off.Rector.Prouinc.& Gloſ.
in l.obſeruare de off. Proconſul. *& in l.*
fin.C.de off.rector. alias grauarentur
vaſſalli.

4 Palatia enim inhabitabit pro of-
ficij decore, & non priuatorum do-
mos ſub pœna librarum auri quin-
quaginta applicanda pro repara-
tione palatij, quod neglexit, vt in fi-
ne, *d.l.nulli iudicum* habetur.

5 Extra tamen dictum locum iu-
dicia exerceri prohibentur. *d.l.nulli*
Auendag.de exequ mand.cap.20.nu.
1.cum ſeq.Azeued.in l.15.tit.6.lib.3.
6 *n.1.& 2.* alias acta ſunt nulla, vt in-
quit *Maſtrill. in tract. de Magiſtra-*
tib.lib.3.cap.9.num.51.

7 In domibus quoque priuatorum
iudicia neque exercentur *Gloſſ. in l.*
obſeruare de offic.proconſ.d.l.nulli l.1.
C.de off. rector. Auiles cap. 2. Prætor.
verb. caſas num. 1. Auend. de exequ.
mand. cap. 4. num. 45. & d.cap.20.
num.1.Azeued.in l.8.num.4.tit.6.lib.
3.Bouadill.lib.3.politic.c.5.num. 16.

8 Niſi publica palatia non eſſent
quia tunc domus priuatorum capi
poſſunt *Pariſ.de ſind. in ver.officialis*
in fine Auil.in cap.2. prætor. verb.ca-
ſas, & cap. 18.num.4. quod videmus
9 ſeruari, vt, & cum publicũ palatium
ruinã minatur, quia tunc officialis
illud eligere poterit *ad tex. in cap.*
ſtatuimus de off.delegat.in 6.

10 Si verò publica domus, vbi cu-
ria regitur in Ciuitate non ſit Baro
curare debet, vt quam primum fie-
ri queat, & ædificet, vt inquit *Si-*
mac.de republic.lib.8.cap.10.

11 Locus enim vbi curia regitur à
Barone collocatur *ad tex.in l.præto-*
ria C. de operib. public. & ideo con-
ſtructio ad Baronem pertinet, non
12 autem ad vniuerſitatem ſecundum
Doct.in l.turres C.de operib.public.

13 Et tunc pro palatio ædificando
poſſunt accipi domus aliquæ per
Ciuitatem *l.ſi quando la 1.C. de ope-*
rib.publ.Auil.cap.8. prætor.verb.ſe-
baga. Soluto tamen iuſto pretio.

14 Et adeo Baro tenetur conſtrue-
re, vt officiali etiam ſit permiſſum
habitare in Palatio Baronis, quan-
do tamen Baro non adeſſet *Auth.*
Præſides C.de Epiſcopal.Audient.gloſ.
in l.vnica C.de Palat. & domicil. do-
min.lib.11.& ibi *Platea Auend. de*
exeq.mand.cap.4. num. 45. & ſi ad
15 eſſet Baro tunc officialis poterit
capere domum neceſſariam pro e-
ius habitatione à quibuſcumque
perſonis, etiam priuilegiatis ad in-
ſtar militum, vt ait *Luc. de Penna in*
l.fin. C.de profeſſ. & medic. lib. 10.
Bouadill. cap.1.num.20.lib.2.politic.
16 Soluto tamen pretio, ac requiſitis
prius Sindico, & electis iuſta do-
ctrinam *Alberic. in d. l. obſeruare nu.*
1.in fine ff.de off.Proconſul.

17 Si enim officiales non habeant
ſtatutum locum in quo ius redere
poſſint debet Vniuerſitas de publi-
co domum conducere, vt in ea ha-
bitent ita *Io:de Plat.in l.1. C.de pa-*
lat.& domib. domi. 11.Auil.in cap.
18.*num.4. prætor.* de quo tamen
ſtandum eſt conſuetudini Ciuitatis
vel loci.

18 Nec eſt omittendum quod iſte
locus, vbi curia regitur antiquitus
forum, & conuenctus vocabatur,
vel Concilium Senatus, ordo, Col-
legium, Congregatio, Capitulum,
adunantia, vel corpus, ſecundum

Ant.

Aut. de Roſell. in tract. de poteſtat. Papæ quem refert *Curia Piſana in cap. 5. num. 5. lib. 1. Autl. cap. 18. prætor. verb. de conſeio Bouadill. lib. 3. politic. cap. 7. num. 5.*

19 Vel palatium, aut Prætorium *l. 2 de decurionib. lib. 10. l. quicunq. C. de operib. public. Marc. Anton. Surgent. de Neap. Illuſtr. cap. 14. n. 9.*

20 Vel Tribunalia, prout ſunt in Regno Regia Tribunalia, & apud Romanos, vt dicit *Petr. de Gregor. Tholoſ. cap 6. num. 4. de republic. lib. 2.*

21 In terris autem Baronum in toto Regno nuncupatur Curia *Borre. conſ. 26. num. 32. & 39. l. obſeruare in verb. curiam C. de decur. lib. 10. vbi Io. de Platea, & Luc. de Penna, Io. de Montag. in tract. de parlament. ver. & primo Curia eſt num. 5.*

22 At quia curia ad dignitatem Ciuitatis eſt facienda, vt dixit *Simac. de republic. lib. 8. cap. 10.* ideo humilis ædificij non ſit, ſed nobiliſſimo

23 ædificio ornatum palatium conſtrui debet ſecundum *Bouadill. lib. 3. politic. cap. 7. num. 4.* ac parietibus,

24 & ędificijs priuatorum minimè iſte locus cobarctandus eſt *l. pratorium C. de operib. public. Mutius Surgent. in addit. Neap. Illuſtr. cap. 22. priuileg. 42. fol. 382.*

25 Immò iuxta templa collocari debet, ad hoc, vt Iudices, & officiales ſe à Deo conſtitutos eiuſdem ſubiectos iudicio eſſe nouerint, & ſi alias fieret non eſſet iuſtum, vt inquit *Plato lib. 6. de legib. Feneſtell. de Magiſtratib. cap. 1. Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 6. num. 15.*

26 Curia ſimiliter collocetur contigua carceribus, ob celerem carceratorum expeditionem ſecundum *Petr. de Gregor. Tholoſ. de repub. lib. 2. cap. 7. in principio*, & ita ſeruatur in toto Regno. *Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 9. num. 54.*

27 Et propè portam Ciuitatis *Surgent. de Neapol. Illuſtr. cap. 6. num. 23.* ratio eſt ne agricola ad cauſam

28 veniens frequentia Ciuitatis, & nouo teneatur aſpectu, nec vrbis habitator longè ab vrbè properaret, & ſubuecturam quæreret iumentorum, alia ratio aſſignatur per

29 *Marc. Anton. Surg. loco relato*, quia à priuatorum ædificijs ſemota eſſe debet propter carceratorum machinationes, & propter familiam armatam, quæ circa portas, & muros detineri conſueuit, vt ſi opus foret familia ad auxilium euocari poſſet.

30 Immo præceptum Domini eſt, vt habetur in *Deuteronom. cap. 1. ver. 19. & cap. 16. verſ. 17.* ibi, Iudices, & magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent, vt refert *Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 9. nu.*

31 23. & ob id publica iudicia apud Hæbreos in portis Ciuitatis exercebantur ſecundum *D. Hyeronim. in cap. 5. Hamoſ. & in pſalm. 126.* habetur, non facias violentiam pau-

32 peri, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius, & i-

33 deo præforibus iudicia exerceri conſuetum eſſe apud antiquos ait *D. Hyeron. in d. cap. 5. & 8. Hamos.*

34 Curiam autem appellamus in Regno ex eo, nam de multis ibidē cura agitur, vt inquit *Oldrad. in cōſ. 187. num. 2. & in conſ. 211. num. 5. Luc. de Penn. in l. obſeruare col. 1. C. de*

35 *decurion. lib. 10.* curiam enim curam ac diligentiam apud veteres ſignificaſſe conſtat, & ex eo, quòd è conuerſo, in curiam negligentiam dimus, & eſt locus determinatus in quo ius reditur *Oldrad. in conſ. 187. num. 2. l. penult. ff. de iuſtit. & iur.*

36 Vndè dum per Iudicem prouiden-

entem ſit aliqua prouiſio dicitur per curiam fieri *Guid. Pap. deciſ.* 451. *Borrell.in conſ.*26.*num*.41.

37 *Et Marc. Tull. in oratione pro l. murena* inquit curiã eſſe Reipublicę Sacrarium, Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici,caput vrbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ac ſedem ab vniuerſo populo vni ordini conceſſam,vt idem *Borrell.*refert *loco relato num*.44.

38 Et ideo curiam ingredientes reuerenter vertice nudo, & humili ſermone,ac voce loquantur,venerabiles enim ſunt iudices nam Dei 39 vices gerunt in terra propter quod Dij appellantur *Reg. Tapp. lib.*2.*Iuris reg.tit.de legib.in prag.*29. *in verb.venerabilem de offic. S.R. C.*

SVMMARIVM.

1 *Herbæ malæ ſunt extirpandæ ab agris.*

2 *Non habentes de proprio, & carentes arte debent adſtringi ad exercendam aliquam artem.*

3 *Prouiſiones ſolitę expediri contra carentes arte vagabuudos recenſentur.*

4 *Arte carens,nec de ſuo habens partem habere non præſumitur, & contra tales vehemens oritur ſuſpicio n.* 5.

6 *Apoſtoli proprijs laborabãt manibus.*

7 *Diuus Lucas operabatur pingendo.*

8 *Diuus Antonius operabatur colendo Terram, & fiſcellas texendo ibid.*

9 *Clericis pauperibus qualitdr operari liceat.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur quando Barones,& officiales non habentes de proprio, & arte carentes ad aliquod exercitium peragendum non adſtringant.

GRAVAMEN IC.

SI pro vero habeatur (prout certiſſimum exiſtimo (& nullus 1 eſt, qui dubitare valet malas herbas eſſe ab agris extirpandas.

Succedit vtique fixum axioma teneri Barones, locales Gubernatores, aliosque officiales, ac ſuperiores pro bono regimine, & ex cauſa rationis ſtatus perſonas non 2 habentes de proprio,& arte carentes adſtringere ad aliquid operandum,& ad ſe exercitandos,quod ſi agere prætermittant in omiſſionis grauamen certè pedem offendent.

3 Hine meritò in praxi videmus aliquoties ſeruari contra talium perſonarum cætum expediri prouiſiones rigidas, & ad Regiarum triremium ſeruitium à deputatis iudicibus condemnari, vti habentes aſſiſtentiam criminum contra ſe,ſic inquam paret ex pluribus ordinibus,& prag. emanatis ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſimis Regni Proregibus,qui pro tempore fuerunt,vt eli citur *tot.tit.de Vagabundis in volumine Pragmaticarum Regni.*

4 Qui enim artem non habet,nec de ſuo,vndè viuere poſſit, nec partem habere præſumitur,iuxta illud (*chi non hà arte,non hà parte*),& proindè contra tales vehemns inſurgit ſuſpicio,quod de rapina, & decriminibus viuant,prout continua experientia ſumus in hoc euaſi Doctores,& nullus eſt, qui neſciat.

5 Quare ad hoc euadendum iudicium, peroptimum erit remedium ſingulos ſe verſari debere in arte.

6 Ad inſtar tactiſiabant Apoſtoli,qui proprijs laborabãt manibus,

nè

ne quemquam grauarem *Teſſal.* 2. 1. *Chorint.* 4. *Epheſ.* 4. *& Act.* 2. *&* 18. *cap.* 1. *Ne Cleric. vel Monach. cap. Nunquam de conſecrat. diſtint.* 1. *cap.* 1. 21. *q.* 1.

7 Indè legitur Diuum Lucam operari in pingendo, & Diuum Antonium in colendo terram, & fiſcellas texendo *Bellect. in diſquiſit. clerical. part.* 1 *titul. de diſciplin. clerical.* §. 21. *num.* 14. inferens ex hoc clericis, maximè quibus Eccleſia non ſufficit, vt victum, & veſtitum quærant, & ruſticalia exerceant opera, vt fiſcellas iuncis texere, canistra viminibus plectere, ſarrere humum, areolas æquo limite diuidere in quibus cum olerum iactata fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, inſerere infructuoſas arbores, vel gemnis, aut ſurculis apum aluearia fabricare, & retia texere pro capiendis piſcibus, proprias vineas putare, vel fodere, domos ſuas reficere, & ſimilia agere *cap. præsbiter, cap. clericus victum, cap. clericus* 91. *diſtint. cap. numquam de conſecrat. diſtint.* 5. *cap.* 1. *de celebr. Miſſarum Specul. in tit. de cleric. coniug. num.* 8.

SVMMARIVM

1 *Vaſſalli grauantur, quando ad ſeruitia adſtringuntur vltra poſſibilitatem, nec moderatè eorum perſonæ Barones vtantur.*

2 *Superioritas, & poteſtas verſari debet circa poſſibilia, etiam reſpectu præceptorum num.* 8.

3 *Nullus ad impoſſibilia obligatur.*

5 *Teſtatoris præceptum non moderatum non eſt ſeruandum, quamuis regulariter illius voluntati ſit obtemperandum.*

6 *Feudatarius quomodo poſſit grauare ſucceſſorem non obſtante cap. primo de ſucceſſ. feud. & num.* 7. *ſed quod non poſſit grauare vſque ad valorem feudi num.* 11. 13. *&* 18. *& quare num.* 12. *& an ſi fraus arguatur in diſponente num.* 21. 22. *&* 23. *& num.* 26.

8 *Hæres cogitur ad vendendum feudum pro ſatisfaciendis legatis etiã ſi ſuccedatur contra voluntatem teſtatoris, & quare num.* 9.

10 *Succeſſor in feudo hereditario non conficiens inuentarium tenetur etiam vltra vires ad legata, & debita contracta abſque aſſenſu, ſed vide contrariũ num.* 17. *vbi declaratur etiam quomodo hoc caſu ſequeſtrentur fructus feudi.*

14 *Succeſſor venit ad feudum ex neceſſitate inueſtituræ, & legis etiam contra voluntatem defuncti ex pacto, prouidentia concedentis, & conceſſionarij.*

15 *Qualitas hæreditaria quid operetur circa diſpoſitionem faciendam à vaſſallo de feudo.*

16 *Succeſſor in feudo hæreditario non tenetur habere ratam diſpoſitionem factam à defuncto abſque aſſenſu Domini directi, nec tenetur ad debita, & num.* 20.

18 *Literæ Regis Philippi Secundi referuntur circa articulum ſi ſucceſſor in feudo teneatur ad legata vſque ad feudi valorem.*

19 *Agnati ex conſuetud. Neapolit. quomodo ſuccedant in medietate bonorum antiquorum, & an in illa grauari poſſint.*

21 *Fraus quando præſumatur in grauamine vſque ad integrum valorum feudi.*

28 *Fraus ex propoſito, & ex conſilio numquam dicitur excepta, & omninò improbatur à iure in omni caſu, & in omni tempore.*

24 *Feudum quilibet dare poteſt niſi fiat in fraudem.*

25 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti etiam in feudis.*

27 *Vaſſallus qui habet poteſtatem infeudandi, non infeudat in fraudem.*

28 *Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, & inualidum ad fraudandum ipſum hæredem.*

29 *Fraus ex dolo, & re ipſa differt à dolo ex propoſito.*

30 *Succeſſor feudi non poteſt priuari alimentis, vt poſſit militare, licet feudatarius cogatur ad vendendum feudum propter onera contracta abſque aſſenſu directi Domini.*

31 *Diſpoſitione facta à Patre in beneficium filij ſecundogeniti, ſuccedunt non omnes hæredes filij ſecundogeniti, ſed ſucceſſores ex ſanguine.*

32 *Legatum annuum accedit vſufructui, & extinguitur per mortem legatarij, & quomodo eo caſu veniant hæredes numero 33. & num. 36.*

34 *Vocatio vna declarat aliam.*

35 *Datio feudi inſolutum pro annua præſtatione extinguibili relicta à teſtatore non eſt venditio, ſed permutatio, ſeù ſubrogatio, & locatio.*

37 *Tranſlato feudo ex aliqua cauſa ſi illa non adimpletur, vel deficit datur repetitio feudi abſque onere contracto per poſſeſſorem.*

38 *Feudo dato inſolutum pro annua præſtatione extinguibili ad vitam creditoris an detur repetitio facto caſu extinctionis, & numero 39.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando ad ſeruitia adſtriguntur vltra poſſibilitatem, nec moderatè eorum perſona Barones vtuntur.

GRAVAMEN C.

1 EO quia priſcis temporibus vtilis Dominus Terræ Valuæ vaſſallos onerabat circa ſeruitia vltra poſſibilitatem non habendo reſpectum ad ea quæ facere non poterant ipſi habuerunt recurſum ad Sacrum Regium Conſilium grauantes ſe de hoc, & obtinuerunt prouiſiones, vt moderatè Baro eorum ſeruitijs vteretur iuxta poſſibilitatem, vt vidi in quodam proceſſu antiquo in Banca de Mondellis.

Ex quo quidem deſcendit grauamen eſſe, vbi ſubditi ad ſeruitia vltra poſſibilitatem, nec moderatè eorum perſonis Barones vtuntur Probat inquam la *Ratha in theatr. feudal. part.* 12. *dilucidat.* 10. *tomo ſecundo* Dominum ſeruitia indiſtinctè debita moderatè exigere debere conſiderata qualitate vaſſalli feudi, & bonorum, itaut ſi ſuperflua exigere intendat, poteſt adiri ſuperior etiam actione iniuriarum.

2 Quod ſanè coadiuuatur, nam circa poſſibilia debet verſari ſuperioritas, & ad moderata dirigenda eſt poteſtas, cum ad impoſſibilia nullus obligetur, quia ad illa nemo

3 tenetur *l. ſi quis ingraui ubi Bar. ff. ad Syllan. l. ſi ſtipuler ff. de verb. obligat. l. paulus ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. §. impoſſibilis inſti. de hæred. inſtit. fusè Card. Tuſc. pract. concl. lit. I. concl.* 54.

Idque

4 Idque in ſpecie procedere reſpectu præceptorum firmauit *Io. Iacob. de Leon. inter conſil. Brun. conſ.* 117. *nu.* 14. quem refert, & ſequitur *Barboſ. in axiomat vtriuſque iuris axiomat.* 118 *ſub num.* 7.

5 Hinc præceptum teſtatoris non moderatum non eſſe ſeruandum voce vna vice dicebam, quamuis regulariter illius voluntati ſit obtemperandum *l. cum quidam C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.* quę ſi per ſpicua ſit non eſt exquirenda ratio, cur ita ſenſerit, cur ita voluerit cum. ſufficiant pro ratione voluntas §. *diſponat auth. de nupt.* cum luculenter coglomeratis per *Eminentiſſimos Cardinales Mantic. in tract. de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 3. *tit.* 3. *& Tuſc. concluſ.* 90. *lit. T.*

Et proindè grauamen impoſitum ſuper hæreditate, vel relegata vltra illius valorem minimè tenere poteſt ſuaderi, cumque in ſimili in facti contingentia fuerint exaratæ iurium allegationes placuit adamuſſim hac nactus occaſione illas repor tare, & ſunt quæ ſequuntur videlicet.

Iurium Allegationes.

6 Antiqua fuit controuerſia in Regno circa feuda hereditaria quomodo poſſit feudatarius grauare ſuum ſucceſſorem non obſtante diſpoſitione *c.* 1. *de ſucceſſion. feud.* ibi, nulla diſpoſitione defuncti valente, nec manente, in qua controuerſia Regni peritos fuiſſe hinc inde, & non ſemel in Regijs Tribunalibus diſputatum cum nimia diſcordia vorotum inter dominos iudicantes, nemo eſt, qui ignoret, cōtingit nunc de eodem articulo difficultas inter Illuſtriſſ. Principem Hieraeij, & Ioannem Franciſcum Grimaldum eius filium, in qua Princeps ex tribus iuris articulis ſperat obtinere omnino, vt ſupplicat.

Primò, ex generalitate articuli, & ex veriori opinione non poſſe ſcilicet feudatarium grauare ſuum ſucceſſorem in pecunia vſque ad valorem feudi hæreditarij.

Secundò, quia Philippus Grimaldus frater Principis, & vrilis Dominus Ciuitatis Montis Sācti Angeli inſtituit ipſum Principem hæredem in Ciuitate prædicta, ipſumque grauauit in ducatis 135. m. ad beneficium dicti Ioannis Franciſci ex fraude cum reuerentia, ne dum re ipſa, ſed ex conſilio ad finē ſcilicet ipſum priuandi ſucceſſione, ex quo dicta Ciuitas non eſt valoris ducātorum 70. m. idcirco tale grauamen non tenet, quia talis fraus re, & conſilio proueniens nūquam eſt permiſſa.

Tertio, quia dicta Ciuitas M. S. Angeli fuit data in ſolutū per Principem dicto Philippo pro legato annuorum ducatorum quatuor mille. relicto per quondam Ioannem Franciſcum Grimaldum communem Patrem, & cum legatum ſit extinctum ob mortem Philippi abſque filijs competit Principi repetitio dictæ Ciuitatis abſque dicto onere ducatorum 135. m.

7 Circa primum Regnicolæ, qui tenuerunt poſſe feudatarium in feudo hæreditario grauare ſucceſſorem vſque ad valorem feudi fuerūt multi, quorum auctor eſt *Loffred. in conſ.* 46. *num.* 17. *de Loffred. meminit Lanar. conſ.* 80. *num.* 26. *de Ponte conſ.* 88. *num.* 36. *lib.* 1. *Idem Lanar. in cap.* 1. *num.* 40. *de ſucc. feud. & ibi addit num.* 27. *idem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 6. *de. aſſenſ. reg. ſuper dote* §. 3. *num.* 10. *& num.* 21. *& alij*

8 *moderni*. Hinc proditum eſt remedium cogi hæredem ad vendendū

feudum pro ſatisfaciendis legatis *Praſ.de Francb.deciſ.*704. Hinc etiã ſuccedẽs in feudo hæreditario prę- ter, vel contra voluntatem defunčti tenetur ad legata à defunčto relicta idem de *Francb.deciſ.*1. *in primo dubio Gizzar.deciſ.*28.

9 Ratio huius opinionis eſt vnica, quia feudum hæreditarium eſt de corpore hæreditatis,& illud ſucceſſor habet tanquam rem hæreditariam,& proinde non poteſt tenere feudum,quin non teneatur ad onera defunčti,& ſicut ſi defunčtus cõtraheret æs alienum abſque domini directi aſſenſu , poſſet cogi ad vendendum feudum,& poſſent fructus ſequeſtrari,& à feudo ſeparari tanquam burgenſatici; idem erit in hærede feudatarij,qui hęres percipit fructus ex feudo titulo hæreditario,illoſque ſeparat,tanquam burgenſaticos,alias ſequeretur , quod mutaretur natura feudi,& ex hæreditario fieret ex pacto,ſi non teneretur hæres ad onera defunčti.

10 Hinc etiam eſt ex communi opinione feudiſtarum, quod ſucceſſor in feudo hæreditario non conficiẽdo inuentarium , tenetur de proprio legatarijs, & creditoribus defunčti abſque aſſenſu directi Domini contračtis,& ideo ſucceſſor feudi hæreditarij,dum nihil habet iure proprio,& extra qualitatem hæreditariam nullam poteſt habere actionem reuocatoriam aduerſus ea quæ facta ſunt onera à defunčto, etiam quod eſſent facta in fraudem ex quo omninò tenetur habere ratum factum defunčti,tamquam hæres,quod non procederet, quando aliquid haberet iure proprio,prout eſt legitima *ex l. 2. ff. quæ in fraud. patroni vbi Cin.* iſta ſunt,quæ conſiderantur à Doctoribus pro iſta opinione ad validandas diſpoſitiones defunčtorum.

11 Sed pro opinione cõtraria ſcripſerunt , & alij magnæ auctoritatis Regnicolæ , vt nullo modo ſit permiſſum feudatatario grauare ſucceſſorem feudi hæreditarij vſque ad valorem ipſius feudi , ex quo grauamen cõtinet fraudem reipſa , & effectu excluderet neceſſariam ſucceſſionem prouenientem ex pręcedenti titulo inueſtituræ,ex qua circa titulum oritur pactum,& prouidentia concedentis , & conceſſionarij, *Anna in alleg.*125. *num.*21. *& in alleg.*127.*num.*12.*Reg de Curt. in prima part.diuerſor.feudal.car.mihi* 54.*num.*19. *vſque ad finem* , *Bamacarius in cap.ſi Titius num.*41.*&* 42.*ſi de feudo defunčti contentio Ioan. Andreas de Georg.alleg.*20. *num.* 38. *cum ſeq.*

12 Camillus de Curte,& Ioan.Andreas de Georgio in locis citatis per multas columnas , & latiſſimè fundãt eorum opinionem,quorum dicta reducuntur ad tria capita; Primo , quia omnis diſpoſitio debet eſſe ſincera , & ſine fraude , & grauamen vſque ad valorem feudi continet fraudem re ipſa.Secundo, quia ſucceſſio dependens ex neceſſitate legis , vel ſtatuti operatur,vt non teneantur ſucceſſor habere ratum factum defunčti , quando factum eſt illegitimum ſicut grauamen,vſque ad valorem feudi eſt illegitimum continẽs fraudem reipſa . Tertio,quia grauamen eſt abſque aſſenſu domini directi, & fieret eidem præiudicium,ex quo mutaretur feudatarius abſq;eius volũtate,& fieret etiam præiudicium vaſſallo,quia non haberet alimenta,& non poſſet militare,& onera perſonalia abſque domini directi aſſenſu contracta non adimunt , nec diminuunt alimenta vaſſalli, ex quibus Camillus de Curte plenè in dicto loco reſpondet ad rationes pon-

Digitized by Google

ponderatas pro parte contraria.

13 Sed ego, qui ſum minimus inter omnes (& ſi non eſſet, vt ſatisfacerem oneri iniuncto pro Illuſtr. meo cliente non auderem os ponere inter tot Patres) conſidero hanc ſecundam opinionem eſſe veriorem, & procedere ſecundum veros feudorum terminos, ſiquidem tota vis aduerſæ opinionis conſiſtit in eo, quod feudum hæreditarium eſt de corpore hæreditatis, & ſucceſſor venit tanquam hæres, & tanquam hæres tenetur habere ratum factum defuncti etiam in fraudem, & aliàs mutaretur qualitas feudi de hæreditario in feudum ex pacto, & prouidentia, vt eſt dictum, ideo ſi iſta omnia ceſſant corruit omninò opinio contraria, & pro noſtra eſt iudicandum.

Adquod fundandum dico articulum eſſe non de feudo hæreditario ſimpliciter, ſed de feudo hæreditario mixto, in quo adeſt qualitas hæreditaria, & qualitas pacti, & prouidentiæ, vt ſunt termini noti, & plene ſcribunt de *Ponte decis.* 11. *Reg. Rouit. in rubr. de feud. in pragm.* idcirco totum opus conſiſtit cognoſcere, quomodo in feudo mixto iſtæ duæ qualitates contrariæ procedunt, & operantur, & eſt certum qualitatem pacti, & prouidentiæ procedentem ex inueſtitura procedere, & operari circa titulum feudi ad ipſum tenendum, & habendum, & ex hoc commune eſt axio-

14 ma ſucceſſorem venire ex neceſſitate inueſtituræ, & legis, etiam contra voluntatem defuncti ex pacto, & prouidentia concedentis, & conceſſionarij, & quot ſunt perſonæ comprehenſæ in pacto, tot ſunt conceſſiones *Prapoſit. cap.* 1. *num.* 10. *de feud. Marchiæ, Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 247. *num.* 10. *& lib.* 4. *cap.* 751. *num.* 23. qualitatem vero hæreditariam procede-

15 re, & operari circa diſpoſitionem faciendam à vaſſallo de ipſo feudo, vt teneatur ſucceſſor habere ratum factum defuncti, ac etiam, vt teneatur eſſe hæres in allodio ſufficiẽdo, quod per ipſum non ſtet eſſe in allodio hæredem, *Præſ. de Franch. dec.* 1. *num.* 16. *cum ſeq. Afflict. deciſ.* 385. *num.* 5. *Capic. deciſ.* 64. *num.* 7. *de Ponte de poteſtate Proreg. titul.* 6. *de aſſ. Reg. ſup. dot.* §. 3. *n.* 17. *Pereg. conſ.* 11. *lib.* 1. dum qualitas hæreditaria procedit circa diſpoſitionem feudi omnes Doctores etiam citati pro opinione contraria ponunt pro re-

16 gula ſucceſſorem in feudo hæreditario nõ teneri habere ratam diſpoſitionem factam à defuncto abſque aſſenſu domini directi, nec etiam in eodem feudo teneri habere rata onera contracta abſque aſſenſu directi domini, ſed ſolum teneri habere ratum factum cum aſſenſu, plenè ponit de *Ponte d. tract. de pot. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud.* §. 2. *nu.* 19. *cum ſeq. Freсc. lib.* 2. *de ſubfeud. in tit. de differentijs inter feuda ex pacto, & hæreditaria diff.* 6. Igitur ſequitur cõcluſio, quod ſemper, & quando feudatarius non diſponit cum aſſenſu domini remanet qualitas pacti, & prouidentiæ, & ſucceſſor tenet feudum ex inueſtitura, & ex pacto, & prouidentia illius, & ſi eſt hæres in allodio tenetur quatenus eſt in allodio, circa onera contracta abſq;

17 aſſenſu, & ſi in allodio nõ confecit inuentarium, tenebitur de proprio ex propria culpa, & ex proprio facto ob omiſſionem inuentarij, & tunc tenebitur de fructibus feudi, non tanquam hæres defuncti, ſed ex proprio quaſi cõtractu aditionis hæreditatis allodialis, & poterunt ſequeſtrari fructus feudi tanquam ſeparandi, & burgenſatici non tan-

 quam

quam hęreditarij,ſed tãquam proprij,&pro ſatisfactione proprij debiti,& ſi ſucceſſor feudi non eſt hęres in allodio, quia per ipſum non ſtetit ad nihilum tenetur,& ita procedunt communes traditiones Doctorum,quod hæres feudi non facto inuentario tenetur de proprio, quia intelligitur quod eſt hæres in allodio,& non facit inuentarium ſecus quando non eſt hæres, quia nõ potuit,ex quo defunctus noluit *Camill.de Curt.in loco citato in fine*, *Camer.in cap.1.num.*84. *& 114. an agnatus*,*Capic.deciſ.*199.*num.*5.*Roſental.tom.*1.*de feud.cap.*9. *concl.* 84. *Monticul.de inuentario q.* 123. *num.* 32.*in fin.*

Hunc articulum propoſitum in S.C.coram Dominis duarum aularum duobus ex ipſis dominis diſcrepantibus cæteri habuerunt pro difficili,quare S.C.ordinauit appretium feudi,quo facto apparuit grauamen non fuiſſe vſque ad valorem feudi,& ſic inſtitutio non fuit inutilis,& diſpoſitio fuit iudicata valida *Præſ.de Franch. deciſ.*1. *n.*29.

Deinde iterum accidit idem articulus ſimiliter iunctis aulis, & S.C.fuit in paritate votorum *Geor. d.alleg.*20.*in fine* , *& in rep.feudal. cap.* 46.*num.* 26. & ſi deinde datis adiunctis in Collaterali Conſilio in illa cauſa fuerit iudicatum per Dominos adiunctos pro prima opinione *Georg.ibidem Reg.de Ponte d.tit.*6.*S.*3.*num.* 21. qui Regens amplius dicit in eadem cauſa per binas ſententias fuiſſe iudicatum pro prima opinione, & citat *Georg. d.alleg.*20.vbi hoc non dicit,meminit tamen de vnica ſententia lata per adiunctos in prima inſtantia præcedente paritate Sacr. Conſ. & idem nouiſſimè ſcripſit d.nu.26.

18 Præterea *Inuictiſſimus, & glorioſa memoriæ Philippus II. Rex noſter de anno* 1596. tranſmiſit literas in hoc Regnũ,in quibus ordinauit fieri conſultationem S.Maieſtati cum interuentu Collateralis Conſilij, Regiæ Cameræ, & Præſidis S. C. & in eiſdem literis apparet mentẽ, & voluntatem S. Maieſtatis fuiſſe pro ſecũda noſtra opinione , vt per *Camill de Curte dicto loco*,& pro executione dictarum literarum dixit *Georg.d,num.*26.fuiſſe tractatum de dicta conſultatione tempore Excellentiſſ.Domini Comitis de Lemos tunc Proregis.

Et nouiſſimis temporibus in illa magna cauſa hæreditatis Illuſtriſ. Principis Roccæ Aſpidis Thomæ Filomarini per doctiſſimos Dominos Arbitros fuit practicata hæc ſecunda opinio,vt eſt notiſſimum.

Apparet igitur cum qua controuerſia res iudicatæ tranſierunt in hoc puncto , & quando volumus conſiderare medullam iuris feudalis,& inueſtituræ non poſſumus recedere à ſecunda opinione,& ſunt propria verba dictarum Regiarum literarum,ſic maturiùs eſt cogitandum,& non quod eſt factum , ſed quod fieri debet eſt attendendum.

19 Nec eſt nouum in hac ciuitate, titulum ſucceſſionis prouenite à lege ex propria perſona , & abſque grauamine,& tamen ſucceſſionem ipſam teneri cum qualitate hæreditaria hoc practicamus in materia conſuetudinum huius Ciuitatis circa bona antiqua,ſiquidem conſuetudines diſponunt , quod teſtator de bonis antiquis non poſſit diſponere , niſi de medietate , alia vero medietas reſeruatur Agnatis , & Cognatis proximioribus titulo ſucceſſionis ab inteſtato , & ſic proximior habet illam medietatem , tanquam hæres , non tamen in ea poteſt grauari à defuncto, *Neapod. Minad. & Præſ.de Franch. quos ſequi-*

qui-

Digitized by Google

quitur Reg. de Pont. conſ. 52. num. 21. lib. 1. Bamacar. in d. cap. Titius num. 28. hæc deciſio eſt practicanda in hoc articulo, ſiquidem teſtator per conſuetudines poteſt diſponere inter viuos de bonis antiquis, quando deinde deuenit ad actũ vltimæ voluntatis, non poteſt grauare proximiorem, & ſic proximior venit tamquam hæres, & habet bona cũ qualitate hæreditaria circa onera contracta inter viuos ſincerè, bona fide, & abſque fraude, quatenus verò defunctus non ità diſpoſuit, nec ità alienauit, ſed forſan diſpoſuit in vltima voluntate per modum improbatum à conſuetudine proximior non habet bona tanquam heres, ſed ex propria perſona vigore conſuetudinis conditione ex lege, & ſic concurrit diuerſis reſpectibus titulus hæreditarius, & titulus neceſſarius ex propria perſona conditione ex lege.

20 Hoc idem erit in noſtro præſenti articulo, in quo ſucceſſor feudi tenetur habere ratum factum defuncti cum aſſenſu directi domini, factum verò abſque illius aſſenſu non tenetur habere ratum tamquã illegitimum, vt eſt dictum, idcirco qualitas hæreditaria debet procedere reſpectu oneris legitimè contracti cum aſſenſu, reſpectu verò oneris contracti ſine aſſenſu, & illegitime debet procedere qualitas pacti, & prouidentiæ, & qualitas inueſtituræ, & ideo ſecundum *omnes* dicitur feudum mixtum, aliàs illa qualitas pacti eſſet omninò inutilis, & infructuoſa, & non eſt inconueniens, dum id prouenit diuerſis reſpectibus, & ex proprijs qualitatibus, omnino igitur erit concludẽdum pro hac ſecunda opinione ad beneficium Principis in hoc primo articulo.

21 Tranſeundo ad ſecundum articulum dico omnia ſupra ponderata procedere in excluſionem fraudis re ipſa, quando feudatarius grauando, & diſponendo grauat, & diſponit vſque ad valorem feudi nihil remanendo ad beneficium ſucceſſoris, quo caſu grauamẽ cõtinet fraudem reipſa, & procedunt ſuprascriptæ duæ opiniones, ſed quando grauamen continet fraudem, nedum reipſa, ſed ex conſilio, & ex dolo ad fraudandum ſucceſſorem ipſa ſucceſſione feudi, vt eſt caſus præſens, tunc etiam *DD. citati pro prima opinione contraria,* concludunt grauamen non ſubſiſtere, & ſucceſſorem ad illud non teneri, verum enim eſt in facto, valorem ciuitatis Montis Sancti Angeli non aſcendere ad duc. 70. mil. & tamen Princeps ſucceſſor fuit grauatus in ducatis centum triginta quinque mille, ſic grauamen proceſſit, ex conſilio, & continet fraudem, nedũ re ipſa, ſed ex dolo, & conſilio, & ex propoſito ad finem priuandi Principem ſucceſſione feudi, & ſi ſimpliciter grauamen fuiſſet vſque ad valorem feudi, tunc intrarent ſupradictæ opiniones negatiua, & affirmatiua pro nullitate, vel validitate grauaminis, ſed quia in grauamine fuit magnus ecceſſus, qui nõ applicatur in alio, niſi ad fraudandum ſucceſſorem, & ad finem di-

22 mittendi feudum eſt fraus ex propoſito, & conſilio, quæ fraus nunquam dicitur excepta, & omninò à iure improbatur in omni caſu, & in omni tempore ſic in propria materia *Camer. in cap. Imper. car. 6. l. 5. & car. 7. l. B. Reg. de Ponte* negatiuæ opinionis accerrimus defenſor idem concludit in pluribus locis excludendo fraudem ex propoſito in grauamine, *& primo in tract. de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſ. Regijs ſuper dote §. 2. num. 27 per hac verba.*

Et

Et ſic pariter annullarem quamlibet diſpoſitionem, quæ quomodolibet fieret ad fraudandum legitimum ſucceſſorum, etiam quod eſſemus in feudo hæreditario, cum lex non comitetur fraudem, & omnia, quæ dicta ſunt intelliguntur,
23 dummodo ſincerè, bona fide, & ſine fraude fiant *ad text. in cap.* 1. §. *ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura*
24 *ibi*, Feudum tamen quilibet dare poteſt, niſi fiat in fraudem, *vbi gloſ. in verb. fraudem ſubdit dicens*. Si ideo facit, vt priuet illum, qui ſuccedere debet à ſua ſucceſſione; *ibique Andr. num.* 5. *& Napodan. in conſuetud. & ſi teſtator. in verbo diſponere num.* 14. maxime concurrente titulo legati, vel donationis ſecundum *Napod.* ibidem, quę ſunt deciſiones ad hoc punctuales, *ad text. in cap.* 1. §. *ſi vero qualiter olim poterat feudum alienari.*

Sed, & idem Reg. de Pont. in opere feudali lectio 11. *num.* 58. comprobat eamdem concluſionem per aurea verba dicens: Sed ſi diſponeret de feudo cum aſſenſu, vel grauaretur hæres in pecunia, tunc aliter eſſet dicendum, ceſſant enim rationes nullitatis diſpoſitionis, ceſſant rationes commercij prohibiti, hæres quilibet poteſt grauari ad quantitatem ſoluendam iuxta vires hæreditarias, ſi confecerit inuentariũ, & vltra vires abſque eius confectione, & propterea in eum caſum tunc diſpoſitio teneret, niſi in fraudem ſucceſſoris illa facta fuiſſet.

Pater Molfeſius tom. 1. *ad conſuetud. Neap. part.* 3. *tit. de ſucceſſion. ex teſtament. quæſt.* 2. *num.* 16. concludit idem dicens, clarum eſt enim,
25 vt hæres teneatur habere ratum factum defuncti vulgatô *text. in l. cum à matre C. de rei vendicat.* quæ regula etiam in feudis procedit, quando feuda ſunt hæreditaria, & diſpoſitio non fieret in fraudem vocati ad ſucceſſionem ex traditis per *Andr. in cap.* 1. *de alien. feud. pater.*

Surdus omninò videndus in conſ. 382. *num.* 35. *& conſ.* 384. *num.* 63. *cum ſequ. lib.* 3. in propoſito noſtro *poſt plures DD. quos citat* concludit diſpoſitionem factam circa feuda hæreditaria in fraudem ſucceſſoris non ſuſtineri, quamuis abſque fraude potuiſset ad *tex. in l. Titius ff. ad Trebe. & ex cap. beneficium ſi de feudo fuerit controuer.*

27 Hinc vaſſallus, qui habet poteſtatem infeudandi non infeudat in fraudem *d. cap.* 1. §. *ſed etiam res, vbi gloſ. Aluarot. cap.* 1. §. *fin. col.* 2. *verſ. ſed intelligas de controuerſia inueſtituræ Clar. in* §. *feudum quæſt.* 32. *verſ. ſcias tamen num.* 4.

28 Et communiter Doctores limitant præfatam regulam *l. cum à matre C. de rei vend.* & concludunt, hæredem non teneri habere ratum factum defuncti nullum, & inualidum factum ad fraudandum ipſum hæredem, *Gram. deciſ.* 93. *num.* 7. *Surd. conſ.* 126. *num.* 5. *Cacher. deciſ.* 180. *num.* 1. *Bart. Bald. Paul. de Caſtro in d. l.* 2. *ff. ſi quid in fraudem patroni, Tiraquell. de vtroque retract. tit. de retract. conſ.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 57. *idem Surd. d. conſ.* 384. *num.* 67. &
29 non eſt noua differentia inter actũ fraudulentum ex dolo reipſa, & ex dolo ex propoſito ex pluribus congeſtis per *Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos, & per Clar. in* §. *donatio q.* 24. *num.* 2.

30 Et quando omnia ceſſarent, quomodo ſucceſſor feudi poteſt priuari alimentis propter onera perſonalia, pro quibus nulla alia actio, niſi perſonalis competit dum proceſſerunt abſque aſſenſu directi domini, concludunt enim feudiſtæ, quod licet feudatarius cogatur ad vendendum feudum propter onera

ra

ra contracta abſque aſſenſu di-
recti domini non tamen priuatur
alimentis, vt poſſit militare, *Afflict. Gamer. & Frecc.* de quibus meminit
Reg. Rouit. in Pragm. 3. num. 14. & 15. de ordine iudic. Viſcont. in ſuis concluſ. in verb. exequutio ſententię in fine.

Pro reſolutione tertij articuli eſt
præmictendum in facto Ioan. Fran-
ciſcum Grimaldum ſeniorem inſti-
tuto hærede in feudalibus Princi-
pe filio primogenito feciſſe le-
gatum ad beneficium Filippi ſecun
dogeniti, ac eius hæredum, & ſuc-
ceſſorum de annuis ducatis qua-
tuor mille ſubiungendo poſſe Prin-
cipem hæredem ſe eximere ab o-
nere dictæ annuæ præſtationis dã-
do inſolutum Ciuitatẽ Montis San
cti Angeli, & ita præcedente laudo
arbitrorum fuit exequutum etiam
accedente Regio aſſenſu.

31 Ex hoc legato ſequuntur plura,
& primo illud fuiſſe ad beneficium
Philippi ſecundogeniti, ac eius hæ-
redum, & ſucceſſorum, qui non ſunt
hæredes extranei, ſed ex ſanguine,
& corpore, dum diſpoſitio eſt facta
à Patre ad beneficium filij ſecun-
dum commu. Doct. opin. *Mantic. de
coniect. lib. 8. tit. 14. num. 13.* & benè
ponit quotas *Peregr. de fideicommiſſ.
art. 32. num. 26. cum ſeq. Forſter. de
ſucceſſ. lib. 2. cap. 23. Mart. de ſucceſſ.
tom. 2. par. 4. quæſt. 12. artic. 1. Simon
de Petris de interpret. vlt. volunt. lib. 3.
32 dubit. 1. ſolut. 5. num. 5.* Secundò dũ
legatum eſt annuum vſufructui ac-
cedit, & per mortem legatarij ex-
tinguitur *l. ſi in ſingulos ff. de ann.
33 legat.* adeo quod etſi teſtator
diſponat tranſmitti ad hæredes,
non veniunt hæredes ex tranſmiſ-
ſione, ſed propriò iure, & vocati ex
propria perſona *l. ſtipulatio iſta §.
ſi qui ità ff. de verb. obligat. Andr. in
cap. 1. nu. 12. de alien. feud. pater. Bart.
in l. indebitum §. fin. in fin. ff. de condi.
indeb.* & dũ per mortem legatarij ex
tinguitur legatum eo magis hæres
intelligitur ſanguinis, & non extra-
neus cum alias legatum nunquam
extingueretur, & idcirco mortuo
Philippo abſque deſcendentibus
dictum legatum remanſit extin-
ctum, & comprobatur motiuum ex
alia parte teſtamenti, in qua conſi-
deratur caſus mortis Philippi abſ-
que filijs, vt eſt deductum in facto,
34 & vna vocatio declarat aliam, *Soc-
cin. ſenior. in l. Gallus §. quidam rectè
num. 10. in fine Lancell. Galiaul. num.
22. ff. delib. & poſth. Præſ. de Franch.
deciſ. 153. num. 18. & 20.* Tertio,
quod datio in ſolutum Ciuitatis
Montis Sancti Angeli eſt ſubroga-
tio in locum illius ann. præſtatio-
ſtionis ducatorum quatuor mille,
Ancharanus conſ. 421. num. 2. & dum
eſt ſubrogatio intelligitur cum eiſ-
dem oneribus, *Decius conſ. 180. nu.
4. lib. 1. Mandel. Alber. conſ. 233.
35 num. 9. lib. 3.* Hinc etiam eſt, quod
dum fit datio in ſolutum illius feu-
di pro illa annua præſtatione extin-
guibili, non eſt venditio, ſed per-
mutatio, & ſubrogatio. *Bart. in l. ele-
ganter nu. 4. Bald. in princip. ff. de pi-
gnorat. action. Cin. & Bald. num. 2. in
l. liberi, vbi Salic. in princip. C. de ſent.
& interloq. omn. iudic. Roſent. de feud.
titul. 1. cap. 9. membro 1. concluſ. 35.
num. 1. & 2. & in gloſ. liter. A. & C.
Caldas in tract. de emptio. & vendit. c.
2. num. 3. cum ſeq. vbi num. 6. ex Ang.
conſ. 2. & Alex. in l. cotem ferro §. qui
maximum ff. de publican.* ſcripſit da-
tionem inſolutum pro annua præ-
ſtatione non eſſe venditionem, ſed
locationem.

Ex quibus concluditur dictum
legatum annuum ducatorum qua-
tuor mille fuiſſe ad beneficium Phi
lippi, eiuſque deſcendentium, &
fuiſſe extinguibile cum eorum vita,

item

item dationem inſolutum pro illo
legato dictæ Ciuitatis Montis San-
cti Angeli fuiſſe ſubrogatam in lo-
cum dicti legati, & ſic cum onere
ad beneficium hæredum dicti Phi-
lippi, ac cum onere extinctionis il-
lius dationis inſolutum in caſu mor
tis Philippi abſque deſcendentibus
ac in caſu deficientiæ deſcenden-
tium ipſius Philippi, & quia per da-
tionem inſolutum fuit translatum
36 dominium debebat obligari Philip
pus tempore dationis inſolutum
ad annuam præſtationem ad bene-
ficium ſuorum deſcendentium, itẽ
ad certam quantitatem reſtituen-
dam ad beneficium Principis vſq;
ad valorem dictæ Ciuitatis in caſu
mortis ipſius Philippi abſque filijs,
& in caſu deficientiæ deſcenden-
tium Philippi *ex l. in quantitate §.
magnam ff. ad l. falcid.* & ex traditis
*per Bart. in l. hæreditatum num. 2. Ale-
xand. num. 10. ff. ad l. falcid.* quod
non fuit factum, tamen ex quo Phi-
lippus deceſſit abſque filijs rema-
net ad beneficium Principis actio
perſonalis ad repetendam, ſiue ad
rehabendam dictam Ciuitatem ſi-
ne onere, ex quo cauſa dationis in
ſolutum, quæ fuit dictum legatum
reducitur ad non cauſam, & non
37 eſt nouum in feudis, quod transla-
to feudo ex aliqua cauſa, ſi illa non
adimpletur, ſiuè deficit datur repe-
titio feudi abſque onere contracto
per poſſeſſorem, *Reg. de Pont. conſ.
12. num. 15. cum ſeq. lib. 1.* vbi ponit
iudicatum in S. Conſ. iunctis aulis,
item non eſt nouum, quod detur
actio perſonalis ad feudum proue-
niens ex natura contractus, vt ex
pluribus tradit *Frecc. lib. 1. de
ſubfeudis in 1. authoritate verſ. plu-
ribus autem modis numero 28. cum
ſequent.*
38 Et in proprijs terminis, quando
fit datio inſolutum pro præſtatione
annua extinguibili ad vitam credi-
toris an detur repetitio facto caſu
extinctionis DD. antiqui tenuerunt
dari repetitionem *gloſ. in d. l. hæredi-
tatem verb. Bartol. num. 2. Imol.
num. 1. Alexan. 10. Hercul. colomn. 3.
verſ. & in ſecunda parte ff. ad leg.
Falcid. Paul. de Caſtro in l. cum
Titio ff. eod. titul. ad leg. Falcid.
Couar. lib. 3. var. cap. 3. num. 9.* ſed a-
lij moderni authore *Goffredo* in ea-
39 dem *l. hæreditatum* tenent non dari
repetitionem, quos refert *Præſ. de
Franch. deciſ. 186. Reg. Rouit. conſ.
38. num. 5. lib. 2.* ſed hæc quæſtio nõ
cadit in præſenti caſu, quia *Doctores
citati* ponunt difficultatem, quan-
do datio inſolutũ fit correſpectiuè
ad integrum valorem annuæ præ-
ſtationis habito reſpectu ad com-
putationem vitæ creditoris, ſecun-
dum diſpoſitionem *dictæ l. hæredi-
tatum*, & deinde creditor morte
præuentus non deuenit ad illam
ætatem ſecundum computationem
factam iuxta diſpoſitionem illius le-
gis, tũc fit illa quęſtio ſi detur repe-
titio pro illo tempore, ſed quando
vt eſt pręſens caſus datio inſolutum
fit ſimpliciter, & ſubrogatur in lo-
cum annuæ præſtationis, extingui-
bilis, quod detur repetitio ſucce-
dente caſu extinctionis, nemo eſt,
qui dubitet, & ſignanter *Herculan.
in d. l. hæreditatum col. 5. verſ. & ſic
colligendo mentem omium, de quo me-
minit* Reg. *Rouit. d. conſ. 38. num. 5. in
fine.* hanc facit diſtinctionem inter
dationem inſolutum voluntariè fa-
ctam, & dationem inſolutum neceſ-
ſariam in locum annuæ præſtatio-
nis extinguibilis, quare omnino eſt
abſoluendus Princeps ab onere
ducatorum 135. mil. quia nedum
habet actionem perſonalem ad re-
petendam dictam Ciuitatem abſq;
onere, vt eſt dictum ob mortem
Phi-

Digitized by Google

Philippi abſque deſcendentibus, ſed habet retẽtionem, dum ex lege inueſtituræ ſucceſſit eidẽ Philippo tamquam frater primogenitus, & in ea ſucceſſione vtitur hac retentione, eo magis quod aſſenſus Regius obtentus ſuper dicta datione in ſolutum continet dictam diſpoſitionem dicti Io. Franciſci ſenioris, & approbat dictam dationem inſolutum ſeruata forma dicti teſtamẽti, ſic S. Maieſtas aſſentiens de omnibus fuit conſcia, & omnia conceſſit ſeruata forma teſtamenti, ſic intellexit de caſu extinctionis illum que approbauit, & propterea dum factus eſt caſus Princeps debet ob tinere etiam ſeruata forma aſſenſus prædicti, prout ſperat, & ſupplicat.

SVMMARIVM.

1 *Facti narratio.*

2 *Vicini interpellati, ſi velint vti iure congrui quam dilationem habeant ad deliberandum.*

3 *Denunciatio facienda vicinis, ſi velint vti iure congrui poteſt fieri ante, & poſt venditionem.*

4 *Denunciatio facienda vicinis, ſi velint vti iure retractus poteſt fieri tam à venditore, quam ab emptore.*

5 *Excipiens de iure tertij non debet audiri.*

6 *Callumnioſè excipiens non debet audiri.*

7 *Nulla maior probatio, quam proprij oris confeſſio.*

8 *Malitijs hominum obuiandum eſt.*

9 *Pendente diſcuſſione exceptionum oppoſitarum terminus non currit.*

10 *In confeſſum partes Iudicis non ſunt niſi in condemnando.*

11 *Cedenti, & renunciant iura ſua non datur regreſſus.*

12 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.*

13 *Quę ab initio ſunt voluntaria ex poſt facto ſiunt neceſſaria.*

14 *Perfecto cõtractu nõ eſt locus pœnitentiæ niſi vtriuſque partis conſenſu accedente.*

15 *Confeſſio nõ requirit ordinem, nec telam iudiciariam.*

16 *Habens pro ſe confeſſionẽ partis aduerſæ non eget alia probatione.*

17 *Pro exequutione confeſſionis imploratur officium Iudicis.*

18 *Confeſſio habet vim rei iudicatæ, & nihil aliud expectat, niſi executionem.*

19 *Aduerſus debitorem confitentem debitum ſolum requiritur præceptum, vt ſoluat.*

20 *Vicinus volens vti iure retractus non pro ſe, ſed pro alio audiri non debet.*

21 *Probatio debet concludere per neceſſe, & non per poſſibile.*

22 *Confeſſio vnius non poteſt obeſſe alteri num. 24.*

23 *Cõfeſſio tutoris, & procuratoris emanata per modum voluntariæ iuriſdictionis non præiudicat pupillo, vel principali.*

25 *Confeſſio ſolum probat in rebus dependentibus à voluntate confitentis.*

26 *Confeſſio patris non nocet filio.*

27 *Confeſſio adminiſtratoris non præiudicat Vniuerſitati.*

28 *Confeſſio debitoris non præiudicat fideiuſſori.*

29 *Confeſſio debitoris non præiudicat creditoribus.*

30 *Confeſſio non dependens à voluntate confitentis, nec ipſi confitenti obeſſe poteſt.*

31 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario.*

32 *Declaratio non afficit tertium.*

33 *Declaratio facta ab emphiteuta non præiudicat directo Domino.*

34 *Declaratio facta ab vſufructuario non præiudicat proprietario quod Amplia num. 35.*

36 *Vna præſumptio tollit aliam, & fortior debiliorem.*

37 *Ma-*

37 Magis veriſimile debet præſumi.
38 Quod non eſt veriſimile non debet præſumi.
39 In præſumptiònibus affectio multum præualet.
40 Donatio in dubio non præſumitur.
41 Donatio inter coniunctos faciliùs præſumitur.
42 Verbum concedo, ſimpliciter prolatū poteſt importare donationem.
43 Promiſſio facta alicui ſimpliciter, & & ſine obligatione importat donationem.
44 Ex coniecturis concurrentibus poteſt inferri ad tacitam donationem.
45 Concedens aliquid alicui ſimpliciter cenſetur donare.
46 In dubio an præſumatur mutuum.
47 Amicus Plato, amicus Socrates; ſed magis amica veritas.
48 Inter Iudicem, & illum qui habuit ſententiam contra, ſemper oritur inimicitia.
49 Sententia præcipitantèr lata quando dicatur nulla.
50 Omiſſio publicationis an inducat nullitatem & num. 55.
51 De iure Regni eo ipſo quod terminus datus eſt elapſus intelligitur in cauſa publicatum. & num. 54.
52 De Iure Regni ſunt ſublatæ præiudicialia iudiciorum.
56 Concluſio an ſit de ſubſtantia, vt illius omiſſio indicat nullitatem.
57 Stante bono iure, & iuſtitia eius ad cuius fauorem fuit decretum, etiam ſententia nulla debet confirmari.
58 Sententia nulla ſi eſt iuſta debet confirmari.
59 De bono Iure conſtare poteſt ex ijſdem actis.
60 Dum conſtat de bono Iure ſententia non poteſt dici nulla.
61 Termini ſubſtantiales licet malè ſeruati vnica ratione ad ſententiam ſauari poſſunt.
62 Quando nullitates ſunt turbidæ videndum eſt de bono iure.
63 Nullitates friuolæ in Regno non attenduntur.
64 In Regno iudicandum eſt ſola facti veritate inſpecta.
66 Nullitates quæ non ſunt contra expreſſum caſum legis, vel inſtrumentum, vel turbidæ ſunt reijciendæ.
67 Nullitates debent eſſe indubitatæ, & claræ, vt vrgeant.
68 Poſt ſententiam non poteſt dici de nullitate actorum factorum ante ſententiam.
69 Appellatione pendente nihil eſt innouandum.
79 Appellatione pendente ſententia exequi non poteſt.
71 Per appellationem à diffinitiuo ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis à quo, etiam ſine inhibitione.
72 Appellatio ſuſpendit iudicatum.
73 Decretum pendente appellatione non meretur, nomen decreti.
74 Omnia acta, & geſta appellatione pendente ſunt nulla, & reuocanda vti innouata; & attētata, etiam infra decem dies qui dantur ad appellandum.
75 Poſſeſſio capta pendente appellatione vel infrà decem dies qui dantur ad appellandum dicitur attentata, & reuocabilis.
76 Aduerſus petentem reuocationem attentatorum non poteſt obijci exceptio ſpolij.
77 Reuocatio attentatorum debet fieri cum reſtitutione fructuum.
78 Reuocare attentata nihil aliud eſt niſi cauſam ad priſtinum ſtatum reducere.
79 Appellatio eſt remedium, & præſidium oppreſſorum.
80 Appellatio, eſt theriacha aduerſus iudicem qui male iudicauit.
81 Appelatio eſt ſpecies defenſionis.
82 Appellatio nemini debet denegari.
83 Appellatio non poteſt tolli per Principem recognoſcentem ſuperiorem.

84 Ba-

Digitized by Google

84 *Barones non poſſunt tollere appellationem*
85 *Quando appellatio remouetur à lege, vel à ſtatuto, intelligitur de friuola.*
86 *Princeps recognoſcens ſuperiorem non poteſt cauſam committere cum clauſula appellatione remota.*
87 *Appellatio quia reſpicit defenſionem, nec Diabolo negari poteſt.*
88 *A duabus, vel à tribus ſententijs conformibus quando poſſit, vel non poſſit appellari.*

ARGVMENTVM.

Vaſſalli grauantur, quando Princeps eis tollit appellationem, & multa alia miſcellanea, & in iure notabilia conglomerantur.

Allegatio.

IN facti contingentia firmauit amicus meus I. V. D. Franciſcus Seuerinus à Rocca Monfina ſubditos grauati quando Princeps tollit eis appellationem, & quia exarauit allegationes, licet non omnes ad hunc articulum placuit hac occaſione illas inſerere, quæ ſonant, vt infrà.

Cum Notarius Ioannes Baptiſta Fiorillo Terræ Petræ Molariæ emiſſet quodam territorium, vti conſcius *conſtitutionis Regni Imperatoris Federici Sancimus, de iure protbomiſeos*, interpellauit,
1 medio Curiæ præcepto, vicinos ſi intendebant vti iure retractus, offerens illis territorium prædictum. Quo ſtante, negari non poteſt, quin vicini habeant ſpatiū triginta dierum ad deliberandum, *vt in dicta conſtitutione*; ſiquidem, aut vicinus interpellatus dixit, nolo emere nec vti iure congrui, & ſtatim excluditur, aut tacuit, & expectandus eſt lapſus triginta dierum; ſi verò nulla interceſſit interpellatio, & tunc ſecundùm vnam opinionem vicinus habet decēnium, vel ſecundùm aliam opinionem habet quadraginta annos: vt longa ſerie ex multorum DD. authoritate ſcripſi in mea allegatione typis data *in 7. p. Collect. Epiſcopi Riccij poſt Collect.*
3 3068. vbi hanc denunciationem poſſe fieri ante, & poſt venditionem, & tàm a venditore, quàm ab emptore, refero in lite vertente inter Carolum Zānino, & Aloyſium de Feble, vt in allegata allegat: videre eſt. Cumque vidiſſet dictus Notarius Fiorillo Ioannem Vincentium de Angelo vnum ex vicinis velle vti dicto iure, cepit excipere quod aderat alter vicinus nomine N. qui ex pluribus cauſis debebat præferri, excluſo dicto Ioanne Vincentio: & ſuper hac exceptione fuit tritum multum temporis ſpatium: & quia opponebat de iure tertij non erat audiendus
5 *l. vſufru. ff. ſi ſeruitus vend. Gallus cōſ. 4. num. 20. & conſ. 9. num. 5. Spin. conſ. 1. num. 34. & ſeqq.* Tantò magis quia calumnioſè id excipiebat, ad defatigandum dictum Ioannem Vincentium, prout confeſſus fuit dictus vicinus pro quo excipiebat: cuius confeſſionis probatione nul-
7 la maior. *Scayn. deciſ. 115. num. 5. & 6. & deciſ. 82. & ſeqq. Regens Valenſ. conſ. 212. num. 96. & ſeqq. lib. 2.* Vnde malitijs obuiandum erat *l. in fundo ff. de rei vendic. Mareſcott. lib. 2. var. reſol. cap. 108. Steph. Grat. lib.*
8 *3. diſcept. for. cap. 473.* Et quia ſuper hoc non pauca temporis intercapedo interceſſit, ideò elapſi fuerunt

Digitized by Google

dicti triginta dies per dictam con-
ſtitutionem impartiti;& prætende-
bat dictus Notarius excludere di-
ctum Ioannem Vincentium , non
animaduertens , quòd dùm diſcu-
tiebatur exceptio per ipſum oppo-
ſita,immò pendente diſcuſſione
plurium exceptionum per ipſum
9 oppoſitarum,terminus non curre-
bat *l.ſiuè pars C.de dilat.l.contrà ma-
iores C.de inoff.teſt. Rota deciſ. 64.p.
4.in nouiſſimis,de Franchis deciſ.327
num.3.*

Meritò quidam Iudex primarum
cauſarum nomine Borrellus, per-
pendens omnes ſupradictas ratio-
nes,& quod in confeſſum partes
10 Iudicis non ſunt, niſi in condem-
nando *l. 1. C. de confeſſ. Fra. Marc.
deciſ.95 num. 1.p. 2.* ex quo obtulit
dictum territorium dicto Ioāni Vin
centio de Angelo, illud eidem re-
nunciando,& cedendo, agnoſcens
malam fouere cauſam,cum ceden-
ti ad iura ſua non detur ampliùs re-
greſſus *l.qui actionem C. qui acc. non
11 poſſ. Affl.deciſ.220.num.19.*& quod
ſemel placuit ampliùs diſplicere
non poteſt *cap. quod ſemel de Reg.
iur.in 6.§.ſemel. inſtit. ex quibus cau-
ſis manumictere non licet* , & quæ
ab initio ſunt voluntaria ex poſt fa-
13 cto ſunt neceſſaria *l.ſicut C.de act.et
obligat.l. quamuis C. de tranſact.* Ità
vt niſi conſenſus vtriuſque partis
accedat,à tali facto recedi non poſ
14 ſit,*l.ab emptione ff. de pact. Thoma-
ſiſt.in florib.legum regula 6.*Ideò me
ritò dictus Iudex Borrellus ſine a-
lijs probationibus , & abſque alia
tela iudiciaria,quæ rebus ſic ſe ha-
bentibus non erat neceſſaria. *Re-
gens Valenſ.conſ.121. num. 99. volu.
2.Franc.Mar. deciſ. 95. num.2.part.
1.*decreuit ad fauorem dicti Ioan-
nis Vincentij , condemnando di-
ctum Notarium Fiorillo ad relaxā-
dum illi dictum territorium iure

cógrui. Nec prædictus Ioānes Vin-
centius rebus ſic ſtantibus egebat
alia probatione . *Scayn. deciſ.96.
16 num.25.*Partes enim Iudicis , præ-
dictis actentis,non erant niſi decer-
nere,vt dictum territorium tradere-
tur dicto Ioanni Vincentio *Franc.
Marc.deciſ.397.nu.2.p.1.* Illa enim
17 confeſſio,& ceſſio Notarii Fiorillo
nihil aliud expectabat,niſi exequu-
tionem *Mauſ.de cauſ.exequut.ampl.
18 36.num.7.*ex ſola enim confeſſio-
ne debitori fit præceptum,vt ſoluat
ſinè alia tela Iudiciaria *l.ſi debitor
ff.de iudicijs* . Vnde videns dictus
19 Fiorillo, nō poſſe euadere à iuſtitia
dicti Domini Iudicis primarum
cauſarum ſperans refugium inueni-
re penès Iudicem ſecundarum cau
ſarum adiit Illuſtriſſimum , Domi-
num Principem Roccæ Romanæ
vtilem dominum Terræ Petræ Mo-
lariæ,& obtinuit me pro Iudice ſe-
cundarum cauſarum,qui viſis actis
& auditis partibus, ſine alio ſtrepi-
tu iudiciario,& reſecatis tot excep
tionibus calumnioſis, & fruſtrato-
riis dicti Fiorilli,inſpecta iuſtitia,&
bono iure dicti de Angelo, debebā
ſententiam iudicis primarum cau-
ſarum confirmare,ſed amicitię cal-
caribus motus volui moré gerere
dicto Fiorillo in concedendo illi
tot dilationes,quas præterire pote-
ram: Tantò magis quia à principio
animaduerteram malam cauſam
amici Fiorilli . Vndè impartito ei
termino in ſecunda inſtantia nixus
fuit probare dictum Ioannem Vin-
centium non petere dictum terri-
torium pro ſeipſo,ſed pro D. An-
tonio de Dario eius ſororio, quod
facere non poterat *Affl. de iure pro-
20 tb.§.4.not.& in dec.238. num. 6.* ſe-
quitur, & plures refert *Nouar. lib.
2.quæſt. forenſ. quæſt. 50. num. 1. &
ſeqq.*

Et in termino prædicto ad fun-

dan-

dandam Florillus eius intẽtionem
articulauit,& probauit qualitèr di-
ctus Ioannes Vincentius eſt pauper
& quod ſoluit, & depoſitum fecit
de pecunia dicti D. Antonij,& qua-
liter pluries dictus D. Antonius de-
clarauerat ipſum velle dictum ter-
ritorium, cum publica voce, & fa-
ma,

Et quoniam dictæ probationes
ſeù potiùs præſumptiones non erãt
releuantes,& concludentes,confir-
maui ſententiam primæ inſtantiæ.

Et quòd dictæ probationes non
concludant,probatur. Nam primò
quatenus eſſet verum, quod dictus
Ioannes Vincentius ſoluerit,& de-
poſitum fecerit de pecunia dicti
D. Antonij,tamen non ſequitur,ſe-
quela,ergò dictus Ioannes Vincen-
tius petiit dictum territorium pro
dicto D. Antonio, cũ hoc poſſit eſ-
ſe,& abeſſe & ſic hęc probatio non
cõcludit per neceſſe, ſed per poſſi-
21 bile,ꝙ in iure nõ admictitur, *l. neque
natales C. de probat. l. non hoc C. unde
legit. Camil. de Medic. conſ. 152. num.
30. & ſeq. Praſes de Franc. deciſ. 357.
num. 2.*

Nec opitulatur Fiorillo confeſ-
ſio,& declaratio D. Antonij pluriès
aſſerentis velle dictum territorium
pro ſe: nam non ideò ſequitur ſi-
militèr dictum Ioannem Vincentiũ
petiiſſe dictum territorium pro eo.
nam obſtat etiam axioma iuris ſu-
pradictum: non probat hoc eſſe,
quod ab eo quandoque contingit
abeſſe,vt in allegatis legibus. Nec
confeſſio,& declaratio D. Antonij
22 poteſt obeſſe Ioanni Vincentio:
*Franc. Marc. deciſ. 697. num. 1. &
deciſ. 581. num. 1. part.* 1. nimirum,
quia etiam confeſſio tutoris,& pro-
curatoris emanata per modum vo-
luntariæ iuriſdictionis non præiu-
23 dicat pupillo,vel principali. *Franc.
Marc. dec. 516. n. 3. & ſeqq. p. 2.* & cõ-
feſſio vnius non præiudicat tertio.
*Regens Valenſ. conſ. 140. num. 6. Gait.
24 de credito. cap. 2. tit. 3. art. 3. num. 419
& ſeqq.* & confeſſio probat ſolum in
rebus dependentibus à voluntate
25 confitentis *Regens Valenſ. conſ. 174.
num. 14. vol. 2.* vbi ſubiungit quod
confeſſio patris non nocet filio *in
26 num. 15. & de Luna conſ. 43. nu. 18.*
& confeſſio adminiſtratoris non
27 præiudicat Vniuerſitati *Praſes Ga-
leota controu. lib. 2. contr. 20. num. 61.*
Nec confeſſio debitoris pręiudicat
28 fideiuſſori. *Rota Macerat. deciſ. 117.
num.* 7. nec confeſſio debitoris in
præiudicium creditorum probat,
29 *Regens Valenſ. conſ. 174. num. 19. &
20. vol. 2.* Imò quotiès id quod quis
cõfitetur non dependet à volunta-
te confitentis, nec ipſi confitenti
30 obeſſe poteſt, *Scapn. deciſ. 82. num.
90. & 91.* nec confeſſio cedentis
31 nocet ceſſionario *Gait. de credito.
cap. 2. tit. 3. art. 3. num. 420. & ſeqq.*
nec declaratio afficit tertium *Card.
32 Lud. deciſ. 157. num.* 8. ideo decla-
ratio facta ab emphiteota non po-
33 teſt præiudicare *Dom. Card. Caual.
dec. 328. n. 2. &* 3. Et facta ab vſufru-
ctuario non præiudicat proprieta-
34 rio Idem *ibid. nu.* 5. etiam ſi agatur
de eodem iure *Mar. Anton. variar.
34 reſo. lib. 3. reſol. 1. num. 7. & ſeqq.* imò
ſi præſumptionibus volumus vti,
fortior præſumptio eſt,vt Reueren-
dus Donnus Antonius velit po-
tius dictum territorium pro Ioannẽ
Vincentio ſotorio, quàm Ioannes
Vincentius pro D. Antonio, ex eo
quod D. Antonius nõ habet filios,
nec habere ſperat,& Ioannes Vin-
centius habet vxorem ſororem di-
cti Donni Antonii,& filios, & ſic
nepotes illius pro quibus cogitare
illum omninò præſumendum eſt,
ob maximam eius dilectionem in
ſororem, & dictos nepotes, cum
vna præſumptio tollat aliam,& for-

Digitized by Google

tiot debiliorem *Conſiliar. Martian.*
conſ.38.nu.3.vol.1. Rota in recollect.
*nouiſs.deciſ.*201*.num.*44. & hoc eſt
magis veriſimile, ideò præſumen-
37 dum, *Affl.deciſ.44.num.26. Ioannes*
de Amicis conſ. 27. num. 24. & ſeqq.
& quod non eſt veriſimile admicti
38 non deber *Regen.Valenſ. conſ. 151.*
num.77. vol. 2. affectio enim in iis
39 multum præualet; *Praſ. Galeot.con-*
trouerſ.lib.2.controu.17. num. 30. &
*ſeqq. & controu.59.num.*8.

Et quod quatenùs eſſet verum
quod ſoluitio, & depoſirum eſſet
de pecuni a Donni Antonii, quod
non ideo poſſit inferri Ioannem
Angelum petiiſſe dictũ territorium
pro dicto Donno Antonio proba-
tur, quia poteſt eſſe donatio; nam
licet donatio in dubio non præſu-
matur *l. cum de indebito.ff.de probat.*
tamen inter coniunctos faciliùs pre
41 mitur, *Ludou.Bell.in conſ. 9. num. 5.*
Marta conſ.150.num.6.& conſ.151.
num. 25. ſicuti verbum concedo
ſimpliciter prolatum poteſt impor-
42 tare donationem *Lud. Bell. dict.*
*conſ.9.num.*4. ſicuti promiſſio facta
alicui ſimplicitèr, & ſine obligatio-
ne ſimiliter importat donationem
43 *Giouag.conſ.83.num.3. & ſeqq.* ali-
quibus enim concurrentibus po-
tèſt ad tacitam donationem inferri
44 *Giouag.in allegato conſ.83.num. 35.*
37.74. & ſeqq. de Luna conſ.42.num.
23. & ſeqq. & concedens aliquid
alicui ſimpliciter cenſetur donare
45 ſecundùm *Arnold.Ferr.ad Conſ.Bur-*
digd.2.ſub tit.de feudo, & iure emphi.
§.17.fol. 286. Perbellè *Capyc.deciſ.*
180*.num.*11*. & ſeqq.*

Poteſt eſſe mutuum ſecundum
tradita per *Mozz.de contract. ſub ti-*
46 *tulo de mutuo cap. de natural. mutui*
num.25. & ſeqq. Ideò quomodocũ-
que illud aſſumptum vertatur, &
reuoluatur non poteſt inferri ex il-
la ſolutione, & depoſito ad petitio-
nem congrui pro Donno Antonio,
cum non ſit probatio concludens,
& neceſſaria, vt ſuprà diximus.

Quibus omnibus per me rumi-
natis cum recordarer illud quod
47 vulgo circumfertur, amicus Plato,
amicus Socrates, ſed magis amica
veritas, confirmaui ſententiam Iu-
dicis Borrelli: Quod ægreferens di-
ctus Florillus, & hac de cauſa orta
inimicitia inter ipſum, & me Iudi-
cem ſecundarum cauſarum, & ami-
cum, de quo non mirum, cum hoc
ſemper euenire ſoleat inter iudi-
cem, & illum qui habuit ſentẽtiam
48 contra de *Mar. quotid. reſolut. cap.*
209. dixit de nullitate ſententiæ, &
nullitates infraſcriptas propoſuit.

Prima nullitas quia ſentẽtia fuit
præcipitanter lata.

Secunda quia fuit lata non præ-
cedente publicatione, & conclu-
ſione.

Circà primam nullitatem nega-
tur quòd fuit ex abrupto, & præci-
pitanter lata, ex eo quod fuit lata
citatis citandis, cum maxima cau-
ſæ cognitione pluriès partibus au-
ditis; vnde non poteſt dici præcipi-
49 tanter lata. *Marc Anton. varia.reſo.*
lib.1.reſol. 102. num. 7. Scayn. deciſ.
37.num.2. Farinac.deciſ.123.num.2
tom.1. Card.Ludou.deciſ.176.num.5.
& ſeqq. Mareſcott.lib.2.variar.reſol.
cap.15.

Circà ſecundam nullitatem, pu-
blicationem non eſſe de ſubſtantia
Iudicii, & illius omiſſionem non
inducere nullitatem, teſtantur *Bar.*
Bald. & Alex. in l.prolatam C. de ſen-
tentijs, & interlocut.omnium Iudicum
quod ſequitur *Guid.Papa deciſ.*586
num.1. & 2. & Ibi nouiſſimi adden-
50 tes *Cappel.Toloſ.deciſ.* 416. *Conſ. de*
Paz.in eius praxi p.1.tom.1.temp.8.
num. 134. & num.135. vbi ſubiun-
git, quod ſit fuerit petita, & denega
ta, à denegatione debet appellari.

Sebaſt.

Digitized by Google

Sebaſt.Vant.de nullit.ſub. cap.de null. ex defect.proceſſ. num .40.& hanc eſſe communem teſtatur *Aſin. in eius praxi* §.3.*cap.* 10.*num*:4. *Maranta in praxi part.4.diſt.9.num.* 12. *verſ. ſed eſt,& in 2.p.6.p.pri.actu* 11.*num.* 4.*verſ.communis concluſio* . Nouiſſimè *Marin.quotid.reſol.cap.* 45. *n.* 2. Et vbi non fuit petita,eius omiſſionem non viriare ſententiam fatetur *Viu.deciſ* 32. Et in Regno publicatio non fit,niſi parte inſtante *Muſcat.in praxi Sacr.Conſ.p.6.gloſſ.partes num.* 5. Et illius prætermiſſionem non inducere nullitatem communem eſſe aſſerit *Cala.* noſter Regnicola *de modo artic.gloſſ.3.* §.1. *num.* 35.*vbi in verſ.aduerte tamen* ſubiungit hæc formalia verba.

Aduerte tamen quod de iure Re
gni eo ipſo quod dilationes datæ
ad probandum ſunt finitę,intelligi-
gitur in cauſa publicatum , vt pro-
51 batur in *Regia Pragm.curſu dilatio-*
num . Tantò magis,quia hodie in
Regno per diuerſa iura municipalia
ſunt ſublata præiudicialia iudicio-
52 rum iuris poſitiui,& ſic poteſt omi-
cti publicatio,& ipſius omiſſio non
reddit proceſſum nullum verè in-
ſpecto iure Regni, & diſpoſitione
53 *Reg Pragm.curſu dilationum*,non po
teſt dici omiſſa ex quo tacitè cenſe
54 tur facta ipſo iure per lapſum ter-
mini probatorij.
55 Næc ille . Vbi num. 36. limitat
quando eſſet petita,& denegata.
Hoc iddem nouiſſimè ſectatur *Camillus de Ratba in conſ.* 88. *num.* 26. *& ſeqq.Capyc.deciſ.*1. *num.* 1. & ibi *Petra.Carauita in ritu* 72. *num.*7. *& ſeqq.*vbi optimè *D.Nouarius amicus meus vir Doctiſſimus de Priuil.miſerab.perſon.Priuil.*125.

Et idem procedere reſpectu cõcluſionis,vt illa non ſit de ſubſtantia,nec illius omiſſio inducat nullitatem fatetur, *Carauita in ritu* 75.
56 *num.* 1. *& ſeqq. Muſcatell. in praxi*
Sacr.Conſ.p 7. *glo. de iure num.* 8. *& 9.Donat.Anton de Marin. in allegat cap.*45.*num.*2. *Calà dicto* §. 1. *num.* 38.*&* 39.*Farinac.deciſ.*100.*num.*3. *p.*2.*tom.*1.*Ripoll.variar.reſolut. cap.* 16.*num.*2.

Maximè ſupradicta procedunt
ſtante bono iure,& iuſtitia Ioannis
Vincentij , in quo caſu ſententia
etiam nulla debet confirmari, *Viſc.*
concluſ. iur. verb. nullitas , & verbo
ſententia licet,Paul. Gran. Thaur. 17.
*de Luna conſ.*28.*num.* & ibi addi-
57 ctio *num.* 24. *Gram. in conſ.* 12. *&*
14.*in ciuilibus Mar. Anton. variar.*
*reſol.lib.*2. *reſol.* 30. *num.* 9. *& ſeqq.*
ſententia enim nulla,ſi iuſta eſt,de-
bet confirmari *Thor. in compend. de-*
ciſ.Neapol.verbo ſententia nulla,part.
58 1.*Epiſcop.Ricc.*Dominus meus ob-
ſeruandiſſimus *deciſ.*134.*p.* 2.*Rota*
*Macerat.deciſ.*108.*num.* 5. *&* 6. *&*
*Mar.Anton. variar. reſol.lib.*1.*reſol.*
50.*num.*35.*& lib.* 2.*reſol.*8. *nu.*4.

Et de bono iure Ioãnis Vincen-
tij conſtat ex ijſdem actis , vt lege-
59 re,& videre eſt *Rot. in recollect. no-*
*uiſſ.deciſ.*192. & dum iuſtificatur ex
actis de bono iure noſtri clientuli,
ſententia non poteſt dici nulla. No
60 uiſſimè *Conſiliar.Merl.controu.cent.*
1.*cap.*88.*Farinac.deciſ.* 656.*num.ſi.*
*part.*2.*tom.*2.

Inſuper termini ſubſtantiales , v-
nica citatione ad ſententiam, licèt
male ſeruati,ſanari poſſunt, *Farina.*
61 *deciſ* 734.*num.*3.*&* 4.*par.* 2.*tom.*2.
Rota in recollect nouiſſim. deciſ. 233.
num. 1. & quando nullitates ſunt
turbidæ,tunc videndum eſt dę bo-
62 no iure *Card.Ludou.Poſteà Summus*
*Pontiſ.deciſ.*131.*nu.* 1. & nullitates
friuolæ in Regno nõ attēduntur per
Ritū Magnę Curiæ 289.nimirum cū
63 iudicandū ſit ſola veritate inſpecta
64 ſecundum *Pragm. Diſpendia litium*
& cap.Reg.Deteſtantes , & nullitas

quoties non eſt contra expreſſum
caſum legis, vel inſtrumentum non
65 obſtat *Camill. della Ratha in allegat.*
conſ. 88. *num.* 3. *&* 4. & quoties nul-
litates non ſunt tales, vel turbidæ,
66 ſunt reijciendę *Rota in recollect. no-*
uiſſ. deciſ. 391. *num.* 1. Debent enim
eſſe indubitatæ, & claræ, vt vrgeant
67 eadem *Rota in deciſ.* 240. *num.* 3. ſu-
mus tandem poſt ſententiam, vn-
de non poteſt dici de nullitate acto
rum antè ſententiam ex *nouell. Prag*
mat. Comit. de Lemos, nuper ſituata
ſub titulo de dilationibus, *quarta*
68 *in ordine cap.* 17. *Camill. della Ra-*
tha in allegato conſ. 88. *num.* 1. *&* 2.
& Carraba in ſingulari 13.

Vnde prædictis omnibus ita ſe
habentibus, & peractis amicus Flo-
rillus vti iterum grauatus nouitèr
ſupplicauit dictum Illuſtriſſimum
Principem pro Iudice tertiarum
cauſarum, qui conceſſit ei V. I. D.
N. Canciano; Verùm quia appella-
tione pendente dictus Ioannes
Vincentius de Angelo ſupplicauit
eundem Illuſtriſſimum Principem,
vt mandaret Iudici, à quo vt micte-
ret ipſum in poſſeſſionem dicti ter-
ritorij quaſi quod habuiſſet pro ſe
duas ſententias conformes; & id li-
benter ei fuit conceſſum.

Et in hoc amicum valdè fuiſſe
grauatum omnino fatendum eſt, ſi-
quidem hoc eſt contra legem, vt *in*
toto titul. C. nihil innou. pendente e-
nim appellatione à diffinitiua, nihil
69 eſt innouandum, *Franc. Mar. deciſ.*
43. *p.* 2. *vbi num.* 4. expreſſe loqui-
tur de exequutione ſententiæ, quia
70 per appellationem à diffinitiuo ſuſ-
penditur iuriſdictio Iudicis, à quo
71 etiam ſine inhibitione *Viſconte. com*
mun. conclu. iur. verbo appellatione
pendente à diffinitiuo Noua. lib. 2. *qq.*
Forenſ. quaſt. 28. & appellatio ſuſ-
72 pendit iudicatum *Preſ. de Franch.*
deciſ. 370. *num.* 13. *& ſeqq. Guid. bon.*
aduocat. 17. *num.* 1. adeò quod illud
decretum nomen Decreti non me-
73 retur *Danſa de pugna Doctor. tom.* 2.
tit. de elect. Flori. cap. 9. *num.* 11. &
omnia acta, & geſta appellatione
pendente ſunt nulla, & reuocanda
vti innouata, & attentata etiam in-
frà decem dies, qui dantur ad appel
74 landum *cap. Non ſolum de appellat.*
Garz. de beneſ. part. 7. *cap.* 4. *num.* 16.
& ſeqq. Viſcont. comm. concluſ. iur.
verbo attentata. Farin. deciſ. 682. *tom.*
2. *p.* 1. *Mar. Ant. var. reſol. lib.* 1 *reſol.*
50. adeo quod poſſeſsio capta ap-
pellatione pendente vel infrà de-
cem dies qui dantur ad appellan-
dum, dicitur attentata, & reuoca-
75 bilis *Card. Seraph. in deciſ.* 1383.
num. 1. *& Garz. in dicto num.* 16. *&*
ſeqq. & aduerſus petentem reuoca-
tionem attentatorum, non poteſt
76 obici exceptio ſpolij. *Giouagn. conſ.*
8. *num.* 34. *vol.* 1. & reuocatio debet
fieri cum reſtitutione fructuum *Vi-*
77 *uius in additione ad deciſ.* 459. cum
reuocare attentata nihil aliud ſit,
niſi reducere cauſam ad priſtinum
78 ſtatum *Giouag. in allegat. conſ.* 8. *nu.*
31. Et appellatio eſt remedium, &
79 præſidium oppreſſorum *l.* 1. *ff. de*
appellat. & theriaca aduerſus Iudi-
80 cem qui male iudicauit, & ſpecies
81 defenſionis. *Reg. Valenſ. conſ.* 195.
num. 1. *& ſeqq. vol.* 1. *Scayn. deciſ.* 61.
num. 5. *&* 6. *Nouar. lib.* 2. *qq. Forenſ.*
cap. 13. *num.* 8. *Carol. Iallong. in Ra-*
cemat. 107. *num.* 1. ideò nemini de-
82 bet denegari. *Thor. voto.* 64. *num.* 1.
nec per Principem ſuperiorem re-
cognoſcētem poteſt appellatio tol-
li. *Bart. in l.* 1. *§. Interdictum ff. à quib.*
appell. non licet Abb. in cap. Paſtoralis
83 *num.* 4. *de appellat. Thomat. deciſ.* 57.
num. 20. *&* 21. & quod Barones ap-
pellationem tollere non poſsint no-
84 uiſsimè tuetur *Nouar. de grauam.*
vaſſall. lib. 1. *Grauam.* 235. *&* 251.
imò quoties appellatio remoue-
tur

Digitized by Google

turà lege, vel à ſtatuto intelligitur
85 de friuola *Reg. Valenſ. dicto conſ.* 195
num. 30. Nec Princeps ſuperiorem
cognoſcens poteſt cauſam com-
mictere cum clauſula, applellatio-
86 ne remota, *Nouar. de grauamin.*
vaſſ. lib. 1. *grauam.* 293 & quatenus
appellatio reſpicit defenſionem,
nec Diabolo negari poteſt. *Regens*
Valenſ. dicto conſ. 195. *num.* 7. nec
obſtant duæ ſententiæ conformes,
nam debent eſſe tres, vt in toto *tit.*
C. ne liceat tertiò prouocare, niſi per
88 ſtatutum contrarium cautum eſſet
Franc. Mar. deciſ. 88. *p.* 2. *Scayn. deciſ.*
49 *num.* 4. *& deciſ.* 110. *num.* 1. *Conſ.*
Marcian. conſ. 4. *ſub num.* 2. ſolum à
duabus conformibus Sacri Conſi-
lij non datur appellatio idem *Con-*
ſiliar. Marcian. conſ. 21. *num.* 1. nec
etiam ſi eſſent tres ſententiæ Baro-
nales conformes opitularentur,
cum vnica dicatur inſtantia iudicis
primarum, ſecundarum, & tertiarũ
cauſarum Baronis *Capiblanc. de offi-
cio Baron. Pragm.* 8 *p.* 1. *num.* 193. *&
ſeqq. Viſconte comm. concluſ. iur. ver-
bo, appellatio indefinitè*, quod ipſe
retuli in allegata mea *allegat. in* 7. *p.
collect. Epiſcopi Riccij* impreſſa quod
ſequitur *Reg. Tappia, & Reg. Aponte*
in locis relatis à *D. Nouario de gra-
uam. vaſſall. lib.* 1. *in addict. ad grau.*
400. vbi tamen hanc ſententiam
non eſſe vndique tutam, ex relatis
ab Anna in conſ. 70. *vol.* 1. fatetur. Et
hæc pro, & contra ſcripſiſſe ſuffi-
ciat.

Et cum hac allegatione ſit impoſitus finis huic Tertio Tomo de Grauaminibus Vaſſallorum ad laudem Omnipotentis Dei, & Immaculatæ Virginis Mariæ Omniumque Sanctorum.

DE-

Digitized by Google

DECISIONES TOTIVS ORBIS TRIBVNALIVM.

Reſpicientes materiam Grauaminum Vaſſallorum.

De quibus in Primo, Secundo, & hoc Tertio Tomo facta eſt mentio.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati plerumque negant piper eſſe nigrum, & aliquando dicunt eſſe album.*

2 *Dominus, qui debet priuari iuriſdictione ſuorum vaſſallorum quos grauauit intelligitur, vt de illis priuari debeat, & non de alÿs, quos nõ grauauit.*

3 *Subditus ſeù vaſſallus grauatus debet eximi à iurisdictione Domini non autem priuabitur Dominus iuriſdictione aliorum, quos non grauauit num. 4.*

5 *Teſtes ruſtici, & villani repelluntur à teſtimonio contra Baronem.*

6 *Domino licet propria autoritate ſeruum capere, & plagis mediocribus caſtigare.*

7 *Dominus poteſt exercere iuriſdictionem contra ſubditos etiam ſi negotium, & cauſa eum tangat.*

8 *Dominus an priuari poſſit iuriſdictione vaſſallorum non præcedente prius monitione eidem Domino facta, vt illos bene tractare debuiſſet vide plene pro, & contra, & concluditur quod priuari poteſt nulla præcedente monitione.*

9 *Dominus dum denegat iuſtitiam ſubditis eoſdem maletractando non ex hoc priuatur iuriſdictione, ſed debet extraordinariè puniri, & intereſſe reficere damna paſſis etiam ſi fuerit ſæpius requiſitus, & id facere recuſauerit num. 10.*

11 *Dominis non licet in vaſſallos ſeuire, nec eos carcerare indebite licet in eos omnimodam iuriſdictionem habeant.*

12 *Domini maletractantes vaſſallos sũt reprimendi, vt non ſint tantum audaces ad maleficia perpetranda in plebem, & debiles, quia ſemper ſunt hominibus ſuis infeſti, & pleni auaritia quam de die cogitant, & de nocte ſomniant.*

13 *Subditi, ſeu vaſſalli grauati debent eximi à iuriſdictione Domini.*

14 *Dominus tenetur reddere, vices ſuo ſubdito, & eius iura conſeruare aliàs non meretur nomen domini.*

15 *Iudex debet ex proprio officio prouidere contra Dominos maletractantes vaſſallos, etiam quod vaſſalli ipſi non conquerantur.*

16 *Domino indiſtincte vaſſallos grauanti poteſt adminiſtratio interdici.*

17 *Vaſſallos pauperes defendere ab oppreſſionibus Dominorum magna eſt apud Deum alemoſina.*

18 *Domini tenentur eorum vaſſallos ab*

alÿ-

Digitized by Google

alienis iniurijs tueri, & non ipſos deglutire.

19 *Doctores teſtes Dominos moneri debere per ſuperiores ãtequã priuētur iuriſdictione nõ arctant ſuperiores, ad faciendum monitionem præfatam, ſed dicunt quod poſſunt monere dominos vaſſallorum, vt vaſſallos ipſos bene tractent.*

20 *Dominus indiſtincte vaſſallos grauans, ita etiam indiſtincte debet ſibi iuriſdictionis adminiſtratio interdici.*

21 *Dominus maletractans vaſſallos dicitur male vti ſubſtantia ſua, & facit ſe indignum dominari.*

22 *Lex cũ loquitur negatiue, puta ſi quis non fecerit tale quod puniatur incentum iſto caſu quis puniri non poteſt niſi precedente monitione.*

23 *Monitio requiritur ad pena adiectã commiſſionem pro facto negatiuo, & ſic pro negligentia non adiecto tempore, & vide plura etiam concludentia exempla ad declarationem præfatorum.*

24 *Monitio fieri requiritur, quando pena committitur propter moram, non quando committitur propter factum.*

ARGVMENTVM.

Baro maletractans Vaſſallos qualiter puniatur.

DECISIO I.

Ex Gramatico Deciſ. S.C. 104.

MAgnificus Galeatius de Tarſia Calaber Baro Caſtri Belmontis Prouinciæ Calabriæ ad quærelam, quamplurimum ſuorum vaſſallorum inquiſitus per Magn. Cur. Vic. quod male, & peſſimè ipſos tractabat multos, & quam plures ex eis minùs debitè carcerando alios non iniuſtiſſime torquendo nullos grauibus, ac atrocibus iniurijs afficiendo, alijs quampluribus euaginatis enſibus propria manu vulnera non leuia inferẽdo ab alijs autem multas pecuniarum ſummas ſub colore intollerabilium compoſitionum ex torquendo, & cetera faciendo, quæ honeſtatis cauſa ſilentio pretereunda cenſui; & dum fuiſſet ſeruatis ſeruandis per eandem Magnam Curiam eius vita durante in inſulã Liparis deportatus, & ſua iuriſdictione ciuili, ac criminali pariter eius vita durante in homines Caſtri præfati priuatus prouocaſſetque inſuper ad Sacrum Regium Conſilium, & cauſa commiſſa Mag. Io. Andr. de Curtis Regio Conſiliario per quem tandem facta relatione in eodem Sacro Conſilio de duobus diſcutiendum contingit dimiſſis cæteris que non multum conſideratè pro parte magnifici Galeatij adducta fuere vt vtar verbis *Bald. in repet. l. 1. ff. de officio aſſeſſorum de quo meminit Par. de Pute. in tractat. ſindicat. in tit. de*
1 *exceſſ. aduoc.* dum dixit quod ſemper aduocati negant piper eſſe nigrum, & aliquando imò plerumque eſſe album affirmant dum eius aduocati tenaciter aſſeuerare non ceſſant non potuiſſe p tiuari Iuriſdictione omnium vaſſallorum, ſed eorum tantum, qui grauati ab ipſo Galeatio reperiuntur.

Dubitatur ergo an potuerit magna Curia ipſum priuare iuriſdict. præfata in omnes ſuos vaſſallos, ita diſtinctè, & reſpectu eorũ q̃bus nullũ grauamen illatũ fuiſſe cõperitur.

Secundo an potuerit priuari iuriſdict. pręfata non præcedẽte prius monitione per ſuperiorem Dominum, vt vaſſallos ipſos benetracta-
2 re debuiſſet alias quod priuaretur ipſo-

ipſorum iuriſdictione.
Et circa primum adducebatur,
quod quatenus potuiſſet Galea-
tius ipſe priuari, ſeu ſuſpendi iuriſd.
in ſuos vaſſallos eius vita durante
intelligendum eſſe circa illos tan-
tum, qui grauati pretendebantur,
per *tex. in l. vnic. C. ſi quat. præd. pot.*
in tex. ibi liceat perſonæ quam hu-
iuſmodi obitu circumuenire ten-
tauerit confeſtim conteſtatione
propoſita cum ſuo ſuorumque do-
mo iuriſdict. eius euitare. Imò cum
Baro ſit iudex ordinarius, & perpe-
tuus ſuorũ vaſſallorũ nõ abſurdum
erit aſſerere non eſſe locum priua-
tioni, ſed illi offenſe per eius offi-
ciales cognoſcendæ, vt ſubdit ibi
litera, & quidem ſi hoc prauitas or-
dinarij Iudicis erat vt vniuerſæ do-
mus eius ratio atq; omnia, vel ciui-
lia, vel criminalia negotia quamdiu
idẽ adminiſtratione fuerit priuatus
Vicario competunt, & dicit *gloſſ. in*
verſ. Vicario illius Iudicis, & ſic a-
perte apparet, quod offenſæ factæ
in ſubditos, vel non habent vires
priuationis iuriſdict. cum per eius
Vicarium offenſi cognoſcendi ſunt
vel ſi priuandus erit tantum reſpe-
ctu offenſorum priuandus erit per
quem *text. dicit Io. Fab. in l. ob Ti-*
3 *tium ff. de officio proc. et leg.* quod, vbi
ſubditus eſt grauatus debet eximi
à iuriſdict. Domini, & ſic ratione
grauaminis in vnum ſubditum reſ-
pectu illius ſubditi grauati agitur
de priuatione iuriſdict. etiam alio-
rum; & ſic ſequeretur quod ex gra-
uamine illato vni ſubdito ſemper
dominus priuaretur iuriſdict. quod
non eſt dicendum cum pena de-
beat delicto commenſurari per iu-
ra vulg. & in indiuiduo, ꝙ grauat
indiſtinctè ſubditus indiſtincte in-
terdicatur adminiſtratio, & quod
4 quãdo aliquis grauatus ipſe exima-
tur à iuriſdict. pulchre *dicit Io. Fab.*
in §. fin. inſt. de his ſunt ſui, vel alieni
iuris, & probat *tex. in l. ſi poſtulaue-*
rit §. iubet ff. ad l. Iul. de adult. vbi iu-
bet text. eos homines, de quibus
querela habita eſt publicos eſſe
probat *text. in conſtitutione Regni*
ſi vaſſallus domino ibi, & homo
prædictus immediate ad Curiam
noſtram pertineat, & ſic apparet,
quod ſi vaſſallus fuerit offenſus, vel
verberatus, vel in adulterio, vel de-
floratione filio feudatarius non pu-
nitur niſi in amiſſione illius homi-
nis, & ſic non videtur bene fuiſſe
pronunciatum per Magnam Curiã
concurrente maximè quod omnes
5 teſtes deponentes contra ipſum
Baronem sũt ruſtici, & villani quos
conſtitutio Regni proſequentes ſub
rubric. de pugnis ſublatis repellit à
teſtimonio contra Baronem.
Et pro corroboratione premiſ-
ſorum ego non omittam pro ipſo
Galeatio dici potiſſe ipſum non
ita grauiter teneri de dictis iniurijs
& exceſſibus in vaſſallos cum iurij
diſpoſitione liceat domino propria
6 auctoritate ſuum ſeruum capere, &
& plagis mediocribus caſtigare,
1 & idem licet dominis de homini-
bus ſibi ſubditis ita *Bald. in auth. ad*
hæc per illum text. C. de lat. lib. toll. vbi
Alex. in addit. inducit in argu. *l. 1. ff.*
qui ſunt ſui, vel alieni iur. & l. 1. cap.
7. *de emend. Cod. 1. verſ. item ſecundum*
Martinum de Fan. quoniam ipſi
iuriſdictionem habent in ſubditos
cap. Imper. de prohib. feud. alien. per
fred. quam exercere poteſt contra
ipſos etiam ſi negotium, & cauſa
eum tangit *l. quiſquis C. de Epiſc. &*
cleric. & tenet *spec. in tit. de feud. ver.*
8 *16. cum ſequen. & Io. Fabr. in l. 1. C.*
nequis in ſua cauſa.
Secundo aduocati præfati Ga-
leatij adducebant non potuiſſe præ
fatum Galeatium priuari iuriſdi-
ctione non precedante prius moni-
tione

Digitized by Google

tione ſuperioris domini ſibi facta,
vt vaſſallos bene tractare debuiſſet
ſub pæna priuationis prout inquit,
Bald. in cap. 1. §. publici latrones de
pace tenen. quem ibi communiter
ſequuntur ſcribentes Hinc dixit
Bald. in auth. ſtatuimus C. de Epiſc.
9 *et Clericis*, quod dùm Dominus de-
negat iuſtitiam ſubditis ipſoſque
maletractat non ex hoc priuatur
iuriſdictione, ſed debet extraordi-
narie puniri, & intereſſe reficere
damna paſſis etiam ſi fuerit ſepius
requiſitus, & id facere recuſauerit,
imò *Iaſ. in auth. qui rem C. de Sacroſ.*
10 *Eccleſ.* ampliat, vt requiratur, quod
præcedat trina monitio ad hoc, vt
priuari poſſit, & melius *Iacob. in ſua*
inueſtit. in verſ. Marchio verſ. quare
etiam ponamus, & vltra præallegata
per præfatos cauſarum patronos
videlicet quod debeat præcedere
monitio ad effectum, vt priuari poſ-
ſit tenet *Afflictus ſecutus prementio-*
natos in dicto §. publi latrones idẽ re-
nuit *Alexand. de Imol. in l. ſi mora ff.*
ſolut. matr. & in l. diuortio §. ſi fundũ
ff. eod. tit. Fel. in cap. 2. de mag. & Iaſ.
in l. 2. C. de iur. emph.
11 Quibus quidem non obſtantibus
cõtrariã ſentẽtiam arbitror de iure
veriorem cum minime liceat Do-
mino in vaſſallos ſeuire, nec eos
carcerare licet In eos iuriſdictionẽ
habeat omnimodam per *l. libertos*
C. de obſeru. patr. praſt. ibi neque
vincula perpeti, & ita per illum tex.
tenet *Amenel. in ſuo ſingul. incip. caſus*
eſt in prin. hinc dixit pulchre *Ang. in*
12 *l. ſancimus C. de pan.* tales Dominos
eſſe reprimendos, vt non ſint tan-
tum audaces ad maleficia perpe-
tranda inplebẽ, & debiles, quia ſem
per ſunt hominibus ſuis infeſti, &
pleni auaritia, quam de die cogi-
tant, & de nocte ſomniant, vt refert
Pet. de Antq. in ſuo tract. munerum
verſ. quia veri Domini, & ſic non in
13 meritò ſubditi ſic grauati debent
eximi à iuriſdict. Dom. vt *dicit Ioan.*
Fab. in l. unica per illum text. C. de
offic. comit. Sacr. Pal. & in l. 1. C. ſi
quacumque ꝑ red. poteſt per text. in l. ſi
poſtuluerit §. iubet de adult. & eſt bo-
14 *nus text. in capit. 1. de for. fed.* vbi ap-
paret quod Dominus debet redde-
re vices ſuis ſubditis, & eorum iura
conſeruare, alias meretur nomen
domini amictere, vt inquit *Bald. in*
15 *conſ. 434. in 3. vol.* quod quidem
procedit etiam ſi ſubditi de hoc
non conquerantur iudex tamen
ex ſuo officio prouidere debet *l. il-*
licitas §. ne potentiores verſ. nec inno-
centibus, & ibi idem Bal. de offic. pra.
& Ioann. Fab. allegat. ſpe. in tit. de re-
num. §. 1. ver. priuata, & idem Ioann.
16 *Fab. in §. fin. inſt. de his qui ſunt ſui,*
vel alien. iur. ſubdens quod ſi indi-
ſtincte grauaret eos poteſt Domi-
no interdici adminiſtratio, & *Bart.*
in l. 1. quaſt. vltim. de iur. perſon. Guid.
Papa. in quaſt. 62. & plene Alb. de
17 *Roſ. in l. bene à Zenone C. de quadr.*
praſcr.
Quinimo magna erit apud Deũ
elemoſina iſtos pauperes defende-
re, vt *dicit Bal. in præfato §. ne potẽtio-*
res, quia qui alium facientem pro-
18 hibere ab officio debent id ipſi
committere non debent *l. altius ff. ſi*
ſeru. ven. maxime cum teneantur ip-
ſi Domini eorum ſubditos ab alie-
nis iniurijs tueri, & defendere, &
non ipſos deglutire, vt inquit *Bald.*
in cap. 1. §. Marcb. ver. extra quero
qui feud. dar. poſſ. hinc *Socr. in conſ.*
212. in 2. vol. verſ. iſtam concluſio-
nem dicit, quod ſuperior dominus
debeat ipſum Baronem monere, vt
deſiſtat à malo regimine, ſeu tracta-
mento vaſſallorum, & ipſos bene
tractet ſub pena priuationis feudi,
ſed dicit quod bene poteſt ipſum
19 monere, & allegat *Bald. & Aluar.*
ita tenere *in dict. §. publici latrones*, &
ex-

expreſſius tenet *Iac. de S. Geor. in auth. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ. poſt Paul. de Caſtro, & Iaſ. ibidem Franc. Curt. iun. in tract. feud. verſ. quæro igitur in primis*, & in ſuo *co.ſ.* 137. *num.* 1. 2. 3. & 4. licet teneat ipſum Dominum non priuari ſuo dominio, & *Iaſon. in ſuo tract. de feud. verſ. Marcb. & Baro in repet. capit. Raynutius num.* 971. *& Bald. in conſ.* 439. *circa medium verſ. item quando feud.* & licet prefati Magnifici Aduocati ipſius Galatij allegent pro ſe *Io. Fab. in §. fin. inst. de bis qui ſunt ſui, vel alieni iuris* dicentem, quod ſi indiſtinctè dominus grauaret vaſſallos
20 ita indiſtincte poteſt ei adminiſtratio interdici tamen dictum præfatum *Io. Fab.* apparet manifeſte contra eos, & non pro eis dum aperte dicit, quod ſi indiſtincte grauaret, prout inquiſirus iſte faciebat indifferẽter, ita, & indiſtincte fuit ſibi adminiſtratio interdicta, & ſuffragatur
21 ſatis rationabilis ratio, quod Dominus, ita malètractãs vaſſallos dicitur male vti ſubſtantia & ſua facit ſe indignũ dominari, vt dicit *Bald. in cap.* 1. *qualiter Dominus propriet. feud. priuetuer argumento l. Imperator ff. ad Trebel. & cap.* 1. *de recuſ.* & alibi *Bald. in dominus §.* 1. *ff. de bis qui ſunt ſui, vel alien. iur.* ſumens in argumentum ſequendo *Cyn. & Gal.* idẽ tenet, & ſequitur *Iacob. Rub. in l. ciues la.* 1. *verſ. faciunt argumentum ad quæſtionem C. de incol. lib.* 10. & quãdo ſit neceſſaria monitio ad hoc, vt quis pænam incurrat reperio quod *Inn. in cap. extirpande extra de pra-*
22 *ben.* dicit quod ſi lex loquitur negatiue, puta ſi quis non fecerit tale, puniatur in cẽtum, iſto caſu quis puniri non poteſt niſi præcedente monitione, & idem tenet ibi *Ioann. Andr. Hoſt. Anton. de Butr. Abb. & Imola in dicto cap. extirpanda Dom. de Sanc. Gem. in capit. licet Canon. §.* 1.
23 *de elect. in* 6. & ideò monitio requiritur ad penæ adiecte commiſſionẽ pro facto negatiuo, & ſic pro negligentia non adiecto tẽmpore, vt quia conſtitutio dicit, quod clericus non reſidens ex communicetur vel non ſoluens collectam puniatur in duplum ſecus ſi pro facto affirmatiuo, vt puta quod furans, vel in grediens talem locum puniatur ita exemplificant *Inn.* & ceteri pręallegati, & *vult. Alex. in l. ſi ita ſtipulatus la grande ff. de verb. oblig.* & ſic ſecus erit, quando lex loquitur affirmatiue puta ſi quis percuſſerit clericum vel acceſſerit ad moniales ſit excommunicatus, quia nõ requiritur eo caſu monitio ità cõcludit *Card. in ſuo conſ.* 56. *venerandus & c. Bald. in l. ſi poſt três in l. ſi quis cautio, & in Auth. hoc amplius C. de fideicom. Arcb. in cap. propter ſur. ſ.* & omnes
24 præfati *in dict. cap. extirpande*, & ſic concludit in effectu Inn. quod monitio requiratur quando pena committitur propter moram non quando committur propter factum, & idem firmauit *Bald. in l.* 1. *ff. de bis, quibus, vt indig.* & ita etiam in particulari concludit *Iac. de S. Geor. in præfato ſuo tract. feud. in verſ. Roydus in fin. tract.* vbi ex verbis ſuis, ſeu dictis infert hãc eſſe ſuam opi. ſeu. hoc eſſe dictũ ſuum tacito authore videlicet *Lud. Rom.* qui ita in ſpecie decidit diſtinguendo in *l.* 1. *§. in cognitione ff. ad Senat. conſult. Syllam. bene tamen.*

Quo vero ad id quod per magnificos aduocatos dictum fuit ruſticos, & vaſſallos adductos contra Baronem non probare *per conſtitutionem proſequentes ſub rurb. de pug. ſubl.* per quam requiritur certa qualitas, & numerus teſtium ad hoc, vt in criminalibus probationem facere poſſint contra Baronẽ, quod non eſt in caſu de quo agitur

magn.

magnifi. Galeatius non poſſit dici Baro, vt gaudere poſſit priuileg. *dictæ conſtitutionis proſequentes* cum Baro dici non poſſit niſi dominus habens ſub feudum, ſeu Caſtrum continens ſub ſe feudatarios vaſſallos habentes feuda quaternata alias Baro dici non poteſt, ita dicit *Andr. de Iſern. in conſtitutione Regni ſi poſt mortem ſub rubr. de re. nun. mor. Bar. idem Andr. in conſtit. Regni ſi aliquis Baro ſub rubr. de cõſt. Dec.* & in proprijs terminis magis in ſpecie *in d. conſt. ſi poſt mortem* inquit formaliter, quod ille Baro dicatur, à quo tenetur feudum quaternatum, vel caſtrum, & idem firmat *Andr. in cap. 1. §. ſimiliter de cap. qui cur. vend.* vbi in propijs terminis decidit, quod ad hoc, vt quis dici poſſit Baro ad effectum, vt gaudere poſſit priuileg. *d. conſtitut. proſequentes*, requiritur quod habeat ſub ſe feudatarios habentes feuda quaternata, vel quod habeat caſtrum à Principe in baroniam aliàs non poterit dici Baro, & idem conſulendo voluit *Dec. in ſuo conſ. 490. viſo actu propoſito, & quamplurbus alijs in 3. volum.*

Ex quibus præmiſſis, & eorum ſingulis fuit pronunciatum per Sacrum Regium Conſilium communi voto, bene pronunciatum per Magn. Curiæ Vicariæ, & ita executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Subdito licet ſe eximere à Dominica poteſtate ab atrocem ſęuitiam.*

ARGVMENTVM.

Idem quod in ſummario.

DECISIO II.

Ex Guid. Pap. decis. 62.

1 SI quis Baro, aut bannaretus habens hominem ſubditum, & iuriſdictionabilem, cum grauet de perſona atrociter in carcere, vel alias, dominus noſter Delphinus, ſeu dicta curia parlamenti, poteſt eum eximere totaliter à iuriſdictione talis Baronis, vel bannareti, etiã officio iudicis. poſito quod talis homo oppreſſus, & grauatus non cõqueratur, ita dicit *Ioann. Fab. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. fin.* idem dicit *Bartol. in l. 1. ff. eodem tit.* & iſtud ſeruatur de ſtylo curiæ parlamenti præſentis patriæ Delph. & pro hoc benefacit *l. lenones C. de Epiſc. audien.* ita tenet etiam *Bald. in feudis in tit. de pace tenenda, & eius violatoribu, §. publici latrones.*

SVMMARIVM

1 *Vaſſallus male tractans ſubditos punitur, & priuatur feudo.*

2 *Vaſſallus ex malo tractamine ſubdito præbens occaſionem mortis tenetur, vt homicidia.*

3 *Dominus necans ſeruum proprium tenetur lege Cornelia.*

4 *Vaſſallus malè habens ſubditum in carcere, qua pœna puniendus.*

ARGVMENTVM.

Baro male tractans ſubditum, an feudo priuetur.

DECISIO III.

Ex Gaſparo Theſauro For. q. 53. lib. 3.

VAſſallus male tractans ſubditos priuatur feudo, vt dixi in

centurijs feudalibus *Iaſ. in vltim. num. 19. C. de iure empyt. Doctor. in authent. qua rem C. de Sacroſanct. Eccleſ. Crauet. conſil. 6. num. 108. & ſeq.* vbi declarat modo præcedat trina monitio, & *conſ. 996. n. 9. Burſ. conſ. 169 num. 29. Gramat. deciſ. 104.* vbi latè.

Hinc quæſitum fuit, an ſi vaſſallus incarcerauit ſubditum, ita vt ex carceratione mortuus fuerit priuetur feudo, vt fuit in caſu popoſito ex comitatu Niciæ, cum quidam Dominus coderatę teneret in com pedibus ſine graui cauſa poſitis etiam manicis ferreis quendam ſubditum, & tali graui carceratione mortuus fuit intra viginti dies; & dicebant aliqui iſtum eſſe feudo priuandum ex illa regula ſupradicta imò, & teneri pœna corporali, vti homicidã *l. 1. §. fin. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* vbi Dominus occidens ſeruum, in quem plus iuris habet, punitur etiam pœna ordinaria legis Corneliæ *l. 1. §. & qui. D. ad l. Cornel. de ſicar. §. ſed hoc ſupra inſtitu. de his qui ſunt, vel alien. iur.*

Alij dicebant iſtam non eſſe cauſam talem, vt dominus feudo priuetur, licèt amittat ſuperioritatem, & exercitium iuriſdictionis in ſubditum iuxta *deciſ. Guid. Pap. 62.* & cũ iſta opinione tranſiuit Senatus mulctando illum vaſſallum pœna mille aureorum contra Fiſcum 1620. 8. Iun. non obſtante gratia per eam impetrata.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, & eius domeſtici ob iudicis ſæuitiam ab illius iuriſdictione eximuntur.*

2 *Iudex ob nimiam ſeueritatem ob officio repellendus eſt.*

ARGVMENTVM.

Subditi ob malam Domini tractationẽ à iuriſdictione Domini eximi debent.

DECISIO IV.

Ex Franc. Marc. deciſ. 374. part. 2.

QVæritur an propter malam, & duram tractationem, quã facit dominus in ſubditos, debeant eximi à iuriſdictione? Et dicendum eſt quòd ſic *l. 1. C. ſi quacunque præd. poteſtate vel ad eum pertine.* vbi in caſu illo mulier, & alij de eius do-
1 mo eximuntur, à iuriſdictione iudicis ſecundũ *Ioa. Fab. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris §. 1.* & debet iudex iſto caſu ex officio prouidere *l. illicitas §. ne tenuis ff. de offi. præſid.* imò ſi ſuperior grauaret indiſtinctè ſubditos debet ei interdici admiſtratio ſecũdũ *Ioa. Fab.* vbi ſupra *cap. grandi de ſuplen. negli. prælat. lib.*
2 *6.* Et ſicuti dominus propter nimiã ſeueritatem repellitur à dominio ſerui; ita etiam iudex propter nimiam ſeueritatem debet repelli ob officio, ſecundum *Bart. in l. 1. in fine ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* & ita eſt in propoſito: quia dictus Dominus Archiepiſcopus Ebreduni ſeù eius officiarij malè diu tractauerunt dictos homines Guilheſtræ per incarcerationem, & arreſtationem perſonarum, prout apparet per tenorem informationum.

SVMMARIVM.

1 *Superiorem omiſſo primo iudice adiri non debere, regulare eſt.*

2 *Recurri ad ſuperiorem an, & quando per viam querelæ poſſit, & nu. 7.*

3 *Iu-*

3 *Iudicis à negligẽtia appellari poteſt.*
4 *Iudex propter negligentiam ab officio priuari poteſt.*
5 *Dominus qui vaſſallo iuſtitiam facere denegat, feudi proprietate priuatur.*
6 *Appellationi locus eſt, quando Iudex poſt trinam monitionem ſententiã diſtulerit.*

ARGVMENTVM.

Subditi propter denegatam iuſtitiam an, & qua via ad ſuperiorem recurrere poſſint.

DECISIO V.

Ex eodem Franciſco Marco deciſ. 375. part. 2.

QVæritur quando Dominus denegat facere iuſtitiam ſubditis, an iſto caſu poſſit adiri ſuperior per viam quærelæ: & an debeat priuari iuriſdictione, &
1 in effectu regulariter non debet adiri ſuperior ſiue ex parte actoris ſiue rei omiſſo primo Iudice: ſed debet procedi per viam appellationis *l. nemo C. de iuriſdict. omnium iudic.* niſi in caſibus ſpecialibus, qui
2 qui ibi not. per *Guliel. de Cuneo, Iaco. Butrigar. Bald. & Paul. de Caſtr.* vti quando, iudex denegat alicui partium copiam actorũ vel ſententiæ, *l. 1. C. ne lite pendent.* Et in alio caſu *in authen. de quæſtor. §. ſuper hoc colla* 6. in quærela falſitatis, & ideò exiſtentes de iuriſdictione alicuius caſtri, non debent recurrere ad ſuperiorem, & trahere aduerſarium extra domicilium: ſed debent adire primo poteſtatem caſtri: & in defectum debent adire ſuperiorem, vt *in authent. vt differentes iudices, colla. 2. Paul. de Caſt. in d. l. nemo & in authen. de defenſoribus ciuitatum §. nulla, & §. interim coll.* 3. vel etiam poteſt adiri ſuperior quando retardat litem, *vt in authent. de mandatis principum §. & redimere colla.* 3. *& C. de tempor. appell.* de quibus habetur per *Paul. de Caſt. in l. nulli. C. de iudic.* vel etiam quando iudex denegaret facere iuſtitiam ante litem conteſtatam: quia tunc poſſet impetrari iudex delegatus, vt in *authent. vt differentes iudices, §. ſi vero collat.* 9. *& in d. §. & nã permittas de mandat. princip. colla.* 111. *ſecundum Bar. Bal. & Iaſ. in d. l.* 11. *C. ne lite*
3 *pend. & in authent. vt in medio litis §. ſuper hoc collat.* 8. vt quando, vt ſuperior mandaret inferiori, vt iuſtitiam expediat an ab iſta negligentia poſſit appellari ad ſuperiorem *Bald formar quæſtionem in d. l.* 11. *vt lite pendent.* & non decidit: quia pendebat de facto, *& in l. fin. §. illud C. de tempor. appellatio* argumen. pro, & contra, quòd non poſſit appellari, ſed adiri ſuperior per viã quærelæ. *Et in l. fin. C. de ſenten. & interloqu.*
4 *omnium iudic. de quo per Iaſo. in d. l.* 11. licet iudex propter negligentiã poſſet priuari ab officio *l. mancipia. cum ibi not. per gloſſ. & doctо. C. de ſeru. fugit.* licet dominus loci non debeat priuari iuriſdictione quando denegat iuſtitiam ſubditis: niſi in caſu quando denegat facere iuſtitiam clericis, & fuit ter monitus, vt *in authen. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric.* ſecus in alijs caſibus licet incurrat indignationẽ principis, vt *in auth. de mandatis principum §. tibi collat.* 3. & tenetur reſarcire damna, & intereſſe parti, vt *in authen. de quaſt. §. ſuper hoc colla.* 3. *ſecundum Cyn. & Bald. in d. authen. ſtatuimus §. iudices de pace iuramento firmanda, & ibi per Bal.* licet glo. cõmuniter approbata

Digitized by Google

in c.1.§.por. quæ fuit prima cauſ. beneficij admittendi tenuerũt, quod quando dominus denegat iuſtitiam facere vaſſallo, quod priuatur proprietate feudi & hoc ibi ſequitur *Bal.* quando dominus in re feudali denegat facere iuſtitiam vaſſallo, & iſta proprietas applicatur ad vaſſallo ſecundum *Aluarot.* ibi, & quod poſſit etiam adiri ſuperior propter negligentia inferioris, tenet etiam
6 *gloſſ. in cap. paſtoralis de offic. ordinarij, & per Panor. in cap. ex parte lo vltim. de appellatio.* quod quando differt, & fuit tèr monitus, quod ex hoc grauamine poteſt appellari *c.1 de ſupplenda negligentia prælatorum* & ita, eſt vſitatum de ſtylo curiæ. parlamenti quando inferiores ſunt negligentes: tunc quando ſupplicant per viam quærelæ curia mandat præfigi terminum ad faciendã iuſtitiam, infra certum terminum à die intimationis. Et de pœna magiſtratus denegantis facere iuſtitiam vide per *Alexand. de Imol conſ. 11. in primo volum. & per Oldrad. conſ. 584. incipien. factum tale*, & per *Bal. de pace conſtan. ſuper verb. publici.* Et maxime quando Dominus fuit ter amonitus, & per *Prepoſitum in prælud. feud. circa finem*. Et idem eſt quando Dominus non vult deſiſtere ab iniuſta exactione, vt ibi habetur.

Quæ enim adde, quod licet iudicium ſit ceptum coram inferiore, quando non poteſt conſequi iuſtitiam poteſt adiri ſuperior per viam quærelæ *cap. poſtulaſti de homic.* & ibi *Panorm. Ioann. de Anan. Bald. in cap. 1. de milit. vaſſall. qui contu. in 11 concl.* nec procedit *l. vbi ceptum ff. de iudic. ſecundum Felyn. in cap. ex tenore de reſcript. in 3. limitat.*

Præfigi terminum adde quod communiter præfigitur terminus duorum menſium à tempore præſentationis ſi proceſſus ſit in ſtatu definiendi facit *in authent. vt clerici, aut propri. l. piſc. § ſi vero col. 6. et authent. ſtatuimus C. de Epiſcop. & clericis, cap. ſi quis cum clerico 11. q. 1.*

SVMMARIVM

1 *Domini ſæuientes in ſubditos qualiter puniantur, & num. 4.*
2 *Carcere emancipare poteſt vir vxorem pater filium, abbaſ. &c. n. 5.*
3 *Subditi vexati eximi debent à iuriſdictione dominorum.*
6 *Subditi poſſunt de facto reſiſtere dominis.*
7 *Feudum tenens, ſi ſibi ſubditos malè tractet poteſt à Domino directo priuari iuriſdictione.*

ARGVMENTVM.

Baro ad libitum incarcerans vaſſallos illoſque verberãs & ab ipſis bona extorquẽs & ad eos pedites, ac armigeros mittens, qualiter veniat priuandus ſua iuriſdictione.

DECISIO VI.

Ex Boer. Deciſ. 304.

Chriſti Benedicti, ac Intemeratæ, Glorioſæ Virgin. Mariæ eius genetricis nominibus pie inuo. Amen.

1 Videtur primò Dominum ob prædictas iniurias, & grauamina ſuis ſubditis illata non teneri ſicut enim licitum eſt domino propria auctoritate ſeruum ſuum capere, & plagis mediocribus caſtigare idem

licet nobilibus de hominibus ſuis: voluit, *Bald. in authen. ad hoc per illum text. C. de latina lib. tol. vbi Alex. in addit.* adducit *in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & l. 1. C. de emendat. propinq. & dixi in §. 1. gloſſ. 11. col. 3. poſt princ. de conſuetud. iur. ita perſon. lib. conſuetu. Biturig. & ſentit Bart. in l. 1. ante fin. ff. de iure perſona, & ſpecu. in tit. de accuſat. §. 1. col. 11. verſic. item ſecundum Mart. de Fano* Quoniam ipſi iuriſdictionem habent in ſubditos tenentiorios, & emphyteotos, ac pariter vaſſallos ſuos *cap. Imperialem §. fin. de probib. feud. alien. per Federic.* quam exercere poteſt contra ipſos etiam ſine negocium, & cauſa cum tangat *l. quiſquis C. de Epiſcop. & cleric. tenet. ſpecul. in tit. de feud. verſ. xui cum ſeque. & Io Fab. in l. 1. C. nequis* in cauſa ſua ius ſibi dicat; & ſimiliter ſubditos ſubtrahentes obedientiam tam de iure, quam de facto, vi, manet etiam armata, ac bello, ei in dicto, vt voluit *Innoc. in cap. ex parte in Chriſto, de verb. ſignif. & Baldi in cap. tua col. vltim. ante finem de cohabi. cleri. & mulie.* ſic non marito licitum eſt ex cauſa vxorẽ *Caſtigare l. ſi conſtante §. ſi maritus, & ibi Doct. ſol. mar. authen. ſed nouo iure C. de repud. & in coplacuit 34. q. 11.* etiam inconerare vt tenet *Ioan. Fab. §. ſed hoc tempore de his qui ſunt ſui, vel alieni, iuris, & Iaſo. in l. fin. col. 21. verſ. egò addo C. de iure emphy.* cum alijs per nos,
3 *alleg. in §. 4. glo. col. pen. vſque ad ſi de conſuet. iur. ſtat perſo.* ſic etiam patri licitum eſt in poteſtate conſtitutũ caſtigare, & in carcerare, vt per *Doctor in l. 5. & 11. C. de de patribus qui filios diſtraxer. & in d. l. 1. de emenda propinq. & l. etiam & in l. ſi filius C. de patria poteſtate, & alib. per d. ſeurſum harum quæſt. ſecus in filio emancipato, vt voluit Bald. in l. libertos C. de obſequ. patrono præſta.*

& idem permittitur creditori l. eleganter §. plane ff. de pig. act. & tenet gloſ. in l. ſed ſi quemcunque §, vult in fin. ff. ad l. Aquil. & ſimiliter abbati in monachum, vt no. glo. in regula poteſt quis de regu. iur. lib. 6. & non ſolum in perſonam poſſunt ponere manum, ſed etiam in bonis, quoniam ipſos taliare poſſunt, vt voluit *Bart. in l. 1. C. de muneribus & in quo loco. munera. lib. 10. & maxime in quatuor caſibus ſecundum Barto. & Alexan. ibi in additio, & Maſuer. in ſua praxi, titul. de tarijs, & excubijs colum. 11. ante finem.* cum ſequen. ſcilicet pro militia filia maritanda, pro redemptione ſui domini, & pro voto transmarino, vbi per eum de quo ſupra latius diximus. Nam ſubiecti habent locum materiei, cuius natura eſt eſſe ſubiectum paſſionis, ſed certe domini habentur loco formæ, cuius natura eſt actiua in ſubiacentem materiam, ſicut enim dicitur in naturalibus materia debet eſſe obediens formæ, quia actus actiuorum ſunt in patienre bene diſpoſitio, dicit *Philoſophus in 11. de anima quia, inquit Bald. conſ. 439. col. 11. ante fin. volum. 3.* caueant ſubditi ne fingant caſus contra dominos ſuos; vbi cauſæ, non ſunt: quia ex hoc magis puniri debent quam alij non ſubditi, tam per iſtum fuſtium, quam per alias penas arbitrarias; tanquam hoſtes, & rebelles ſuorum dominorum. *l. ſi ſeruus C. de his qui ad Eccleſias confugiunt, & argu. authen. de quæſtore §. ſuper hoc, & eos, vt ait Bald. poteſt corrigere tam in domo, quam in iudicio l. et ſi certus percuſſor. §. fin. ff. ad Sillan. & l. ſerui, & filij in principio ff. de furt. & l. 1. C. de his qui ad ſtatuas confug. & d. l. congruentius*
4 in contrarium videtur, & iſta eſt veritas non eſſe domino permiſſum ſæuire in ſuos ſubditos, nec eos incarcerare quamuis iuriſdictionem

in eos habeant omnimodam, & hoc probatur per *d. l. libertos de obſeq. patro. præſtand.* ibi, neque vincula perpetit. & ita per illum textum tenuit in terminis *Amanellus in ſuo ſingul. incipien. caſus eſt fol.* 11. *col.* 1. *in princip.* & ideo dicit *Angel. in l. ſancimus C. de pæn.* tales eſſe reprimendos, vt non ſint tantum audaces ad maleficia perpetranda in plebem, & debiles, quia ſemper ſunt hominibus ſuis infeſti, & pleni auaritia, quã de die cogitant de nocte ſomniant, vt ait *Pet. Antibo. in tract. ſuo munerum p. vlti. charta.* *verſ. quia veri Domini*: quoniam plerumque ab eis gallinas capones, & anſeres exigunt, ac ſibi parare faciunt prandium, vel cænam; quod iure prohibitum eſt, *vt l. cenaticorum nomine iuncta gloſſ.* 1. *C. de eroga. milit. annona, & ibi Bart. Luc. de Penn. & Iacob. Rebuff.* nihil enim debent exigere, nec eos grauaminibus realibus, vel perſonalibus affligere *l. iubemus, & l. final. l. C. ad l. Iuliam repetund. & in authent. de manda. princ. §. illud tamẽ* & plene dixi *in quæſt.* quinimo, ab alijs præſeruare eos debent, vt plene *Lucas de Pen. in l.* 1. *col.* 8. *&* 9. *C. ne ruſtici ad vllam nego deuocentur lib.* 10. *& in l. annonas C. de, roga. milit. anno. lib.* 12. *& idem Mart. Lauden. in tracta. de milite §.* 12. *dicentes Doctо. ſupra alleg.* hoc eſſe notandũ contra ſtipendiarios pedites, & armigeros noſtri temporis, qui, vt inquit *Lauden.* comedũt pullam, & auchã ſiue anſerẽ Iac. boni homines *glo. in l. illicitos § ne potentiores ff. de offic. præſid.* & auferunt porcellum quem pauper tanquam oculum tenet charum quod eſt ſecundum *Bald. & Angel.* ibi maxima capitalis iniuria. auferre illud modicũ quod habẽt: vel angariant ipſos, quod facere nam poſſunt, vt per *Doct. in l. neminem angariarum C. de ſacroſanct. Eccleſ.* pro quo dicit *Ioann. Fab. in l. & virtutũ præmia C. de ſtat. & imag.* milites, qui militant ex priuilegio, nom poſſe imponere collectas hominibus ſuis, quod dicit facere contra illos qui collectant ſuos homines profeſtis ſuis, & militia, & tales domini dicuntur tira melli, qui pellam populorum excoriant, & ſanguinem emungunt, ac vix precarium eis dimittunt ſpiritum, vt inquit *Bald. in l. ex hoc iure ff. de iuſtitia, & iure* plangendo iſtos pauperes ruſticos quibus domini onera imponunt extraordinaria, quoniam ruſtici olim, vt ait, non tenebantur ſoluere Imperatori, niſi viginti ſex. denarios pro quolibet capite videlicet fumante, quia plus non indigebat Imperium, vt dicit, *gloſſa. in l. ager. §.* 1. *ff. de verborum ſignific.* & eandem facit exclamationem *Andre Barbat. in repet. cap. Raynaldus in titulata iohanina charta* 38. *columna* 5. *verſ.* 54. *non habet locum de teſt.* & dixi *in §. pen. in gloſ.* 11. *in fin. & in addit. de conſuet. feud. lib. conſue. Biturg. & in tract. clauium portarum ciuit. fol.* 7. *col.* 11. *verſic. quemadmodum*, & non immerito debent ſubditi ſic grauati eximi iuriſdictione dominorum, vt dicit *Io. Fab. in l. vnica per illum text. C. de offic. comitis Sacri Palatij, & in l.* 1. *C. ſi quacunque præditus poteſt. & per text. in l. ſi poſtulauerit §. iubet ff. de adult. & in l.* 11. *de his, qui ſui, vel alieni iur. ſunt, & eſt tex. in cap.* 1. *de forma fidel.* probans dominum debere redere vicem ſubdito, ac iure conſeruare, aliàs meretur nomen Domini amittere, vt dicit *Bald. in d. conſ.* 439 *vol.* 3. Et quamuis ſecundum *Io. Fab.* ſubditi non conquerantur, nec quæſtionem de his faciãt, iudex tamen ex ſuo debet officio eis prouidere *d. l. licitos § ne potentiores ver. nec innocentibus, & ibi idem Bald. de offic.*

offic.præſid.& Io. Fab.alleg.ſpec.in tit.de renũtia.§.verſ.priuata, & idem *Io.Fab.in §.fin.ante fin. iuſtit. de his, qui ſui,vel alieni.iur.ſunt* dicẽs quod ſi indiſtincte grauaret eos, poſſet domino interdici adminiſtratio, & idem *Bald.in cap. 1.col.vlt. verſic. in empbit.tit.de allodijs in vſib.feudorum & Bartol.in dicta l.1 quæſt. vltim.de iur.perſonar.& Guid.Papa qu.62. & Alber.de Roſ.in l. bene à Zenon. C. de quadrien. præſcript.* & de facto poſſunt ſubditi reſiſtere Dominis, vt tenet *Io. Fab. in l. omnes iudices C. de appellat.* dicens ſubditos debere reſiſtere prælatis, & iudicibus, ſi vident, eos errare *l. per hanc C. de aduocat.diuerſo iudi.* & ibi *Luc. de Pen. & l. defenſionis facultas de iure Fiſci lib.* 10. & erit magna cõram Deo eleemoſyna; ſi aliqui iſtos defendant pauperes, vt dicit *Bald. in dicto §.ne potentiores*, quia quod alium facientem prohibere ab officio habent, id ipſi committere non debent *l. altius ff.ſi ſeruitus vendicentur*, quoniam ipſi domini tenentur eorum ſubditos ab aliorũ iniuris tueri,& defendere,& non ipſos deglutire,vt dicit *Bald. in cap.1. §.marchio columna penult.verſi.extra quæro,qui feudum dare poſſunt.* Vndè ſecundum eũ debent adhibere diligentiam contra latrones ſtipendiarios deprædantes ſubditos, & ſic eos in domum ipſorum non inducere. Hinc eſt, quod dicit *Bartho. Sozi conſilio 62. colum.2. verſ.iſta concluſio volumine* 11. quod ſi habens caſtrum in feudo maletractat homines dicti caſtri ſubditos ſuos, dominus ſuperior directus poteſt eum admonere, vt eos debito tractet modo ſub pena priuationis feudi allegans *Bald.& Aluaro.* ita tenere *in cap.1.§.quicunque de pace tenen. voluit allegare in §.publici latrones*,& idem *Iacob. de Sancto Georg. in authentic.quirem,columm.1.num.5 C.de Sacroſanct.Eccleſ.poſt Paul. de Caſtr.& Iaſ.ibi column.* 2.& idem *Franc.de Curte iunior. in tract.feud. fol.54.column.3. verſ. quæro igitur in primis,& in conſil.137.num.* 1. 2. 3. & 4. licet teneat dominum non priuari dominio ſuo, & *Iaco. de S. Georg.in tract.de homag.in verb.marchio colum.4. & B.de curtili in tract. nobil. 3.part.num.*210. cum alijs per eum alleg.& *Guil. Benedicti in ſua repet.cap. Raynuntius fol.* 149. *num.* 971. *& Guido Papa in dicta deciſ.* 62. *& Bald. in prealleg. conſil.* 439. *col.11.circa medium verſicul. item quãdo feudatarius.* Et eſt ratio, quod priuetur tanquam male ſua vtens ſubſtantia ac dominio facit ſe indignum *Bal. in cap.1.qualiter dominus propriet, priuetur argument.l. Imperator ff.ad Trebell.cap.fin.de accuſa vt vide ibi per Soccin.dicto conſ.*272. quod multũ facit pro iſta parte cõcludens, etiam dominum non poſſe cogere ſubditos ire ad ſuum molendinum de nouo constructũ, ideo dicit *Innocent. in capit. cum ab Eccleſiarum* quem ibi ſequitur *Bald.in princ.de offic.ordin.* quod ſi princeps ſit ſubditis nimium ſeuerus,& iniurioſus, poteſt accuſari coram Papa, qui eſt Summi Regis vicarius, quod dictum etiam ſequitur *Mart. Lauden.in tract.de princip. §. 29.* Nam Princeps, qui eſt imago Diuinæ Maieſtatis, non debet in ſuos ſæuiræ ſubditos, & finitimos, vt ait *Albericus de Roſate in l.decernimus in princip.C.de ſacroſanct.Eccle.* annuẽs ibi pulchra verba, ac plures alios enarrat exceſſus, quos domini ſuis faciunt ſubditis, *Paris de Puteo in Syndicat.in titul.de exceſſ. imperat,& titulo ſequent.& inſuper.in tit.de exceſſib. Baronum ergą ſubditos* vbi in princ.cõcludit *ſecundum ſpecul.titul. de feud.§.quoniam col.antepen.verſic.*

&

Digitized by Google

& nota.quod vaſſalli comitum, & c. quod vltra prædictos quatuor caſus non poſſunt ſubditos grauare. Alias petunt officio iudicis, vt alijs releuentur oneribus, & idem *Bald. in cap. fin. de probib. feu*. *alien. per Federic.column.3. verticul. pone quod vaſſallus, & Iaſ.in l placet in lectura Papien.column.penult. verſ. & iuxta de Sacroſanct. Eccleſ.* & certum eſt, quod illa ſubſidia in hoc Franciæ Regno ſecundum aliquos non poſſunt abſque conſenſu, & permiſſione regis, qui eſt omnium in ſuo Regno ſuperior, imponi de quo dixi in *d. quæſtio, & in tract. de ſeditioſ. in ſexta præſupp.* & ita ordinauit, & ſtatuit Ludo.12. *vt ſua apparet ordinatione 139.inchoant. Item pource que ſouuent aduient. & c.* vbi imponit ipſis Dominis Baronibus, & nobilibus exigen. Vltra iura eiſdem debita, & ad quæ de iure non poſſunt eos compellere, pęnam dupli, & ipſis ſubditis contrarium facientibus pęnam arbitrandam. Nec obſtat; dictum *Bald. in d. authent. ad hoc*, & etiam; quod dictum eſt de patre, & marito, debet intelligi cũ cauſa magna, & leuiter, & non arrociter, cum leuis caſtigatio, ſiue correctio ſit eis, vt magiſtris tanctum permiſſa *l. item quæritur §. itẽ Iulian. ff. loca* alias tenẽtur actione iniuriarum locati, & *l. aquilię*, vt ibi dicitur *& in l. ſed, & ſi §. fin. ad l. Aquil.* vna tamen intentata, altera tollitur, ſecundũ *gloſſ. in d. §. item Iulian. & pro hac deciſ. eſt bon. tex. & ibi Ioan. de Plat Chriſtoſ. Porcus, Io. Fab. & Ang. Aret. in §. 1. & 2. inſtitu. de his qui ſui, vel alien. iur. ſunt.* vbi non eſt dominis permiſſum ſæuire in proprios ſeruos: alias coguntur, eos diſtrahere, ne quis ſua re male vtatur. Et ibi vide per *Pet. de Bella pert. col. pen. verſic. argu.* dicentem Flandrenſes cõqueri poſſe apud Regem Franciæ de eorum comite non redente eis ius, & iuſtitiã, volens etiã *Ang. per text. in §. fin. verſ. cognoſcere de querelis, & c.* iudicẽ poſſe cognoſcere quãdo ſeruus querelatur, vel cõqueritur de domino ſuo, quoniã ſicut ſuperiori debẽt ſubditi eorum iura ſeruare, ita ipſi ſuis inferioribus, etiam ſeruis, & hoc ſi vult iure vti, ſecus ſi vult abuti, vt dicit *Bald. in l. Dominus §. de his qui ſui, vel alien. iuris ſunt*, ſumens ibi *argu.* ſequendo *Gul. & Cyn.* ibi quod propter nimiam crudelitatem poteſt dominis auferri iuriſdictio, & idem *Alb. de roſ. in d. l. bene à Zenone C. de quadr. præſcript. & Iac. Rebuff. in l. ciues col. 1. verſ. faciunt argu. ad quæſt. C. de incol. lib. 10. & dixi ſupra quæſt. 206. inchoan. ad hoc. quod quis gaudere poſſit col. 2. verſ. & iſto modo fortius dicit Sanct. Thomas, & mirabilius in ſenten. argum.* quod licitum, & meritorium eſt ſubditis, ipſum dominũ interficere refert *Felyn. in cap. cum nobis column. 3. in fin. verſ. non omitto etiam de præſcrip.* dicens tamẽ quod contra *Beatum Thomam* tenuit *Auguſt. de poteſtate Eccleſiaſtica quæſt. 54. artic. 3.* quod videtur mihi iuſtius, & ita contra ipſum fuit *deciſ. in Concil. Conſtantien.* vt narrat *Brixien. in reperto. ſuo in verbo tyrãnus.* pro quo dicit *Bald. in d. l. ex hoc iure colum. 2. verſ. 2. quæritur de iuſtitia & iure*, quod vaſſalli male à domino tractati, nõ poſſunt expellere, & ſic minus interficere, qui tamen ſuper hoc arguit ad vtramque partẽ, idem *in 1. conſtit. digeſtorum, & in verſ. quicquid tamen ſit nam* tenetur interim eidem domino obedire. Quare debent ſubditi ſi opprimantur appellare, vel impetrare officiũ, iudicis, vt volunt *Doct. ſupra allega. per text. in d. l. ſi dominus §. 1. & ibi per Ang. poſt Bald.* aut petere ſecuritatem, ſeu aſſecuramentum ab ipſo domi-

Google

domino *d. §. ne potentiores, & ibi per Bart. & Doctores, & Pet. de Ripa in tract. de ſecuritate, & Io. Fab. Bart. & Sal. in d l. denuntiam. de his qui ad Eccle. confugiunt*, & ita habetur in ſtylo parlamenti *p. 1. tit. de aſſecuramentis*, quod dominus tenetur õnia facere vaſſallo, quæ tenetur vaſſallus domino ſuo. Et in hoc ſolum eſt inter eos differentia, ꝙ vaſſallus per ſacramentum, & dominus ſine ſacramento, vt dicunt *Bald. Aluarot. & Cardi. Alex. in cap. 1. §. domines de forma Fidel.* & dix. *in §. 3. de conſuet. feud. in gloſſ. ante fin. lib. conſuet. & Bened. in ſua repetitio cap. Rainu. fol. 169. nu. 42.* tamen de conſuetudine huius patriæ Aquitaniæ, & Baſconiæ domini iurant eos bene tractare, & ab omni iniuria præſeruare, vt vides de facto, & ſcripto de quo, ꝑ aufreriũ *in dicto tit. de ſacram.* quod tamen aliquando Pariſiis fuit datũ aſſecuramentũ, aliquãdo denegatũ, & aliquãdo dubitatum, & poſitum in cõſilio, vt refert *Gallis in arreſtis q. 29.* in curia tamẽ noſtra burdegal. cõpellitur dominus ex cauſa legitima apparẽte ꝑ informationes dare aſſecuramentum, & ponere eum in ſaluaguardia curiæ, ſed negatoriam non poſſunt contra dominum intentare, vt dicit *Bald. in d. cap. fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* quoniam vaſſallus eſt, eius ſubditus, & de ſtylo Curiarum Franciç inter dominum, & ſubditũ, nõ cedit nouitas vt habetur *in ſtylo parlamenti in prima parte tit. de cauſa noui. verſ. item ſi ſubditus conqueratur* pro quo allegãtur plura iura ter in cetera, *c. conquerente*, & ibi *Abb. ſicul de reſtit. ſpol, & Aufrerus in dec. capel Thol. quæſt. 49. & in d. verſ. item ſi ſubditus conqueratur, et Maſuer. in ſua praxi. tit. de poſſeſſorio fol. 28. col. 4. verſ. item ille qui eſt ſubditus*, ſed bene dominus contra ſubditos denegantes ſibi iura ſoluere, vt ibi *fol. 29. col. 2. verſ. item dominus*. Et hoc verum quando inter dominum, & ſubditũ eſt quæſtio tantum; ſecus ſi inter diuerſos dominos, & eorum ſubditos prætendentes vnus contra aliũ iuriſdictionem aliquorum ſubditorum, tunc Regij afficiarij cognoſcent de dicta cauſa, vt habetur in dicto ſtylo *par. 4. de arreſtis* § 47. & *dixi in §. de conſuet. feud. lib. conſuet.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptio conſtito de ſæuitia quando detur.*

2 *Iniuria præſumitur propter litem.*

ARGVMENTVM.

Subditorum exemptio conſtito de ſæuitia ſuperioris, conceditur ob actus poſt litem motam.

DECISIO VII.

Ex Achille de Graſſis deciſ. Rot. Roman. 16. de Priuileg.

1 Exemptionem commiſſam cõſtito de ſçuitia in vna Fauentina iuriſditionis contra D. Fabium de anno 1549. dixerunt Domini eſſe concedendam propter actus poſt litem motam niſi oſtenderetur proceſſus per Epiſcopum iuxta *deciſ. Egidi 45.* conſiderantes quod 2 præſumitur iniuria propter litem, & niſi doceatur de proceſſu præſumeretur ſæuitia, & ſic dabitur exemptio durante lite.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus à iuriſditione Epiſcopi cleri-*

clericus non exiſtit, ex eo, quod lis inter ipſum, & Epiſcopum pendere dicatur.

2 *Iuriſdictio Epiſcopi litependente inter ipſum, & ſubditum, eſt ſuſpenſa, quoad eam cauſam de qua agitur.*

3 *Papa ſolet eximere ſubditos à iuriſdictione Epiſcopi lite durante.*

4 *Subditus ſi durius, & taliter à ſuo ſuperiore grauaretur, quod poſſit ad ſeuitiam reputari ab eius iuriſdictione, & ſubiectione eximi poteſt.*

5 *Defenſio vnicuique etiam excommunicato de iure eſt permiſſa.*

6 *Exemptio licet regulariter, & ſimpliciter durante lite concedatur, tamen ad ſuperioris inſtantiam ad tempus reſtringitur.*

ARGVMENTVM.

Exemptio durante lite inter ſubditos, & Dominum qualiter concedatur.

DECISIO VIII.

Ex Caſſadoro dec. Rot. Roman. 6. de Priuileg.

LIcet inferior, & ſubditus Epiſcopo non ſit exemptus ab eo vel eius iuriſdictione ſi ipſe contra Epiſcopum, ſeù Epiſcopus contra eum litem moueat, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali, vel alia, cum hoc non reperiatur iure cautum, quin potius contrarium, vt in *cap. nonne* 8. *q.* 4. *& in cap. olim, vbi etiam gloſſ. de accuſat. ac Hoſt. & Abb.* notãtes, quod pendẽte lite, inter ſubditos, & Prælatum ſuſpenſa eſt Prælati iuriſdictio, quoad eam cauſam, & totum, negotium ad ſuperiorem coram quo litigatur; delatſi, ſuper alijs verò poteſt contra ſubditos ſuam exercere iuriſdictionem alias abſoluerentur propterea ab obedientia, quod eſſe non debet, & probat *tex. in d. cap. olim*, ibi, *contra iuſtitiam ſpoliauit* nihilominus Papa in ſignatura ſolet tales eximere durante lite ne propterea ſuperior ſeuiat, aut iniurioſe aliquid egat contra ſibi ſubiectum: pro quo *tex. in d. cap. olim in argu.* & ratio propter ipſam litem odium conceपiſſe ſuperiorem in inferiorẽ poteſt preſumi, aut timeri hoc eſt quod *Hoſt.* dicit, & *Abb.* ſequitur *in d. c.* 2. *in ſallētta de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct.* quod ſi aliqui conqueruntur de tirannide domini, & propterea timetur ne ſeuiat in eos tunc bonus iudex facit illos aſſecurari, ſi poteſt, alias pendente lite ſequeſtrari. Idem ſi Religioſi conquerantur de Prælatis ſuis *arg. d. cap. olim de accuſ. & c. ex parte eod. tit.* accedit diuũm *Io. Fab. in* §. *Sed, & hoc tempore inſtit. de his qui ſũt ſui vel alieni iuris*, quod
4 vbi quis grauatur per ſuum ſuperiorem durius talirer quod poſſit ad ſeuitiam reputari poteſt eximi ab eius iuriſdictione, & ſubiectione, vt in *d.* §. *ſed, & hoc, & alijs iurib.* adductis per eum, & quod *Hoſt. in ſumm. de priuilegijs* dicit §. *qualiter amittatur* 3. *colu.* dum infert datum videri exemptionis priuilegium ne quis ab ordinario opprimatur, & ſi exemptus opprimat ordinarium amittere debet priuilegium, vt puniatur in eo in quo deliquit, *cap. paſtoralis de iur. patr.* 11. *quæſt.* 3. *priuilegium*, ſed ità, vel non aſtringunt vel parum faciunt, ex quo fundantur in ſeuitia, vel oppreſſione cum non dicatur quis ſeuire, vel opprimere agendo, ex quo vtendo iure ſuo, vel permiſſa ſibi, actione non facit iniuriam alicui *l. iniuriam* §. 1. *ff. de iniurijs cap. cum Eccleſia Sutrina de elect.* quando potius quilibet prælatus

latus iura ſuæ Eccleſiæ defendere, & pro illis agere tenetur pro quib. permittitur poſtulare alias negligendo peccaret *cap.ſi.de poſtuland. cap.ea quæ cum gloſſ.de offic.archi.*minus ſi defendat quoniã iudicium redditur in inuitum, & omni iure eſt permiſſa defenſio etiam excommunicato *l.inter ſtipulatem* §. 1. *ff. de verbor. obligat. l. vt vim ff. de iuſtit. & iure l. 1.C.quando liceat vnicuique ſe dict. cap. intelleximus cum ibi notat de iudic. & cap. dilecte cum ſi de exception.* Item ſi indiſtincte daretur exceptio facile ſubditi procurarent lites contra ſuperiores, vt exemptionem mererẽtur, & obtinerent, & eas diutius pro viribus confouerent, ac protraherent, & preſtaretur occaſio delinquendi contra *l.2. de indict. vidua tolleni. & meminerint C. vnde vi*, & talis ſtilus nutritiuus peccati debet potius refrenari *cap.pen.de conſuetud. cap.dilectus de his quæ vi metusue cauſa fiũt* & propterea in prima ſupplicatione ſubditis datur ſimpliciter exceptio durante lite annis 1519.& 1520.in vna lite *inter capitul. Burgen.* ex vna & Epiſcopũ ex alia ſuper iuriſdictione & in duabus alijs litib.inter alios ſignatura vſa eſt hoc temperamento quia poſt primam gratiam, quæ eximebat durante lite in ſecunda conceſſit exemptionem ad tempus ſex menſium, non vltra adhoc, vt ſubditi eſſent diligentes ad cauſe expeditionem, & non poſſent vltra malitioſè eam protrahere, & ſecundum qualitatem cauſarum, & conditionem perſonarum concedetur plus, vel minus de tempore exemptionis arbitrio ſignaturæ, quæ ſi cognoſcat ſuperiorem actorem differre expeditionem medebitur inferiori modo præmiſſo, vel præfigendo terminum ſuperiori, infra quem expediat, & ſi diſtulerit concedendo exemptionem lite tali durante.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio, vt alicui concedatur hoc eſt poſitum in arbitrio Iudicis, & num.*10.

2 *Lite pendente inter ſubditum, & Epiſcopum negotium deuoluitur ad iudicem ſuſpenſa Epiſcopi iuriſdictione ſuper eadem cauſa de qua dubitatur.*

3 *Exemptionẽ durante lite inter ſubditum, & Epiſcopum tam ſignatura quam Sacra Congregat. ſuper Epiſcopis, & regularibus ſolet concedere.*

4 *Subditus litigans cum ſuperiore probabiliter poteſt timere illum ſibi fore inſenſum.*

5 *Subditi ſubducuntur ab iuriſdictione Principis, ſiue cuiuſque ſuperioris ex eorum moribus aſperioribus, ſiue prauo iuriſdictionis vſu.*

6 *Exemptio datur propter litem.*

7 *Litem motam à ſuo antéceſſore ſi quis proſequatur non videtur temere illa inſtituere, vel per calumniam proſequi.*

8 *Exemptio propter litem ab iuriſdictione ſuperioris non datur, quando lis eſt affectata, aut ingenio conficta.*

9 *Exemptio propter litem ab obedientia ſuperioris ſolet in aliquod tempus reſtringi.*

ARGVMENTVM.

Exemptio ab obediẽtia datur ſubdito, quando inter eum & ſuperiorem durat aliqua lis.

DECISIO IX.

Ex Rota Romana in vna gerundem exemptionis Veneris 11. Maij 1629. coram R.P.D. Veroſpio.

PLacuit Sacræ Congregationi
ſuper Epiſcopis, & Regulari-
bus de exemptione perſonali du-
rante lite concedenda Franciſco
Auinio Priori Eiſalduni Romam
conſulere, cum cauſa eiuſdem Prio-
ratus exemptionis à Iuriſdictione
ordinarij Gerunden. coram me pen
deret, & cum ſuper hoc Domini ar-
bitrium ipſius concedentis maxi-
1 mum eſſe cognouerint ex *Abb. in cap. literas num. 7. de reſtitut. ſpoliat. Roman. conſ. 37. Pariſ. conſ. 54. num. 36. volum. 4.* reſponderunt poſſe
ſi videbitur per Sacram Congre-
gationem concedi Franciſco exem
ptionem quam petit, & propter li-
tem, quæ grauis apparet, & calum-
nioſa viſa non fuit eius perſonam in
tempus à iuriſdictione ordinarij
2 eximi cum enim id ſit de iure, vt
pendente lite negotium deuolua-
tur ad Iudicē ſuſpenſa ſuperioris iu-
riſdictione ſuper eadem cauſa de
qua dubitatur, *cap. cum dilectus cap. olim vbi gloſ. in verb. poſt incept. negot. de accuſat. Ripa. in cap. cum M. Ferrarien. num. 196. & 199. de conſtitut. Caſſador. deciſ. 6. de priuileg. in princip.* ſolet tam ſignatura, quam
hæc Sacra Congregatio vbi ipſam
3 litem grauem, nec temere ſuſcep-
tam cognouerit hanc exemp-
tionem ea durante concedere, vt
poſt *Caſſador. dict. deciſ. 6. de priuileg. in princip. teſtantur Lancellott. de attentat. lit. pendente part. 2. capit. 4. declarat. 4. numer. 41. Gomez ad regul. 8. cancell. gloſ. 46. numer. 18. Marcheſa. de commiſſ. auocationis cauſarum parte 4. §. 1. num. 76. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 11. num. 7.* ex cuius quidem
4 litis cauſa, quæ vt dixi leuis non ſit
cum poſſit probabiliter ſubditus
ſuperiorem ſuum ſibi infēſum time-
re: nec non etiam dixerunt Domini
prter litem nō requiri aliquam pro-
bationem maletractationis, aut ve-
hementis ſuſpicionis futuræ ſeuitię
ſed ſatis eſſe, vt de ea ex præſump-
tionibus dubitari poſſit, *ſpeculat. de denunciat. §. quis denunciare poſſit num. 13. Mandoſ. de inhibition. quæſt. 104. num. 5. Egid. deciſ. 45. Rota deciſ. 5. de reſcrip. in nouis*, & ſicuti ex mo
ribus Principis, ſiue cuiuſque ſupe-
rioris aſperioribus aut prauo iuriſdi-
5 ctionis vſu ſubducuntur ſubditi ab
eius iuriſdictione *cap. olim, & ex c. ex parte de accuſat. Ioannes Faber, in §. fin. in inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Burſat. conſ. 170. num. 27. Guid. Pap. quæſt. 62. num. 1. Achill.*
6 *deciſ. 362.* Ita, & ſola his viſa fuit
ſufficere dum ſuper re graui iuſtum
timorem, vt dictum eſt inferre po-
teſt *Staph. de literis inſtit. de reſcript. in forma breuis §. indultum num. 19. Pariſ. vbi ſupra de reſignat. lib. 7. quæſt. 11. num. 7. Gabar. de iudic. concl. 4. num. 51. Verall. deciſ. 62. num. 4. p. 2.*

Maxime autem mouit Dominos
vt exemptio huiuſmodi videretur
poſſe cōcedi, quod cum lis iam diu
7 ab anteceſſore mota fuiſſet non ar-
gui poſſet nouus Prior, vt vel teme
re inſtituerit, vel per calumniam
proſequeretur *l. quædam ff. de rebus dub. l. aut facta §. exitus ff. de pœnis Aym. conſ. 335. num. 3. Creſcent. deciſ. 19. de prob.* ceſſabat enim ſuſpicio,
quam in propoſito *DD.* conſide-
rant, ne quis ſub prætextu litis affe-
ctatæ, aut ex ingenio conſictæ à ſu-

perio-

8 perioris ſui obedientia ſubducatur ſicut ne cauſa Prior diutius protraheret eamdem exemptionem, quæ ſolet alioquin ſimpliciter concedi
9 in tempus reſtrinſerunt ſequuti ſtylum, quem contradicente ordinario prout hic etiam ſe oppoſuit ſeruare ſignaturam teſtatur *Lancell. dicta parte 2. de attent. cap. 4. declara. 4. num.* 4. & notauit ex *Caſſador. eadem deciſ. de priuileg. in fin.* Quod tempus, & propter loci diſtantiam, & ferias, quæ inſtabat atque etiam quia dabat Prior fumum aliquem boni iuris ex arbitrio, quod ſuper hoc dixi maximum Iudicis eſſe viſum fuit Dñs ad annum extendi poſſe. Ita tamen, vt & Sac. Congr. vel propter diligentias, quas in expediēda cauſa Priorem adhibuiſſe conſtabit, vel ſi quæ ab Epiſcopo impedimenta inferentur poſſit eodem vlterius, vel ne prorogare.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius rem eſſe feudalem negās eam amittit amplia num.* 2. *&* 3.
4 *Iuramentum contra conſuetudinem antiquam à vaſſallo Domino ſuo præſtitum præſumitur extortum.*
5 *Captura iniuſta in ſe iniuriā continet.*
6 *Vaſſallus de culpa in ſubditos groſſando, & ſeruiendo conuictus feudo priuatur ad conſuetudinem vſufructuarij propter rei deteriorationem num.* 7. 8. *&* 9. *limita num.* 11. 12. *&* 13.
10 *Pœnam abſque monitione non committi.*
14 *Ad effectum priuationis feudi trina requiritur citatio, ſeu monitio num.* 19. 20. *&* 21.
15 *Subditus à Domini ſui male ei excipientis iuriſdictione eximi poteſt num.* 18.
16 *Abſurdum in iure vitandum.*
17 *Idem iudicium de parte, quod de toto.*
22 *Vaſſallus negans feudum ſe à Domino tenere, eo priuatur non tamen applicatur Domino directo, ſed filijs ſeu agnatis à primo acquirente deſcendentibus num.* 23. *&* 24.

ARGVMENTVM.

Baro ſubditos crudeliter tractans, & inſoliter aliaque indebita ab eis exigendo ſeuitiæ feudo priuādus venit.

DECISIO X.

Ex Viuio deciſ. 447.

Prætendit Regius Fiſcus non quidem immerito his in temporibus Dominum Damianum priuandum fore feudo de quo agitur illudque reuertendum deuoluendumque etiam ad Regiam Cameram in tantum, quod eius intentio fundari non ab re profecto poſſet dum idemmet Damianus negaucrat in preſenti cauſa rem de qua tractatur non eſſe vllo quippe modo feudalem & pariter ſub feudo quod taliter, ac rationabiliter hodie ob
1 hoc feudo ipſo priuandus venit. & ratio palpabilis ea eſt, nam feudatarius negans rē eſſe feudalē abſq; ſcrupulo aliquo feudum amictit, ita *Innoc.* & poſt eum *Abb. in cap. ceterum num.* 21. *de iudic. Bald. in cap.* 1. *§. vaſſallus il ſecondo in tit. ſi de feud. fuer. controuer. inter Dom. & agnat. Felyn. in dicto cap. ceterum col. penult. & Octauian. Cacher.* cum alijs quam plurimis agregatis per eum *deciſ.* 29. *num.* 2. *Ioann. Anton. de Nigris ſuper capitulis Regni in cap.* 20. *pro bono ſtatu nu.* 17. *Vinc. Hondedeus conſ.* 85. *ſentent. num.* 39. *vol.* 2.

T Et

Et ad hoc inflamandum ſuble-
uandumq.conuenietet quidem fa-
cit illa Doctorum communis con-
cluſio explanata *in l.fin. mediante*
illo text.ff. de re iudic. vbi negans ſe
2 poſſidere dum poſſideat conuictus
de mendacio priuatur proculdu-
bio ſua poſſeſſione idemque pro-
bat *text.quoque in authent.item ſi poſ-*
ſeſſor cap.qui potior in pign. habeant.
Afflict.dec.18.Trigona ſingul.57.Ro-
man.conſ.70.ſub num.7.& ſeq.&cō-
cluſionem iſtam vigoroſe diſcurrit
locupleatq; *Anton. Gab. concluſ.5.in*
tit.de acqui.vel amitten.poſſeſſ. lib.5.
communium concluſionum , vbi
apparatè æquidem ponit 13.*conclu*
ſiones, & caſus quibus negans pri-
uatur commodo,& iure rei negate,
Dominus *Ioann.Anton. de Nigris in*
dicto cap.Regni 201.*ſub nu.* 10. *cum*
alijs ſequentibus.

Vndè cum prædictus Damianus
negauerit omnino præſentem rem
feudalem eſſe,& non in partem,ſed
in totum toto fundo ipſo priuandus
tunc vtique venit ſecus verò ſi ne-
gaſſet aliquam partem feudalem
3 fore quia eo caſu tantummodò pro
parte negatiua feudum amitteret,
& non in totum ita *gloſ.in verſ.ſcien-*
tiam, & ibi vnanimiter omnes *in*
cap.1.§.vaſſallus il 1.ſi de feud.fuer.
controu. inter Dom. & agnat. & ita
prouidenter quidem decidit *Iulius*
*clar.etiam in tract.de feudis quaſt.*59
poſt nu. 3. vbi aperit quoque quod
licet *Petrus de Ceruotis* aſſerit con-
tratium, quod cadat quodam mo-
do à toto feudo negans partem eſ-
ſe feudalem, tamen quod eius ſen-
tentia ab omnibus feudiſtis aſper-
nitur,& quod isthec opinio *Col.* &
ſequacium communis vere ſit te-
ſtificatur *Conſ.Pariſ.feudal.§.30.ſub*
num. 6. & Roland. à Valle conſ. 17.
num.4.vol.2.

Secundò extitit ſimiliter dedu-
ctum probatumque ad ipſius Re-
giæ Cameræ fauorem prædictum
D.Damianum crudeliter tractaſſe,
& indies pernicioſus tractare ſub-
ditos ſuos ab eis inſolita indebita-
que exigendo ſeruitia,quæ per vim
& metum extorta abſque vlla qui-
dem difficultate præſumuntur ſe-
cundum *Ioann. Andr. in cap. 1. de*
præſc. lib. 6. ex quo præſentat inſti-
tuitque non quidem ocioſe *Bald.in*
4 *cap.1.qualiter vaſſall.*iurare debeat
fidelitat.quod ſi vaſſallus Domino
nouum pręſtet iuramentum contra
antiquam conſuetudinem , quod
huiuſce iuramentum tunc exortum
præſumitur cum haud quaquàm pr̨ę
ſumatur pręſumique poſſit ſuperio-
ri ſuo cōceſſiſſe id quod obnoxius
nullatenus reperiebatur ne videa-
tur quodammodo ſuum iactaſſe, &
hoc idem approbat atque commē-
dat etiam *Aret.conſ.24 col.4. & Ri-*
min.conſ.104.num. 3. Imò ad fauo-
rem eiuſdem Regij Fiſci , extitit ſi-
militer articulatum atque inſimul.
probatum prædictum Damianum
ad capturam ſuorum vaſſallorum
5 inique iniuſteque procedere ſoli-
tum extitiſſe ac extare, quę quippe
captura iniuſta abſque ſcrupulo ali-
quo iniuriam in ſe continet ſecun-
dum *Bald.in l.per diuerſas in* 10. *qu.*
cap.mandat.poſt, Innoc. quem citat
imò re ipſa non minus amore iniu-
ria infertur ei,qui in carcerem tra-
ditur,quam ſi mors inferatur vt per
Io.And.in rub.de his qui fil.occ. Bald.
in c.1.§.denique ver. patricidij , quæ
fuit prima cauſa benef. amittit , &
Marſil.in l.accuſatio col.2.ff.de fal.et
*in l.1.2.ff.de quaſt.*quo inquam ca-
ſu licet Dominus merum mixtum
que habeat imperium,& omnimo-
dam iuriſdictionem atque iuſtitia
mediāte aliquem in carcere queat
non tamen præter iuſtitiam , vtpo-
tè ,quia Dominos vaſſallos oppri-
mere

mere non licet, nec vllatenus in
carcere, quamuis aduerſus eos om
nimodam habeat iuriſdictionem *l.*
libertos C. de obſe. par quaſt. per quẽ
textum, ita firmat etiam *Grammat.*
deciſ. 104. *vol.* 2 Vnde reus iſte tan-
quam conuictus de culpa in atroci-
ter tractando ſubditos ſuos debe-
ret vtique feudo priuari vrget e-
nim in præſentiarum contra eum
6 communis illa Doctorum opinio;
quod vaſſallus conuictus de culpa
poteſt feudo priuari, quam per *tex.*
in cap. 1. *de feud.* ſine culpa non amit
tit faciliter approbant *Abb. Felyn.*
& alij vniuerſaliter omnes *in cap.*
quæ in Eccleſiar. de conſti Bald. in cap.
1. *de nat. feudorum Grammat. deciſ.*
15. *num.* 9. *Andr. de Iſern. in cap.* 1. *in*
verſ. callidis de prohibend. feud. alien.
per Feder. Alex. con. 124. *vol.* 1. *Paris*
conſ. 1. *num.* 18. *vol.* 1. *& conſ.* 161.
num. 106. *eodem vol. & Campegius*
conſ. 2. *vol.* 5. inter conſilia Bruni in
tantum quod male tractans de vaſ-
ſallos dicitur re ipſa conuictus de
culpa feudoque etiam priuari po-
teſt ad vſufructuarij ſimilitudinem-
que quippe in omnem euentum
ſecurè admittitur ſecundum *Zoſiu.*
in tract. feud. num. 64 *part.* 19.

7 Et inde eſt, quod quemadmodũ
vſufructuarius propter notabilem
deteriorationem rei cuius ſibi com
petit ſpectatque vſusfructus poteſt
tunc abſque difficultate priuari
vſufructu ipſo ſecundum *Paul. de*
Caſtro poſt cuneum in auth. qui rem
C. de Sacroſanct. Eccleſ. cur. Iun. conſ.
137. ita eadem ratione, vt inquiunt
himet Doctores vaſſallus priuatur
feudo vbicumque illud notabiliter
quoque deteriorat.

8 Et Vaſſallus ob malam profecto
pertractationem ſubditorum dici-
tur reuera eo caſu notabiliter feu-
dum deteriorare facit. n. ob huiuſce
modi facinus ſe merito indignum
dominari abutendo, ita, & taliter
dominio ita *Curt. Iun. conſ.* 137. *col.*
1. *Bald. in cap.* 1. *§. publici latrones de*
pace tenen. & feudiſtæ omnes com-
muniter *in §. ſeq. Paul. de Caſtr. Iacob.*
de Georg. & Iaſ. in dict. authent. qui
rem Socc. conſ. 272. *col.* 3. *Afflict. deciſ.*
265. *& Grammat. deciſ.* 104. vbi a-
ſtruit etiam quod Dominus non ſo-
lum priuandos venit feudo vbi-
cumque intolerabiliter, & inique
tractat ſubditos in vniuerſo; ſed
etiam particulari, & ſingulari.

Tertio multo magis hodie deli-
berandum ſtatuendumque videtur
ipſum inquiſitum priuandum fore
feudo de quo agitur cum ſuper iſta
oneroſiſſima doloſiſſimaque tracta-
tione extiterit aduerſus eum facta
monitio, & nihilominus ſurda qui-
dem aure non ceſſauit modo ali-
quo ab incepta inſolentiſſima tra-
ctatione, quo caſu, ſiue attendamus
ſententiam *Bald. & ſequacium in*
dicto §. publici latrones conſideran-
tium quod abhoc, vt vaſſallus poſ-
ſit feudo priuari ob perniciofam
9 ſubditorum tractationem requiri-
tur monitio ſiue attendamus alte-
ram negatiuam ſententiam aliorum
Doctorum aſſerentium non requiri
quam commendauit. *Grammat. in*
dict. deciſ. 104. *Iacobin. de S. Geog. in*
tractat. de Roydis col. pen. & conſuluit
Natta conſ. 174. *num.* 10.

Quæ nempè opinio approbatur
viuaciſſimis rationibus à præcita-
tis Doctoribus ex diſtinctione com
muniter recepta de qua per *Imol.*
in cap. extirpandæ de præbend. vbi ape
rit, quod quando leges loquuntur
negatiuè, vtpotè ſi quis non fecerit
hoc puniatur in decem iſto profe-
10 cto caſu pena non incurritur abſq;
monitio, ita canoniſte vniuerſaliter
omnes in *cap. licet canon. §.* 1. *de elect.*
lib. 6. ſecus vero ſi profecto affirma-
tiuo, & ſic in mala tractatione quod

T 2 eſt

eſt factum affirmatiuum, quia tunc
nulla admodum requiritur monitio
ita *Cardin.conſ.56. Roman. in l. 1. §. in cognitione ff. ad Syllan.* & conſe-
quenter attenta hac etiam ſenten-
tia non requiri monitionem, venit
reus ipſe in feudo priuandus ſtante
præſertim, quod interceſſit moni-
tio, quod quidem de vrbanitate
præcedere debere ſuadet *Bald. in dict. §. pub ici latrones*, & non de ne-
ceſſitate, & ita eſt intelligendus
Bal. arreſtante *Grammat. deciſ. 104. column. penult. & Iacobin.* in loco an-
te aſſignato.

Verum enim vero contrarium
extitit reſolutum atque determi-
natum eundem inquiſitum non poſ
ſe vllatenus condemnari ad feudi
priuationem, nec feudum ipſum eſ-
ſe deuolutum, & hec deciſ. ea veri-
tate firmoque ſatis teſtimonio niti-
tur, atque comprobatur quoniam
principaliter ex tenore inueſtituræ,
quam amplè diſcernitur eiuſmodi
Caſtrum nom extitiſſe conceſſum
titulo feudi, ſed mere, ac vere dona-
11 tionis apparent etenim appoſita
verba tranferentes omne ius, &
verbum itidem ſetenum donamus
quæ omnia extant re vera contra
naturam ſubſtantiamque feudi ta-
liter quo liquet Principem donare
voluiſſe, nec eſt hodie à proprieta-
te verborum recedendum *l. non ali-
ter ff. ad leg. 3. & l. fi. C. de his qui ven. ata*, cum verba ipſa intelligi quippe
debeant cum effectu *cap. relatum text. de cler. non reſident. l. 1. §. hac au-
tem verba ff. quod quoque iur. l. ſi quã-
do ff. de leg. 1. & l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius vocan.*

12 Imo eo magis hoc de plano, &
abſque difficultate procedit cum
beneficia Principis veniant de iure
latiſſimè interpretanda *l fin. ff. de conſt. princ*, & ita conſuluit quoque
interminis *Oldrad. conſ. 159. num. 3.*
vbi annectit etiam Regem Syciliæ
conceſſiſſe fillo ſuo Gerentio Prin-
ciparum Achaiæ ſub tali forma
donamus damus, & tradimus ex cau
ſa donationis proprij motus, & in-
ueſtimus quicquid habemus in prin
cipatu Achaiç ratione feudi aperti,
vel alia ratione transferendo dire-
ctam, & vtilem actionem, ita quod
pro eo nullum alium recogno-
ſcas ſuperiorem niſi nos exprimit-
que *Oldrad.* etiam ibi ex huiuſmodi
forma conceſſionis dubitatum ex-
titiſſe an eſſet donatio, vel feudum,
& præſtanter quidem decidit, quod
nullo modo ſit feudum, ſed ſimplex
meraque donatio, & opinioni *Ol-
drad.* facilè aſſentitur *Claud. de Sey-
ſell.* poſt maturam diſceptionem *in tractat. de feud. in titul. de deſinit. & orig. feud. col. 1. verſ. adducitur, & quæſtio ardua, & Dec. conſ. 208 num. 6. & ſeq. & conſ. 413.* & eandem ſen-
tentiam communem fore admonet
Grat. conſ. 9. num. 78. vol. 1. Socc. Iun. conſ. 102. num. 9. & ſequent. vol. 1. & Iul. Clar. in tract. de feud. quæſt. 17. Rolan. à Valle conſ. 10. poſt num. 22. vol. 3. & conſ. 85. num. 38. vol. 4. cum
igitur conceſſio facta extiterit in ca
ſu noſtro, ſub eadem forma verbo-
rum, ac etiam magis magiſque pre-
gnantium ad donationem indu-
cendam non poteſt vaſſallus de iu-
re nullatenus huiuſmodi caſtro, at-
que feudo priuari.

Secuudo loco poſito itidem,
quod hoc eſſet verum feudum ta-
men adhuc minimè eius priuatio-
ne dignus foret vaſſallus attenta
præſertim magis communi magiſq;
vera feudiſtarum ſententia, quę ha-
bet quod ad hoc, vt vaſſallus, qui
dicitur maletractare ſubditos ſuos,
aduerſus eoſdem ſeruire conuinci-
13 tur poſſit iure quidem ſuadente
feudo priuari ſolummodo vnica
monitio præcedere debeat à ſupe-
riore

riore emanata, quod dictos ſubditos benetractet cum comminatione, quod alias feudo priuabitur, decidit *Bald. in d. §. publici latrones* quem omnes, ibi, & *in §. ſequent. vni verb.* ſoliter ſequatur *Fel. etiam in cap. 2. de magiſtr. Iaſ. in leg. 2. C. de verb. emphyt quæſt. 9. Alex. in l. ſi mora, & in l. diuortio §. ſi fundum vbi Roman. quoque ff. ſolut. matrim. Curt. Iun. in tract. de feud. in 6. parte verſ. quæro igitur. Zaſius in tract. de feud. in 10. part. num. 63. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. de feud. in verb. marchi verſ. & in authen. qui rem,* vbi etiam *Paul. de Caſtr. C. de Sacroſanct. Eccle. & Alciat. conſ. 167. num. 12.*

Cæterum, vt veritas hactenus in præſenti ſpeculatione locum obtineat verius ſtabiliuſque vetat ad effectum prædictæ priuationis, feudi, quod trina citatio neceſſario Intercedere interuenireq; debeat, & ita *Iaſ. in c. 1. col. 22.* in vſibus *Afflict. in c. 1. n. 100. de mil. vaſſa. qui cont.* idẽnet *Iaſ. in dict. auth. ſtatuimus in vlt. not. C. de Epiſcopis, & cleric.* vbi porrigit, quod ille qui iuſtitiam non facit debet per tertiam monitionem iuriſdictionem abſque dubitatione amittere; cum itaque non conſtet eundem inquiſitum extitiſſe trina citatio affectum de ſubditos benetractando cum comminatione, quod alias feudo priuabitur, ſed tantum vnica ſimplex nudaque interuenerit requiſitio abſque vlla quidem comminatione merito vrgente huiuſmodi occaſione non poſſet contra eum ita rigoroſe agi vt feudo priuari queat, præterea concesso, etiam quod iſta conceſſio ſit feudum, & quod nulla admodum requiratur monitio attenta ſententia, *Grammat. deciſ. 104. & Natta conſ. 174. num. 10.* quæ tanquam indigeſta, vt inferiores diuulgabitur in reiectione contrarium
nihilominus præſens inquiſitus minime poſſet feudo priuari, ſed potiùs venirent tantummodo eximẽdi liberandique ſui particulares ſubditi tanquam maletractati à iuriſdictione ipſius feudatarij domini ſecundum diſpoſitionem *l. 1. C. ſi quacumque* prædictus poteſtate
15 ex quo nempe texta colligant expedite quidem ſcribentes, quod vbicumque ſubditus repetitur oppreſſus grauatuſue debet, ac poteſt eximi à iuriſdictione Domini.

Verum enim vero animaduertendum eſt, hoc in loco quod ratione grauaminis non nullorum ſubditorum grauamina ſolummodo eorum reſpectu paſſorum agitur re vera de priuatione iuriſdictionis non autem aliorum alias ſequeretur abſurdum, quod ex mala tractatione particularium ſubditorum priuaretur dominus iuriſdictione omnium quod facile redditur penitus, & om
16 nino inconueniens taliter, quod abſurdum in iure eſt euitandum valet enim argumentũ ab obſurdo ipſo euitando *cap. 1. de cler. reſident. in 6. cap. de maioribus ext. de preben. l. ratas C. de reſcind. vendit. l. nec audiendus ff. de oper. liber. & l. non abſurdum ff. de bon. libe.*

Et ad hoc idem ſtabiliẽdum, corroborandumque facit illa perſpi
17 cua ratio, nam idem eſt iudicium de toto reſpectu totius, & de parte reſpectu partis, *l. qua de tota ff. de rei vendic. l. 1. ff. de euict. l. qui ſcit. ff. de vſur. & §. nihil autem intereſt inſtit. de fidei commiſſarijs hæreditatibus.*

Nec circa hoc vllatenus quippe vtor. *conſ. Grammat. in dicta deciſ. 104. num. 13.* & ſequentibus aliter ſentientis ad quod profecto facit *deciſ. Guid. Pap. 62.* vbi determinat, quod ſi quis Baro habens hominem ſubditum, & eum grauet de perſona atrociter in carcere, vel a-

lio quouis modo ſuperior poteſt eū tunc eximere totaliter à iuriſdictione, & ſubiectione eiuſmodi Baronis etiam ex officio iudicis, ac itidem quid talis ſubditus oppreſſus nullatenus reclamet imò commemorat, etiam eo in loco extitiſſe in parlamento iudicatum, & ſequitur *Guhelm. de Benedictis in repetit. cap. Raynutius in ver. condidit teſtamentum il 1. nu. 56.* extra de teſtam. taliter quod in omnem quippe caſum in terminis noſtris prædictus inquiſitus feudo priuari nequit modo aliquo.

Nec in præſentiarum obſtant, quæ ſupra in contrarium deducta extitere cum ea omnia vnica reſpontione facile ſubmoueantur, nā in caſu noſtro ſumus citra terminos feudi, cum, vt diuulgatum extat iſta conceſſio dicatur donatio, & non feudum ſecundum *cōſ. Oldrad. 159.* & communem quoque opinionem de qua *Grat. conſ. 9. num. 78. vol. 1. Socc. Iun. conſ. 102. num. 9. & ſequen. vol. 1. Roland. conſ. 10. poſt num. 22. vol. 3. & conſ. 85. num. 38. vol. 4.*

Itaque non poſſet reus ipſe priuari feudo ob aliquam malam tractationem, ſed grauati poſſent reuera appellare ad ſuperiorem donantem, & ſuperiorem Domini, cui extitit caſtrum donatum, qui debet eximere ſubditos maletractantes, à iuriſdictione ipſius domini maletractantis ſecundum textum *in lege 1. C. ſi quacunque* prædictus poteſtate, per quem quidem textum ferendo porrigit *Faber. in l. officium ff. de offi.*

18 *pro conſult. & legat.* quod vbi cunq; ſubiectus grauatus reperitur eximi deliberatè nempè debet à domini iuriſdictione.

Imò poſito etiam quod eſſet feudum, adhuc reſpondetur, quod licet ob malam tractationem poſſe feudatarius priuari feudo, tamen re-

19 quiritur, non ſolum vnica monitio, ſed trina etiam, ſecundum *conſilium Crau. 6. num. 108. & conſilium Curt. iun. 137. col. penult. & doctrinam Iaſon. & Afflict.* de quibus ſupra, & opinio *Grammat. Iacob. de Sanct. Giorgio, & Natta* in locis præmemoratis approbantium nullam admodū requiri monitionem, non eſt vllatenus attendenda, tanquam lubrica, & periculoſiſſima, & habens contra ſe communem ſententiam ſeudiſtarum, tenentium trinam, neceſſario requiri in præſenti temonitionem.

Ex quo minimè obſtat diſtinctio *Innocen. in cap. extirpanda de praben.*

20 quia, & ſi vera profecto ſit atque communis tamen limitatur, vt non procedat, vbicunque tractatur, quod feudatarius priuetur feudo ob malas tractationes aduerſus ſubditos, per deciſionem *Bald. in praallegato §. publici latrones*, vbi explicauit, quod licet quandoquidem quis committat delictum commiſſionis, non requiratur monitio, nihilominus ſecus foret in feudo, in quo poteſt dominus monere vaſſallum, quod ſubditos benè tractet, & modo debito, & ſolito, alias curia domini poſſet ſibi caſtrum auferre, & annectit etiam *Afflict. eod. tit. in §. quicunque* hoc fore ſpeciale in feudo, vt monitio ipſa requiratur.

21 Adde tu itidem congruentur his temporibus per trina monitio hæc requiratur, ſecundum *Iaſ. Crauet. & Curt. Iun.* in locis de quibus ſupra, etiam de mera neceſſitate, vt teſtificatur *Boſſ. in pract. crim. in tit. de priuu. 56. & 59.* vbi porrigit, etiam iſtam eſſe omnium in iure ſcribentium communem ſententiam, & tradit pariter per commoda reſponſa deſtinctioni huic innocentii, vt illa locum haud quaquam obtineat in materia feudali.

Nec

Nec poſtremo diſſonat , etiam
poſito, quod conceſſio iſthæc dica-
tur feudum, & verè quippe feudum
ſit quod reus ipſe negauerit tenere
Caſtrum de quo agitur in feudum,
22 & quod vaſſallus negans tenere
feudum à Domino, veniat eodem-
net feudo priuãdus, per textum al-
legatum in *cap. 1. §. vaſſallus ſi feu-
dum , ſi de feud. de funct. conten.* reſ-
pondetur etenim nõ negaſſe in ſpe-
cie feudum , & huiuſmodi caſtrum
eſſe feudum, ſed potius qualificatẽ,
litem contiſtando negauit narrata
prout narrantur ; vt fieri ſolet , ex
qua quippe negatione , ita, & tali-
ter facta vaſſallus non incidit modo
aliquo in priuationem feudi ita *Ia-
cobus de Sanct. Giorgio in tractat. de
feud. in verſ. dictiq; vaſſalli il 1. nu. 35.*
& ita practicari ſcribit *goſ. Pariſien.
in §. 30. nu. 8. in gloſſ. feud. & clarius
in tract. de feud. quæſt. 59. num. 4.* &
iſta poterit eſſe limitatio ad regu-
lam illam , quod vaſſallus negans
feudum tenere à Domino amittat
feudum ſecundum textum in *dict. §.
vaſſallus* ſi feudum , vt non proce-
dat in negatione facta in poſitio-
nibus, vel libello per reſponſionem
cum clauſula negatoria narratorũ,
prot narrantur ſecundum *Iacobin.
Gloſſ. Pariſien.* & clarium in locis nõ
ſe allegatis.

23 Imò dato denique , quod huiuſ-
modi feudum per negationem, amiſ-
ſum diſcernatur , tamen illud non
venit vllo quidem modo applican-
dum Domino directo , ſed potius
filijs, ſeu agnatis à primo acquirẽte
deſcẽdentibus, vt decidit in termi-
nis *Rot. Pedem. atteſt. Cacher. dec: 29.
poſt n. 20. poſt Cur. Iun. in trac. de feud.
in 5. p. verſ. 4. princip.* ſit concluſio at
ſtantem etiam ibi de communi o-
pinione , ſed in caſu noſtro , cum
reus ipſe habeat filios à primo re-
quirente deſcendentes meritò igi-
tur ipſis filijs huiuſce feudum appli
candum foret quod æquidem eo
magis, atque magis veniret conce-
dendum , vt pote quia expreſsè in
inueſtitura atque conceſſione dictũ
eſt primi acquirentis pro ſe ſuiſque
liberis maſculis , & agnatis legiti-
mis , & naturalibus de maſculo in
maſculum deſcendentibus , & ce-
24 tera. ex qua vtique conceſſione
pater in huiuſmodi feudo nullo-
modo filijs præiudicare poteſt , vt
tradit *Curt. Iun. in loco præmemorato
col. 2. verſ. limitate* nunc primo , vbi
vtiliter enodat etiam quod vbicũ-
que dictum reperiatur in inueſti-
tura concedo de vno in alium pro
vt diſcernitur ſerenè in caſu de
quo agitur in quo continetur de
maſculo ad maſculum , & cætera
tunc delictum patris, & iam in per-
ſonam Domini nullatenus nocet
filijs, & ita extitit iudicatum proui-
de quidem in *Rota Pedamontana*,
atteſtante , *D. Ottauiano Cacherano
deciſ. 29. in fin.* cum delictum tunc
vnius alteri obeſſe non debeat mo
do aliquo eſto quod vnus nullate-
tenus re quidem vera, perſonam al-
terius rapreſentet , vt per *Rol. in
cap. 1. col. 2. ſi vaſſall. feud. prin. & Io.
Thom. de Marin.* cum alijs agrega-
tis per eum in *tract. de generib. &
qualit. feud. tit. 2. de feud. ex pact. &
prouid. antiqu. ſeù patem. num. 91. fol.
53. & Capic. in inueſtit. feudal. cap.
feudorum clauſulæ col. 3. verſ. attentis
meritis ſingulor. fol. 94.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus an propria authoritate
poſſit aliqua exigere à vaſſallo,
num. 2. & 4.*
2 *Taſſationem factam ad iuramentum
partis homini iudex reuocare , &
imminuere poteſt.*
3 *Dominus an poſſit vaſſallũ flagellare.*

6 Do-

Digitized by Google

6 *Dominus an propter malam ſuorum tractationem poſſit iuriſdictione, & dominio priuari.*

ARGVMENTVM.

Baro an propria authoritate valeat aliqua exigere à vaſſallo, & an poſſit illum flagellare, & ſi propter malam tractationem poſſit iuriſdictione priuari.

DECISIO XI.

Ex Boet.deciſ.55.

Et Chriſti Benedicti, ac Intemerata, & Glorioſæ Virginis Mariæ eius Genitricis nominibus piè inuocatis. Amen.

1 VIdetur Dominum loci poſſe pro iuribus, & ſeruitijs ſibi per vaſſallum, & hominum ſuum debitis propia authoritate exequi facere, & illa exigere, per *text.in l.eſt differentia*, & ibi *Bart. Bald. & Sali. ff.in quib.cauſ.pig.tacit.contrahit.* & hoc verum ſecundum *ſpec. tit. de feud.§. quoniam verſ.* 18. quæritur ſequendo *Mart. de Fano.* quando certum eſt illum eſſe hominem, ſuum ſecus vero ſi eſt dubium, quia non gerit ſe pro homine quaſi ſuo, aut ſi dominus velit vltra debitum exigere, tunc hoc propria non poterit facere authoritate *l.qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. omn. iud.* & eſſet recurrẽdũ ad iudicẽ ordinariũ *l.ordinaia ff.deliber.*causa alias ſi dominus contra fecerit poterit à vaſſallo cõueniri *l.litibus C.de agr. & cenſi lib.* 11. & l.*fi.C.quibus ad lib.procla.*non licet, & ipsũ ſequitur *Alb.de Roſ.in l. nullus col.2. poſt.med. verſ.qui omnia faciunt C.de Iudæis idem in l. vtique. & ibi Moder.ff.de dan.in fec.*

Et ideo ſi per vim expulſiuã, vel ablatiuã, aut conpulſiuã res ſubditi ſui occupet, aut ocupare faciat, tũc diſpoſitio *de l. ſi quando., & cap.fin.* quod metus cauſa contra eum habebit locum, vt voluit *Innoc.ibi col. ver.*1.itẽ nobis videtur, quod ſi aliqs Rex, vel dominus terræ, &c.cũ ibi ſequntur *Hoſti. & Abb.ſicut col. 2.verſic. idem dic*, ſi dominus alicuius loci, & *Iaſ.d.l.ſi quando col.8.poſt medium verſic.ſubyciunt*, etiã in ſpecie, & multum fecit elegans *conſ. Alexan.* 103. *lib.*1.*exordien.*videtur prima conſideratione dicendum, & ſic fuit concluſum contra dominũ Aegidium de la Tour, dominum de Limolio in fauorem domini de Cireuilh eiuſdem vaſſalli.

Sed quia dictus dominus aduerſus abreptionem bonorum per ipſum de Citeuilh, vaſſallum prætenſam probauit nihil per ſuos à domo dicti de Cireuilh; captum, aut ablatum fuiſſe, niſi bladum quod, idem vaſſallus ab eiuſdem domini meditaria exportauerat, & ſic etiam probatum fuerat per inqueſtam ipſius vaſſalli, & pariter per acta que dominus prius de ipſa blati ex portione fieri facerat, & ſic licet vaſſallus probata violentia, & habita ſuper rebus arreptis, vel inuaſis per iudicem taxatione, & iuramento partis cum poſſe optinere ſecundũ iura prædicta debeat.

3 Tamen ſi iudici ante condemnationem viſum fuerit taxam per eũ factam, ſic iuratam, & iuſta cauſa reuocandam, poteſt illam reuocare, & minus taxare quod iuratum fuerit vt volunt *Innoc.Io.Andr.Petr. de Ancha.& Abb.Sicul.in l.fin. quod met.cauſ. & idem Ioan. d. Iono. in l. quod iuſſit col.* 3.*ff. de re iudica*, &

Alex.

Alex na.in l.qui bona.qui damni col.pe-
nult.ff.de damno infecto , cum alijs
per *Iaſ.allegat.in d.l.ſi quando col.* 4.
verſic.limita tamen ſingulariter iſtum
*text.*quia vt inquit, violentis inua-
ſor ante taxam,& iuramentum po-
teſt contrarium probare res non
fuiſſe amiſſas,nec tranſportatas, vt
hic fuit allegat. *Angel.* ita *tenen. in l.*
princ.verſi furt. vas obtulit ff.de furt.
& idem tenuit *Bald.queſt. penult. C.*
ſi aduerſus liberta,idem in l. contra ne
gantem queſt.vlt.C.ad l.aquil.& Ale.
in additio ad Bart.in d.l.ſi quando col.
3.in ſi cum ſequent. verſi. & poſſet in
hac l.quam.

Quare dominus non erat inten-
tionis aliquid præter bladum ſubli-
gere non tenetur *l. qui iniuria in*
princ.& l.verum ff.de fur. ideo dicit
text.in d.l. ſi quando, & cap.ſi quod,
pro perſonarum tam cum paſſi quã
violenti,& in vaſoris, ac etiã nego-
tij qualitate,iudex per dum ſeu rem
admiſſam, & damnum conſiderare
debet,prout declarant *Innoc.Hoſt.*
Abb.Sicul.& Moder.in d.cap.fin. &
omnes in d.l.ſi quando.

Tamen de ſtilo Franciæ vtroquẽ
caſu dominus non det ius ſibi di-
ceret *d.l.nullus,& in reb.& nig.C.ne*
quis in cauſa ſua ius ſibi dicat , ſed
per ſuos officiarior via ordinaria,
ad ſoluendum procedi facere , pro
quo *bon.text.in l.creditores ff. ad l.fi-*
diam de vi priua ibi optimũ eſt,vt ſi
quas putas te habere petitiones a-
ctionibus experiaris interim ille in
poſſeſſione debet morari,& tu peti
tor eſſe, & idẽ in *l.extat.ff.quod me-*
tus cauſa tamen excuſatur à dolo,
vt voluit *Bald. conſ.* 244. in choan.
ille qui iuxta rationem *vol.* 4.

5 Quamuis *Bal.in auth. ad hoc C.de*
Lati.liber. tollen. dicat quòd ſicut li-
citum eſt dono propria authorita-
te ſeruum ſuum capere, & plagis
mediocribus caſtigare , idem li-
citum eſt nobilibus facere de ho-
minibus ſuis , & idem *conſ.* 439.
*incipit.*Magnificus Dominus *Mar*
cho.col.2.in fin. vol.3. ibi etiam ipſi
Marchiones poſſe eos corrigere in
domo,& in iudicio, per *l.& ſi cer-*
tus ſit percuſſor l.1.cum l.ſequen.ff.ad
Sille.& l.ſerui, & filij in princ. ff.de
iure,& dixi in c.1. in gl.1.col.3.poſt
princ. de con.ſua iur. ita perso.in lib.
conſue.Biturig. ſed tales domini in
hoc non ſunt tollerandi, vt voluit
Ang.in l ſancimus C.de pœnis, nam ta
les,vt inquit,nobiles debent repri
mi,vt non ſint tam audaces ad ma-
leficia in plebem, & debiles perpe
tranda, quia ipſemet *Bal. dicit in l.*
*ex hoc iure ff de iuſt.& iur.*ſunt non-
nulli domini terrarum Tyrannelli,
qui ſanguinem populorũ,ita emun
gunt, quod vix precarium dimit-
tunt eis ſpiritum,&refert *Barb.in*
repetitio c.1.Reinaldus char.38.col.1
verſ.trigeſimoquarto, nam habet lo
6 cum in fine de teſtam. Sed ex tali
mala ſuorum tractatione debeant
domini priuari iuriſdictione,& do-
minio eorum,vide *Francisc. de Cur-*
*te iuniorem conſ.137. inch.*habiti di-
ligenti conſideratione, de quo di-
cam infra quæſt. inchoan. quidam
nobiles,& ideò dictus dominus de
Limolis propter exceſſum , & mo-
dum procedẽdi in piendo bladam
ruptis tedis poſtarum domus , &
horreorum fuit condemnatus in
centum libris erga Regem , & in
alijs centum erga vaſſallum . Datũ
Arreſtum die 28. Auguſti Anno
Domini M. D. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Domini ſeuitia quomodo coercenda.*
2 *Dominus ob nimiam ſauitiam iuriſ-*
dictionem in ſubditos amittit.
3 *Subditi non debent ad inſolita ſerui-*
tia vrgeri.
4 *Feudo priuari poteſt Dominus ob ni-*
miam ſauitiam.

5 Ri-

5 *Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua abutatur. Matrimonium ob ſæuitiam ſeparari poteſt, & nuptiale lucrum auferri. ibid.*

6 *Mandata contra dominos, quomodo decernenda.*

7 *Præſumptio militat pro magiſtratu.*

8 *Subditi rebelles, quomodo in officio retinendi.*

9 *Rebellio requirit, ſententiam declaratoriam.*

ARGVMENTVM.

Baronum ſeruitia in ſubditos, quomodo mandatis pœnalibus coerceri poſsit.

DECISIO XII.

Ex Gail lib. 1. obſernat. 17.

1 SI Dominus in ſubditos nimiū ſæuiat, eosq; ad inſolitas operas, angarias ſiue perangarias præſtandas vi compellat, tali caſu ſubditi ſuperioris auxilium, & officium implorare poſſunt, vt domino ſub graui pœna mandetur, ne plus ſolito eos grauet: & tali caſu ſolent quandoque mandata ſine clauſula in Camera decerni, quando videlicet ex narratis ſupplicationum conſtat de nimia ſæuitia, & atrocitate Domini, ita vt factum eius omni iure ſit prohibitum: puta ſi ex cauſa ciuili ſubditos contra oblatam cautionem in carceres miſere detrudat, contra *text. not. in l. 1. C. de cuſtod. reor.* ſi nouas exactiones proprio motu pro ſua libidine abſque ſummi Principis authoritate, puta Imperatoris, imponat: Si inops, vel cenſu prodigus ſub vmbra officij eos turpiter, & flagitioſè emungat; & aſſiduis operis excruciet adeò vt non ſuppetat eis tempus ſeſe, & ſuos alendi contra *text. in l. cum patronus, & in fin. ff. de oper. libert.* de qua quærimonia, & abuſu operarum, vide præclarè *Zaſ. ſingul. intellect. lib. 1. cap. 3. num. 70. cum ſequen. & infra lib. 2. obſer. 62. & latè Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu, titul. de regum, principum, ducum, & baronum exceſſibus, ad hoc ſunt tex. notabiles, in §. dominorum inſtitut. de is qui ſunt ſui, vel alieni iur. tex. in l. 1. §. diſpiciamus, & in l. 2. §. de minorū, ff. eod. ti. & ibid. Bal.*
2 *in princ. dicens per illum text.* quòd propter nimiam crudelitatem poſſit alicui auferri iuriſdictio, *text. in l. 1. C. de mandat. ſeruo l. fin. quemadmodum ciuilia munera indic. lib. 10. Specul. tit. de exacto, num. 3. dicens,* ſubditum iudicis officium implorare poſſe, ſi à domino inſolitis ſeruitiis grauetur, *per text. in d. l. fin. idē ſpec. in tit. de denunciat. nu. 13. Boer. deciſ. 132. par. per totum,* vbi dicit, quod dominus nō poſſit redditum, vel cēſuum antiquum ſubditis non conſentientibus augumentare *per text. not. in l. cum ſatis §. caueant, C. de agric. & cenſit. lib. 11. text. in l. 1. C. in quib. cauſ. colon. cenſ. dom. accuſ. eod. libro.* vbi dicitur, quòd plus ſolito grauari non debeant *text. in l. vnica C. ne opera à collatoribus exigant libro 10. Bald. de pace tenend. ex publici latrones nu. 2. Aluarot. ibi §. quicumque, num. 1. Schen ibidem in fin.* vbi per illud text. dicunt, quod etiam feudo priuari poſſit dominus, qui iuriſdictione, & poteſta-
4 te ſua abutitur, idem tenet *Iaſon in prælud. feudor. nu. 69. Vaſquius illuſtri controuerſ. lib. 1. cap. 8. num. 17. cum ſequent. quem omninò vide Roman. conſ. 37. incip. viſo puncto, num. 1. dicens,* quòd ob nimiam dominorum ſæuitiam ſubditi à iuriſdictione eorum eximi poſſint, imò impunè

pune diſcedere poſſunt, ita quod à dño repeti, & reuocati nequeāt, vt tenet *Lucas de Penna in l.ſi coloni in 12.quæſtione C.de agricol. & cenſit. lib.* 11. facit ad hoc eleganter *textus in c. literas* §.*fin. de reſtit.ſpoliat.* Et ſic obſeruandum, quod tali caſu, *d.l.ſi coloni*, locum non habeat vnde omninò *Bald.in d.l.2.* §.*dominorum. Guid. deciſ.62.per totam iuncta apoſtil. pulchrè, & plenè Gramm. deciſ.104. per totam*, quem omninò circa hanc obſeruationem vide, an opus ſic prius ad munitione ſuperioris procedit, & licèt dominus habeat iuriſdictionem, & poteſtatē in ſubditos ſuos: tamen ea poteſtate non, abuti ſed moderatè vti debet pertinet, quòd etiam reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur, *text. in* §. *in poteſtate inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Alber. in l. in re mandata C.mand. num.* 1. *Caſt. ibid. num.*2. ſed dominus male tractans vaſſallos, & ſubditos dicitur malè vti re ſua, *Iaſ. vbi ſuprà Grammat.d.deciſ.*104. *num.*13. *& nu.*14. *dicent*, dominum debere reddere vices ſuo ſubdito eiusq; iura cōſeruare aliàs nomine domini indignum, *Bald.in cap.*1.*nu.*8. *in fin. titul.qual. dom. propriet. feud.priuet.* ſic iniqui parentes intollerabili iniuria liberos afficientes iudicis implorato officio, ad emancipationem compelli poſſunt, *text.in l. fin. ff.ſi à parentibus quis manu fuerit.* & ſi alias actione iniuriarum, non teneantur *text.in l. prætor edixit præterea ff. de iniur.* item ob nimiam mariti ſeuitiam matrimonium ſeparari poteſt, & marito nuptiale lucrum auferri *text.in d.C.literas,* §.*fin.de reſtit.ſpol. Panorm.ibidem num.*7. *text.in c. extraſmiſſa.eod.tit. Panorm.ibid.nu.*4. *gloſ.in c.de Benedicto* 33. *quæſt.*1. *in verbo ſub cautela, Schurff. conſ.*42. *per totum.cent.*1.*incip.prædicto Bald. in l.*1. *num.*9. *C.de legatis*, vbi dicit, vxorem ob nimiam viri ſæuitiam fugere poſſe, & extra domum à marito alendam eſſe.

6 Oportet autem in eiuſmodi mādatis ſine clauſula decernendis, cōtra dominos, ſingula factorum circumſtantias diligenter examinare; ne ſubditi aduerſus dominos, & magiſtratum armētur, & ad maiorem inobedientiam fiducia mandatorum incitentur, & ideò ſuperior nō audiet ſudditos, niſi atrocitas dominium moueat, *text. in l. prætor edixit,* §. *præter eam verſ.nec patietur ff. de iniur. & Rom. d. conſ.* 30. *inquit*, quod ſuperior debeat reijcere iniuſtā ſubditorū petitione exceptionis à iuriſdictione domini *allegat.*§.*tibi quoque auth.de mandat.princip.&* §. *quis verò exiſtimans, authent. vt.differentes iudic.* quia regulariter, præſumptio militat pro magiſtratu, *tex.in cap. in præſentia de renunciat. & in cap. ſicut nobis de ſent. & re iudic.text.not.in l.*2. *C.de offic.ciuilium iud.ibid.* quod non arbitramur. *Alciat.in* 3.*reg. princip. præſumpt.* 16. niſi alia coniectura ſit in contrariū vt ſi ſolitus ſit aliquid iniuſtè facere per notata *Innocent.in cap.diuerſis num.* 3. *de cleric.coniugat. Alciat. vbi ſup.n.*6.quia tūc, & iam contra magiſtratum præſumitur, *text.in* ..., *cap.conquerente, de reſtit.ſpoliat.& in l.prohibitum eſt C.de iure fiſci lib.*10. *docet in l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo.*

Et procedit iſta concluſio non ſolum quando ſubditi de ſæuitia Domini conqueruntur, ſed etiam ſi non conquerantur: quia iudex ex officio prouidere debet ſubditis, ne indebitè, & plus æquo vexentur *text.in l.illicitos,* §.*ne potentiores ff.de offic. præſid. Gram. d.dec.*104. *nu.*15. *Vaſqui.d.c.*8.*nu.*17.

Sed quid ſi ſubditi ſint rebelles ſi no-

ſi nolint officia ſubditorum, & de-
8 bita ſeruitia more maiorum præ-
ſtare? Certe tali caſu ſecundum cō-
munes concluſiones, Domino per-
miſſum eſt, eos punire, eorum bo-
na capere, & tenere tantiſper, do-
nec ad debitam obedientiam re-
ducantur, per *text. in l. ſi quis. fortè*
§. ſi quis Comitum; ff. de pœnis. facit
text. in l. vnica C. ne ſine iuſſu princi-
pum certis iudicibus liceat confiſcar.
& in l. congruit. ff. de offic. præſid. Ale-
xand. conſ. 13. nu. 10. volum. 6. incip.
conſideratis his. Bald. in l. vnica cu-
mer. 2. C. ne quis in ſua cauſ. iud. DD.
ibid. Bald. in l. 2. nu. 70. in fin. C. de
ſeruit. & aq. ideò quem inaudito
Domino, niſi ex grauibus, & no-
torijs, mandata ſine clauſula cōtra
ipſum, ad inſtantiam ſubditorum
d.cerni non debent.

9 Et obſerua obiter, quod ad hoc,
vt quis dicatur rebellis requiratur
ſententia declaratoria, latè *Corn.*
conſ. 96. per totum volum. 4. Dec. conſ.
604. num. 1. incip. in caſu illuſtris idē
conſ. 544. num. 2. incip. Carolus *Quin*
tus, Bart. in extrauag. qui ſint rebelles,
in verb. rebellando per totam, Alexan.
d. conſ. 13. num. 7. vbique docent,
quis dicatur propriè rebellis, nō. n.
dicitur quis rebellis, niſi ſit per ſen
tentiam condemnatus. *Doct. vbi*
ſup. Philipp. Port. lib. 1. commun. opin.
concluſ. 2. num. 1. Fallit in rebellio-
ne in materia facti permanētis *Grā*
mat. deciſ. 105. nu. 57. cum ſeq. Port.
vbi ſupra. vide in tract. fracta pracis
cap. 3. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Baro an poſſit compellere vniuerſitatem ſuæ villæ ad præſtandum ſibi Camerarium pro exigendis eius redditibus.*

2 *Syndicum eſſe, vel collectarum exactorem computatur inter numera perſonalia, ad quæ quilibet aſtringitur.*

3 *Iudices locorum æquiparantur defenſoribus ciuitatum in hoc Regno.*

4 *Priuilegium venditionis facta per Regem continens clauſulam cum regalijs, angarijs, & perangarijs: operatur quòd Baro poſſit exigere ſeruitia, quæ poterat Rex.*

5 *Libera præſumitur omnis res.*

6 *Vaſſalli ſunt omnes in dominio Regis in Regno, & non poſſunt etiam volentes perpetuis ſeruitijs alligari ſine Regis aſſenſu. & nu. 16.*

7 *Vaſſallus, qui grauatur angarijs à Barone poteſt implorare iudicis officium, & ibi. not. implorandi forma.*

8 *Vaſſalli præſtant angaria Dominis ſuis in Regno ex conſuetudine, quæ cuius temporis ſit probanda eſt.*

9 *Vaſſalli an poſſint recedere probata per Baronem conſuetudine, quòd ſint angarij, & num. 10. 12.*

11 *Villani habitātes in burgis, & caſalibus poſſunt compelli præſertim tempore belli ad deferendam annonam in ciuitate.*

13 *Vaſſallus habens terram à Barone videtur cum eo agere ne diſcedat: ſed hoc intelligitur niſi velit relinquere terram.*

14 *Filius Vaſſalli de vaſſallagio moleſtari non poteſt: ſi quæſtio vaſſallagij patri, dum vixit, mota non fuerit.*

15 *Vaſſalli per inſtrumentum obligati domino dare annuas operas in putatione, & vindemia non tenentur obſeruare: nec temporis lapſus in hoc operatur.*

ARGVMENTVM.

Baro grauat vaſſallus ſi cogat Vniuerſitatem ſuæ villę ad pręſtandum ſibi Camerarium pro exigendis eius redditibus.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XIII.
Ex Capyc. Decif. 118.

1 IN cauſa Magnifici Franciſci Siripanni vtilis Domini Villæ caſepuzanæ, cum Bartholomæo de Torza, & conſortibus de dicta domo habitantibus in Villa Frignani maioris pertinentium Auerſæ. Videtur in hac cauſa, quòd bene conſideretur & inſpiciatur in iure an dictus Baro Caſepuzanæ circunſcriptis probationibus valeat compellere vniuerſitatem ſuæ Villę ad pręſtandum ſibi camerarium, aliàs baiulum, qui habeat ſeruire ad exigendos redditus Baronis, vide ad hanc decif. not. per *Iudicem Blaſium in rub. de vltim. volum. ſecunda differentia. car. 90. & in titu. de his qui ſe ali. po. ſub. cart.* 179.

2 Quod ſic, facit *tex. in l. 1. §. fin. & in l. fin. §. defenſores. ff. de mun. & hon.* vbi eſſe ſyndicum & geſtorem negotiorum publicorum computatur inter munera perſonalia, ad quæ quilibet aſtringitur. *l. 3. §. præſes prouinciæ. eo. tit.* Et propriè in collectore pecuniæ loquitur *tex. in l. munerũ §. qui annonam. eod. tit.* Et dicit *Bartol. in l. ergo. §. creditoribus. ff. de fideicommiſſ. liber.* quòd iudex poteſt compellere vniuerſitatem ad faciendum ſyndicum. facit etiam: nam eſſe defenſorem ciuitatis, & ſic præeſſe ad cauſas ciuiles eſt munus & ſeruitiũ perſonale & neceſſarium. *l. munerũ. §. iudicandi. eod. titu. de mun. & hon. l. ſcimus C. de aduoc. diuer. iudic.* & in hoc Regno Baiuli locorum æquiparantur defenſoribus ciu. vt not. *Andr. in conſtitutione officiorum*. facit

3 conſtitutio Regni ſi quando, vbi habetur, quòd Baiulus qui domini res adminiſtrandas ſuſcepit, non poteſt bona etiam à ſe quæſita alienare, niſi reddita prius domino ratione ſuæ adminiſtrationis. Et quod in Regno hoc procedat, eſt capitulũ Regis Caroli primi inter prima edicta pro bono ſtatu Regni ita dicens. itẽ collectores, ſyndici, & aliæ perſonæ, quæ ab vniuerſitatibus ſub eorum periculo pro ſeruitio noſtræ Curiæ eliguntur, non amoueantur per Iuſtitiarium, &c. Nec facio vim, quòd ibi dicatur pro ſeruitio noſtræ Curiæ: nam ſi tenebantur dare vniuerſitates Camerarium, ſeu collectorẽ pro Curia Regis, ita & pro Barone, cui Rex concederet cum ſeruitiis realibus & perſonalibus. Dicebat enim *d. Paris in ſyndicatu. cap. de exceſſibus Baronum. 2. colum.* quòd ſi in venditione facta per Regem, ſeu cõceſſione eſt clauſula, cum regalijs, angarijs, & perangarijs: poterit Baro exigere ſeruitia, vt poterat Rex, vt verba priuilegij aliquid operentur. *l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercitoria. l. non aliter. de leg. 3.* in priuilegio quod fecit Rex Ferdinand. ſecundus huic Baroni ſunt verba cum vaſſallis angariis, & perangarijs, ſeruitijs perſonalibus, & realibus, & licet doctrina Paridis dictet cum regalibus, &c. tamen ea ratio militat in hoc priuilegio: nam hęc verba nihil operarentur, quæ in priuilegio poſita ſunt.

5 Sed quòd non poſſit, facit: nam dare Camerarium videtur eſſe ſeruitium perſonale. *d. l. 1. §. fin. & d. l. fin. §. defenſores*, & ſicut res quęlibet pręſumitur libera, *l. ſi quis ædes, in princ. ff. de ſeru. vrb. præd. & not. Andr. in cap. 1. §. item ſi ſit, de controuerſ. inter maſc. & fœmin.* multo magis homi-

6 nes. Facit: nam homines Regni ſunt omnes in dominio Regis, & nõ poſſunt etiam volentes perpetuis ſeruitijs, aut conditionibus alligari. vt in *conſtit. quia frequenter. in fin.* quemadmodum allegat *Lucas in l. ſi quis. vltim. colum. C. de agric. & cenſi. lib. 11.* Et quòd vaſſalli non poſſint ſe ſubijcere alijs ſine volũtate Domi-

 ni:

ni, *vide Fel. in cap. dilecti, de maior. & obed. Facit Spe. in tit. de exactionibus.* §. 1. *verſ. ſæpe, & ver. vaſſallus*, volens quod vaſſallus qui grauatur huiuſmodi ſeruitijs à domino poteſt contra eum implorare iudicis officium: docetque formam implorandi.

7 Nec obſtant primum & ſecundũ adducta pro prima parte: nam non ſequitur eſt munus perſonale hoc, ergo ſeruitium, ibi enim illa præſtabantur in communi ad communem vtilitatem non pro aliena, ſed Domini. Non obſtat tertio; nam iura in eo adducta non inferunt quòd ex debito, ſeu ab inuitis illi officiales dati ſint, & ſi dati ſunt Regi, vereor an dari debeant Baroni, & exemplũ. d. Paridis de angarijs & perangarijs regalibus, vbi ſcilis eſt expreſſum, regalibus, ſi enim regalia non exprimuntur, nunquam veniunt. Attamẽ

8 videmus contrarium ſeruari per totum Regnum, vt iſti Camerarij, ac etiam plures Baiuli præſtentur anno quolibet Domino, niſi dicatur quòd illud eſt ex conſuetudine, & præſcriptione centenaria, quæ in hoc proceſſu probata non ſunt.

9 Sed eſto quòd eſſet probata conſuetudo, & quòd verum ſit, vt in Regno, quælibet vniuerſitas teneatur dare Domino Baiulos, ſeu Camerarium, an propterea homines vniuerſitatis ſint angarij, vel ad ſeruitia perſonalia obligati, & ideo non poſſint recedere.

Et certè videtur quòd non: nam hoc intelligo, ſcilicet quòd debeat præſtari Camerarius vel Baiulus: tamen de his qui habitant in loco non de alijs, vt per hoc recedere nõ prohibeantur. Videmus quòd eſſe exactorem, eſſe ſyndicum, & ſimiles eſt inter munera ſeu onera perſonalia, & nihilominus intelligitur ineſſe iſtud onus in habitantibus, & non propterea prohibentur ire ad alia loca ad domicilium transferendum, vt in *l. in bello. §. manumittendo. ff. de captio. in l. nihil. ff. ad municip.* Facit: nam & libertus qui debet perſonales operas poteſt habitare vbi vult, nec cogitur habitare cum domino ſuo patrono, vt dicit *tex. in l. pen. in fin. C. de ope. lib.* quo argumento vtitur *Andr. in conſtit. quiſquis. de burgenſibus*, niſi ex pacto, & in manumiſſione dictum eſſet, vt à certo loco, ſeu à patrono non diſceret, vt in *l. titio. §. titio. cap. ff. de condit. & demonſt. & in l. medicus libertus. ff. de op. lib.* Videtur autem dicit *Andr. in d. conſtit. actum eſſe inter dom. & vaſſ.* vt non diſcedat à loco quãdo daret ſibi terram, vt hęc conditio non diſcedendi, ex quo cõmuniter ſic terra dari conſueuit, habeatur pro expreſſa. *l. cum quid. ff. ſi cert. pe. l. ſi is qui. §. fin. ff. commoda.* Et circa hoc *d.*

10 *Paris. in cap. de exceſſibus Baronum. §. 1. penul. colum.* dicit ſic, videlicet, & de modo probandi quòd ſint vaſſalli, habetur in conſt. Regni probationum defectum, quam bene nota, quia hodie Barones regni vt poſſint vendicare vaſſallos vt angarios, dicunt, quòd tenentur facere ſeruitia perſonalia, vt portare literas de terra in terram, vel exercere officium Camerlẽgatus pro Domino, vel deferre cippum in prima die anni, quia iſtæ probationes ſunt ſufficientes, vt quis ſit angarius, vel obligatus perſonaliter Domino per dict. conſtit. quia portare cippum dicta die ſit ex quadam curialitate. *argum. not. in l. ſolent. §. non vero. ff. de off. proconſ. vbi gloſ. Barto. &* Bald. & etiam exercere illud officium eſt munus, quod etiã de iure communi tenentur exercere ciues, & incolæ. *ff. ad municip. l. 1. §. 1. verſ. vt ſyndicus fiat*, & corruptè allegat: nam eſt. *l. 1. §. fin. de mune. & bonor.* Cum ergo ex præſtatione Camerarij non ſit conſtitutum ſeruitiũ perſonale: nec per conſequens ne-

ceſſitas

ceſſitas manendi in caſali, videtur
quod ex hoc capite aſtringi nõ poſ-
ſint hi conuenti: vt reuertantur ad
11 habitandum, villani quoq; habi-
tantes in burgis & caſalibus poſſunt
compelli præſertim tempore belli
ad deferendam annonam in ciuita-
te, vt dicit *Lucas in l. 1. C. vt ruſticani*
ad nullum obſeq. lib 11. non tamen di
cet quis propterea eos angarios. Il-
12 lud autem conſtat, quòd tunc vaſ-
ſallus Baronis recedens ab eius ter-
ra, poteſt compelli ad rehabitandũ,
quando eſſet obligatus ad ſeruitia
perſonalia. *argum. in conſtit. errores*
eorum, quæ prohibet tales accedere
ad ordinem clericatus. facit etiam
capitulũ Regni, itẽ ſtatuimus quòd
vaſſalli, volens, quòd vaſſalli éccle-
ſiarum ad ſeruitia perſonalia obli-
gati, non poſſint à loco recedere.
Facit quoque prouiſio quædam Re-
gis Roberti, quæ incipit, pro parte
Cariniani, poſita retro conſtitutio-
nes do. Antonij de Ianuario, ſtatuẽs
quòd taliter obligati, ſi receſſerint,
redire compellantur, facit capitulũ
Honorij, quod incipit, ad nouas cõ-
minantias relatum & poſitum per
Luc. in d. l. ſi quis. vlt. colum. de agric.
& cenſ. vbi aſcriptitij, & ſimilis con-
ditionis non poſſunt deſerere ter-
ram, nec obligari ad ſeruitia perſo-
nalia ratione perſonæ: ſed ſi ratione
rei dimiſſa re poſſunt ipſius terrę de-
ſerere incolatum, & ad alia loca ſe
transferre. *Et licet Andr. in conſtitut.*
13 *quiſquis, de burg.* velit quòd is qui
habet literã à Barone videtur agere
cum eo, vt non diſcedat, hoc debet
intelligi niſi velit relinquere terram,
vt in *d. cap. & in d. conſtitu. errores eo-*
rum. Ex qua conſtitutio. patet quòd
etiam ſine re poteſt quis eſſe anga-
rius, quod aliqui negant. Nec vide-
tur opitulari actori, quod probatum
ſit vnum ex couuentis iuraſſe ſibi fi-
delitatem, ſeu aſſecurationem, quod
parentes aliorum conuentorum
idem iurauerint, vt ſic filius vaſſalli
mei ſit mihi vaſſallus, vt dicit *gloſſ. in*
conſtitut. probationis defectum, in ver.
prædeceſſorum ſuorum, per illum tex.
& Spe. in tit. de feud. §. quoniam. ver.
v. cum ſi. nam non ſequitur, eſt vaſ-
ſallus, ergo non poteſt recedere, vt
dictum eſt, niſi adeſſet qualitas ſer-
uitiorum, & iſtud idem firmat *d. Pa-*
ris. in ſynd. in ver. excedunt etiam Ba-
rones tenere volentes. Quinimo quo
ad filios eorum, qui iurauerunt ob-
ſtat quod dicit *Luc. in l. ſi ille in fi. C.*
de decu. lib. 10. *per hęc verba.* Dicit
14 hic And. quòd ſi quæſtio vaſſallagii
patri dum vixit mora non fuerit, nõ
poterit eius filius ex tali vaſſallag-
gio moleſtari, ad quod etiam facit
ſupra. *de bo. qua lib. l. cum opus. § fin.*
autem res, & de reuoc. don. l. 1. in fin.
& l. fin. in fin. cum concord. ibi not. &
arg. ff. de re mil. l. milites prima. §. pen.
& l. milites ſecunda. & extra. de dona.
cap. propter, & ibi no. Et ſubdit Lucas
quòd ille dicitur vaſſallus alicuius
qui ab eo, & ſub eius dominio tenet
terram, vt in *conſtit. de prob. probatio-*
15 *num defectum.* Nec etiam videtur,
16 quòd poſſit ſe fundare ex eo, quòd
illi de Caſapuzana obligauerant ſe
ad præſtãdum Domino certas ope-
ras in putatione & vindemia, vt ob
hoc dicantur angarii, iuxta not. per
And. in tit. quæ ſunt regalia. in ver. an-
gariæ, & in conſtit. perſequentes, & per
glo. in l. neminem. C. de ſac. ſan. eccleſ. de
qua obligatione patet per inſtrumẽ-
tum quoddam productum, & confe-
ctum ſunt anni elapſi. 70. & quod vi-
gore illius inſtrumenti perſeueratũ
ſit in dicta præſtatione. Nam quid-
quid ſit de iure communi. d. conſtit.
Regn. quia frequenter. vult quod
non poſsint homines Regni perſo-
nas ſeruitiis perpetuis, aut condi-
tionibus obligare ſint Regis aſſen-
ſu, qui eſt dominus perſonarum, nec

temporis lapſus in hoc operatur, tũ quia habuit initium iniuſtum, videlicet, dict. inſtrumentum, per quod patet, quòd antea non tenebantur, ſed ex tunc ex vrbanitate, ſeu æquitate promittunt. Tum etiam quia conſtitutio vt vniuerſis, prohibet præſcribi homines de demanio, quã allegat *And. in conſtit. Regn. ſi dubitatio.* Et licet iſti de Caſapuzana non ſint de demanio, tamen illa qualitas libertatis à ſeruitijs, eſt qualitas demanialis, contra quam videtur quod præſcriptio non valeat. Sacr. Conſ. votauit conuentos eſſe abſoluendos, & ita iudicatum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Baro quando punire poſſit vaſſallos rebellantes à ſua obedientia ad Cęſarem, impedientesque introituum exactionem? & nu. 12.*

2 *Iudex in cauſa propria nullus eſſe poteſt inferior à Principe, etiam aduerſario volente.*

3 *Barones, & Communitates non poſſunt cognoſcere de cauſa, quæ vertit inter & eos eorũ ſubditos: nec alijs committere.*

4 *Notorium delictum contra ſuperiorem etiam à Principe inferiorem, ibi ſit certa & terminata pœna, cognoſcitur, & punitur ab eo, fallit vt infra nu. 6.*

5 *Pœna poteſt minui, & augeri ex cauſa cognita in omnibus criminibus etiam ordinarijs, & habentibus ordinatam pœnam.*

7 *Notorium aliud eſt facti permanentis, & aliud facti tranſeuntis, quod indiget probatione: & multa dicuntur notoria, quę non ſunt.*

8 *Iudex ſuſpectus recuſari poteſt maximè in recipiendis probationibus notorij facti tranſeuntis.*

9 *Iniuria illata in perſonam iudicis an ſit realis reſpectu dignitatis, an perſonalis cognoſcitur ex inferentis voluntate.*

Iniuria non realis reſpectu dignitatis illata nec perſonalis punitur ab ipſo iudice ſi ſit ordinarius dato adiuncto eod. num.

10 *Baro recognoſcens ſuperiorem actu & poteſtate, an poſſit conſtituere iudicem ordinarium in cauſis ſuis abſq; ſuperioris authoritate?*

11 *Clericus conuentus à Prælato opponens ſe non eſſe iuriſdictione ſua, vel non debere ſibi ad decimas, oſtendens ſuper hoc inſtrumẽtum, vel teſtes, vel alias probationes, an poſſit excommunicari?*

ARGVMENTVM.

Baro grauat vaſſallos, ſi prætendat procedere ad punitionem vaſſallorum, qui rebellarunt terram à ſua obedientia, vel impedierunt exactionẽ introituum baronalium.

DECISIO XIV.

Ex Capyc. Deciſ. 124.

IN cauſa Domini Comitis Calatabellorum cum ſuis vaſſallis de Binona.

Fuit dubitatum, an ipſe poſſit procedere ad punitionem vaſſallorum prædictorum, qui rebellarunt Terrã à ſua obedientia, prætendendo ſe eſſe cęſarianos, impediuerunt quoq; ſuorum introituũ exactiones, immo

2 & filios ceperunt. Et quidem regula eſt, quòd nullus inferior à Principe poteſt eſſe iudex in cauſa propria. *l. qui iuriſdictioni, cum ibi no. ff. de iuriſ. om. iud. & in rub. & nigro. C. ne quis in ſua*

ſua cauſa, nec poteſt in contrarium
diſponi per conſtitutionem inferio-
ris à Principe, vt *not. Abb. in cap. in-
geniſ. 3. not. de elect.* vbi notanter ſub-
dit, quod non poterit eſſe iudex etiã
aduerſario volente. *per not. in l. penul.
ff. de arb. & idem not. Abb. in cap. cum
veniſſent. pe. colum. de iud. licet ibi
Decius contra in 5. colum.* & procedit
hoc etiã ſi quis regia profulgeat di-
gnitate, & voluit *Oldr. conſ. 124. alle-
gat in ar. §. tutoris. inſtit. de tuto. & l.
primam. §. de quare. ff. de poſtu. quæ
omnia affert Socci. in conſ 96. verſ. ter
tio quia dicit. 6. colum.* ſed quoniam
contra hanc regulam adducuntur
aliqua, diſcutiamus illa breuiter. Et
ad propoſitum illa. *l. qui iuriſd. Bart.
in 1. colum.* not. contra Communita-
tes & Barones, quòd non poſſint co
gnoſcere de cauſa, quæ vertitur in-
ter ipſos, & eorum ſubditos: & quòd
nec poterant alijs committere, & de
materia habetur plenè per *Abb. in-
cap. cum veniſſent. de iudi. & ibi Feli.
per Salyc. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa,
per Phil. de Fr. in cap. 1. de pœnis in-
ſexto. per Anchar. in cap. 1. de maled.
per Card. Alexan. in cap. ſi quis erga. 2.
quæſt. 7. Abb. in cap. dilectus. de pœnis,
& aliquid per Angel. in tract. mal. in-
verbo hæc eſt quædam inquiſitio. 16.
col. ver. quæro an iudex.*

4 Primo adducitur quòd dicta re-
bellio, & inobedientia fuit notoria,
& vbi delictum contra ſuperiorem
eſt notorium, etiam ſi ſit inferior à
Principe, poteſt ipſe cognoſcere, &
punire. *cap ſi quis erga. cap. ſi quis ab
Epiſcopo. 2. quæſt. 10. Bart. in l. ſi quis.
§. ſi quos. ff. de pe. poſt Cyn. in d. l. 1. C. ne
quis in ſua cauſa. Inno. in cap. ex parte.
de verb. ſign. Et vide Pau. de Caſt. in-
d. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, vbi refe-
rendo Cyn. dicit*, quòd in notoria di-
*ſtinguitur an ſit iniuria officij, an non:
ſed in non notoria indiſtinctè tenet quòd
non cognoſcit.*

Sed ad id poteſt reſponderi pri-
mò, quia quando delictum eſſet no-
torium, adhuc requiritur aliud, ſcili-
cet, quòd ſit certa, & determinata
pœna, ſecus ſi veniret declaranda ar
bitrio iudicis. *Innoc. in cap. propoſuit.
de appel. refert & ſequitur Phil. de Fr.
ibidem. 4. col. Abb. in cap. dilectus. de-
pœnis. & in cap. ex parte. de verb. ſign.
& ibi Anto. de Butr. mod. in l. qui iu-*
5 *riſd. præallegata.* In hoc caſu eſſet vi-
dendum, an delicta hæc habeant cer
tam pœnam? illud conſtat quòd in
omnibus criminibus etiam ordina-
rijs, & habentibus etiam pœnam or
dinatam, iudex poteſt augere vel
minuere ex cauſa cognita, vt not.
Bart. in l. hod. e. ff. de pœnis. debet ergo
pœna eſſe talis, quæ iuncta cum no-
torietate non poſſint augeri, nec mi
6 nui. Et not. in proprijs terminis *Phi-
lip. Decius in d. cap. cum veniſſent. in-
4. colum. de iud.*

Secundo reſpõderi poteſt, quòd
etiã ſi pœna eſſet certa, tamen quan
do veniret imponenda, ratione pro-
prij intereſſe, tunc poterit recuſari
iudex in cauſa propria is, ad quem
pœna applicanda eſt, ita notanter
determinat *Saly. in d. l. 1. C. ne quis in
ſua. 3. col. allegat l. Senatus. in fi. ff. de-
offic. præſidis.* in hàc cauſa Comes ip-
ſe habet emolumenta pœnarum,
ergo, &c.

7 Tertio reſpondetur, quod in ter-
minis noſtris delictum debet eſſe
notorium notorietate facti perma-
nentis, vt quia in ipſo actu iudex
pronunciaret, & non ſufficit, quod
ſit facti tranſeuntis: cum tale notò-
rium indigeat probatione, vt per
glo. 2. q. 1. de manifeſta. & multa di-
cantur notoria quę non ſunt. *cap. con*
8 *ſuluit. de app.* & in ipſis probationi-
bus recipiendis iudex poſſet graua-
re partem. Ideo vt ſuſpectus recuſa-
bitur. ita not. *Phil. de Fr. poſt Abb. ibi
in d. cap. propoſuit. de appel.* loquens in

ſuſpicione iudicis, at in terminis in iudice iudicare volētè in cauſa propria, not. *Decius in d. cap. cum veniſſent. 5. colum.*

9 Secundo pro d. Comitis parte aſſertur: nam dicta regula non habet locum, quando iniuria, ſeu delictum non reſpiceret perſonam, ſed dignitatem iudicis, vt not. *Cyn. in d. l. 1. & Saly. ibi Immo. in d. c. ex parte. de verb. ſignif.* tunc enim debet ei dari adiunctus ſi eſt ordinarius, vt in *d. l. 1. per Cyn. & per Io. And. in cap. 1. de maled. & not. Phil. de Fra. in cap. 1. de pœnis, in 6. 2. col.* Dicitur pro Comite, quòd iſta rebellio, & alia patrata per vaſſallos non ſunt commiſſa contra perſonam, ſed contra dignitatem.

Ad hoc reſponderi poſſet ex his quæ *no. do. Abb. in cap. cum veniſſent de iudicijs. pen. col.* dicit enim eſſe cōſiderandum principale propoſitum, an ſcilicet quis intendat principaliter inferre iniuriā dignitati, vt quia principaliter non habet reſpectum ad perſonam, & tunc erit realis; nā iniuria cognoſcitur, & diſtinguitur ex voluntate inferentis, *vt in cap. cum voluntate de ſenten. excommu. & ff. de iniur. & l. qui iniuriarum*, videatur ergo animus vaſſallorum, & nedum animus, ſed factum: nam deliquerunt in dominium Comitis, dicendo ſe non eſſe eius vaſſallos, ſed demaniales. item in perſonas filiorum eos capiendo. Item in iniuriam ſeu honorem Comitis, vt apparere poteſt ex informationibus. Et pro hac reſponſione facit aliud: nā eſſe illos de demanio, vel non, vel aſſerendo ſe eſſe de demanio iuſtè an iniuſtè aſſeruerint, eſt vertendum, & diſcutiēdum in hoc iudicio, quod ſpectat ad intereſſe d. Comitis.

10 Tertio pro dicto Comite allegatur quod not. *Bald. in cap. 1. 2. colum. de inue. in mari. facta*, dicens, quod & ſi aliquis recognoſceret ſuperiorē, tamen poteſt in ſuis cauſis conſtituere iudicem ordinarium, verbi gratia, ſtatutum eſt in Ciuitate Peruſię, quod iudex portæ Suſannæ ſit iudex ordinarius in quibuſcunq; cauſis vertentibus inter commune, vel fiſcum, & priuatas perſonas, & allegat *gloſ. in l. 2. C de ſent. quæ ſine cert. quant. profe. ſed idem Bald. in d. l. 1. vlt. colum.* hoc non tenet, immò dicit, quod in ciuitate non putat, quod poſſit facere hoc ſine authoritate ſuperioris, qui ſit ſuperior actu & poteſtate, & tenet contra illam *gloſ. & Saly.* ibidem intelligit illam gl. quod loquatur localiter, quia ita erat in illa Ciuitate. Et *Angel.* intelligit ibi in officiali, qui præſidebat ius dicendo toti prouinciæ, ſicut eſt in prouincia Marchiæ, & Ducatus Patrimonij.

Quarto adducebatur *Bart. veron. conſ. 17.* vbi cōſulit, quod Dominus Fauentiæ vallis Hamonis. defenſ. protector ſanctæ Rom. Eccleſ. in tēporalibus Vicarius generalis potuerit per ſe, vel per ſuum iudicem procedere ad confiſcationem bonorū, & ſententiam condemnatoriā contra nonnullos, qui voluerūt ſibi auferre fortilicium Calamelli, vt ſic in cauſa propria iudicaſſe potuerit cōtra ſubditos.

Sed in illo conſi. verbum nullum de iudicando in cauſa propria, nec de hoc ibi fuerat oppoſitum: immo ibi in v. col. dum vult dictus Doctor probare, quod illi commiſerunt crimen læſæ maieſtatis, pōderat & conſiderat, quod ille Dominus recognoſcebat fortilicium ab Eccleſia Romana tanquā eius Vicarius, & quod delinquentes volendo auferre, vel auferendo à Vicario Pontificis, ſeu Eccleſiæ Romanæ; videntur voluiſſe auferre ab Eccleſia Romana, & ſic delictum videtur eſſe cōmiſſum ibi contra dignitatem, & contra eum vt Vicarium.

Quinto

Digitized by Google

Quinto pro D.Comite facit *Lucas de Penna in l. coloni. C. in quibus cauſis coloni cenſiti. lib. 11. 4. colum.* cuius verba ſunt hæc, videlicet. tertio quæritur, quid ſi vaſſallus inferat iniuriam domino ſuo, qui habet in eum meram iuriſdictionẽ & merum imperium: an poterit ab ipſo proinde puniri? videtur quod ſic. *ff. ſi quis iuriſd. non ob.* è contra quod non, ſupra ne quis in ſua cauſa iudicet, in rubro & nigro concord. Videtur dicendum, quod aut iniuria tangit dignitatem ſui dominij puta Comitatus, aut alterius dignitatis, aut non vt primo caſu poſſit eam punire, ſecundò verò non, pro his vide quod legitur, & not. 2. *quæſtio. 8. ſi quis ab Epiſcopo, & 23. quæſt. 4. inter querelas, cum concord. & quod not. Inno. extra de verb. ſign. ex parte, & de pœnis dilectus*, vel dic clarius, aut ex iniuria huiuſmodi ſua iuriſdictio impeditur, aut non: vt primo caſu poſſit, ſecundò verò non, & hoc verum in iniurijs non notorijs, & manifeſtis: nam ſi iniuriæ notoriæ ſunt, & manifeſtæ. videtur quod illas punire poſſit ordinarius ſibi vel ſuis illatas, etiam ſi eius iuriſdictio non impediatur. *de pœnis. cap. 1. in ſi. lib. 6. & vide quæ ſcripſi ſupra, de decur. l. quinque.* hanc materiam diffuſius tractat Cyn. *ſupra, ne quis in ſua cauſa. l. 1. 3. quæſt. hæc Lucas.*

11 Et pro Comite facit etiam *Inno. in cap. ex parte de verb. ſign. 2. colum.* vbi tenet quod quando conuentus à Prælato quis diceret, ego non ſum de iuriſdictione tua. ego enim ſum à te exemptus, vel non debeo tibi hæc iura, puta decimas parroch. &c. & oſtenderet ſuper hoc inſtrumentum. non cognoſcet Epiſcopus, ſed debet de ſuo iure agere contra ſuperiorem: ſed ſi nõ oſtendit priuilegiũ, ſed dicat ſe habere priuilegiũ, vel inſtrumẽtum alibi, vel teſtes, vel probationes alias: tunc ſi id quod petitur à Prælato eſt notorium de iure, vel de facto ſibi deberi, vt quia petit decimas ſuæ parrochiæ, poterit eum excommunicare. *Inno. in cap. dilectus. de pœnis*, dicit quod quis non debet eſſe iudex in cauſa ſua: niſi turbaretur eius iuriſdictio.

Mihi videtur, vt etiam ſupra tetigi, debere in facto conſiderari an delicta iſtorum tangant dignitatem principaliter, an perſonam: & ideo duxi ponderanda verba Doctorum.

Cyn in d. l. 1. ne quis in ſua cauſa. 3. colum. vtitur his verbis, aut iniuria eſt illata obtentu dignitatis, aut ex inimicitia perſonali. ſi dignitatis obtentu poteſt inquirere, & punire, ſi verò illata ſit iniuria ex inimicitia perſonali, licet ſecũdariò pertineat ad dignitatem, præualet principale, licet iniuria perſonalis, & hoc caſu non poteſt punire. *Bart. in d. l. ſi quis. §. ſi quos, referens Cyn.* vtitur his verbis, videlicet, ſiquidem delictũ committeretur contra officium principaliter, non contra perſonam, tunc poteſt procedere, & punire: ſi verò delinquitur contra perſonam, tunc non poteſt procedere. *Sal. referens Cyn. in d. l. 1. ne quis in ſua cauſa*, dicit. Aut delictum eſt commiſſum contra officium, vel in contumeliam dignitatis tãtũ, aut ratione inimicitiæ perſonalis, primo caſu, &c. *Abb. in d. cap. cum veniſſent, referens doct. dicit in 4. colum.* ſi tangitur perſona ſua principaliter, non poteſt eſſe iudex, aut cauſa principaliter ſpectat ad Eccleſiam ſuam, ſeu iniuria tangit dignitatem ſuam principaliter, & tunc poteſt eſſe iudex. Deinde in ſeq. colum. loquitur, vt iam ſupra re-
12 latum eſt. Fuit decretum, quod Prorex ponat vnum iudicem, Comes aliũ, qui procedant in cauſis vſq; ad expeditionem excluſiuè, ſuſpenſis proceſſibus factis per Comitem,

& tunc

& tunc Sac. Conſilium viſo proceſſu fabricando videbit ſi cauſæ ſpectabũt ad Comitem, vel ad Regiam Curiam, & hoc fuit ideo factum, vt videri poſſint cauſæ, ſuper quibus eſt procedendum, an in eis ſit offenſa dignitas, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ex vna volens territoriũ, quod ſeruiuit paſcuis animalium antiquiſſimis temporibus, infeudare ſcilicet quòd animalia ſoluant, & animalium domini ex altera negantes: quis in hoc præferatur?*

2 *Maior pars præfertur in eis quæ ſunt communia pluribus vt vniuerſis.*

3 *Conſenſus omnium requiritur in his, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis.*

4 *Teſtes de vniuerſitate in his, quæ ſunt cõmunia pluribus vt vniuerſis, probant: ſecus in his quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, vt in paſcuis, & nemoribus.*

5 *Caſtrum ſi cum alio contendit de paſcuis: non poſſunt homines vnius caſtri teſtificari pro vniuerſitate: nam effectus eſt ſingulorum, licet nomen ſit vniuerſitatis, limita vt ibi.*

6 *Teſtes de vniuerſitate quando paſculari non poſſunt niſi aliqua vniuerſitati mercede ſoluta tunc bene probant.*

ARGVMENTVM.

Baro grauat vaſſallos ſi maiore parte vniuerſitatis prætendente territorium Vniuerſitatis infeudare, & redigere in defenſam, vt valeat pecuniam inde perueniendam expendere pro vtilitate Vniuerſitatis, ipſe vt primus ciuis impediat infeudationem prædictam, vel adhæreat minori parti ciuium diſſentientium.

DECISIO XV.

Ex Capyc. Deciſ. 152.

1 Vniuerſitas Terræ Licatæ habet magnum territoriũ, quod deſeruit paſcuis animalium hominum vniuerſitatis, & ſic ab antiquiſſimis temporibus deſeruiuit ad præſens congregato conſilio vult dictũ territorium infeudare, hoc eſt facere in eo defenſam, quòd nullus poſſit animalia immittere ſine ſolutione, ad hoc vt ex hoc redditu valeat deſeruiri circa conſtructionem, & reparationem murorum, quibus ciuitas maxime indiget, & circa alia neceſſaria aliqui de vniuerſitate, videlicet, domini animaliũ contradicunt. dubium eſt an maior pars vniuerſitatis poſſit illud facere, non obſtante contradictione aliquorum particularium? & quidem duæ ſunt regulæ.

3 Prima, quòd in rebus, & negocijs vniuerſitatis, quæ ſunt communia pluribus vt vniuerſis, valet id, quod facit maior pars, *tex. gloſ. Bart. in l. quòd maior. ff. ad mun. gloſ. in cap. 1. in in ver. tractatus. de rebus eccleſ. non alien. lib. 6. in* Clem. *paſtoralis. in prin. in ver. plures de reſcript. & eſt materia cap. cum omnes, de conſtit. quam explicat ibi Fely. in 11. colum. ver. in ea glo. ibi ſi vero.*

3 Secunda regula eſt: quòd habentes rem communem, vt ſinguli non poſſunt ſuper illa diſponere: niſi omnes conſentiant. *gloſ. in d. cap. cum omnes. quam ſolemnizat Fely. ibi. 11. colum.*

colum. dans concordantias, & limitationes,

Dubium modo ſtat: an hoc territorium ſit ponendum inter communia pluribus vt vniuerſis: vt ſic maior pars vincat minorem: an inter cõmunia pluribus vt ſingulis: vt ſic particulares poſſint impedire dictã infeudationem? & quòd debeat cẽſeri commune pluribus vt ſingulis,
4 facit. nam licet teſtes de collegio, vel vniuerſitate non poſſint teſtificari in cauſa vniuerſitatis, vel collegij, ſecundum *gloſſ. in authen. de monachis.* §. *cogitandum. in verſ. teſtes, & habetur in cap. cum nuncius. de teſti. & in cap. prudentia.* 14. *quæſt.* 2. quia aliud eſt vniuerſitas: aliud ſinguli de vniuerſitate. *l. ſed ſi hac.* §. *qui manumittitur. de in ius voc.* tamen quando vtilitas reſultans ex cauſa, quam habet vniuerſitas, obueniret ſingulis de collegio, non autẽ vniuerſo collegio; non poſſet ipſe de collegio eſſe teſtis in cauſa. *Ioan. Andr. d. Anto. & Pau. de Eleaz. in d. cap. cum nuncius*: & per hoc dicunt, quod ſi eſt quæſtio de paſcuis, vel nemoribus, in quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur, & ſinguli ligna incidunt, teſtimonium ipſorum non admittitur. *Felyn. refert in cap. inſuper. quinta fallen. de teſtib. & addit Barto. idem tenentem in l. in tantum.* §. *vniuerſitatis. de rer. diu. & Bald. in* l. *parentes. in fin. C de teſtib.*
5 dicentem, quod ſi vnum caſtrum contendit cum alio de paſcuis, non poſſunt homines vnius caſtri teſtificari pro vniuerſitate, quũ vtilitas affert commodũ burſale ſingulis vtẽtibus, ſicut eſt in paſcuis, in quibus paſcuntur beſtiæ hominum villæ gratis, & ſine aliquo pretio, quod detur communicari illius villæ; nam licet nomen ſit vniuerſitatis, tamen effectus eſt ſingulorum, vt not. *in l. ſicut.* §. *vniuerſitatis*, quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. *& in d. l. in tantum* ſecus ſi effectus vtilitatis non diſtribueretur in ſingulos, ſed pertineret ad burſam, vel caſſam communem, quia bona ſunt diuerſa, ſcilicet vniuerſitatis de bonis ſingulorum, ſecundum *Bal. & ſequitur Saly. & adducit etiam Fel. Bal. in cap. tertio loco. de probatio. & Abb. in d. cap. inſuper*, ex quibus, & alijs concludit, quod illi de vniuerſitate non poſſunt eſſe tunc teſtes: & dicit, quod tex. ibi cũ ſi. procedit in cauſa concernente principaliter vniuerſitatem circa bona communia, quorum vſusfructus non eſt diuiſus per ſingulares, aliàs ſecus; & bene eſt verum, quòd quan
6 do iſti de vniuerſitate non poſſunt paſculari, niſi ſoluta mercede aliqua vniuerſitati, tunc poſſent eſſe teſtes, vt ſentit *Bald. in d. l. parentes, & ſequitur Alexan. conſ.* 39. 4. *colum. ſub ver. nõ obſtat quod eſt in* 3. cogitandũ igitur eſt, an ſicut in materia ferendi teſtimonij iſta paſcua cenſentur ſingulorum, ita in materia alienãdi res, profectò non eſt ſine dubio: nam *Alex. in d. l. quod maior. in addi. & Fel. vbi ſupra*, dant multas limitationes ad regulas prædictas, & tamen non ponunt aliquam, quæ reſpiciat caſũ noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium poſſeſſorij ſummarij an competat pendente iudicio retinendæ poſſeſſionis.*

2 *Interdictum retinendæ eſt talis naturæ, vt is poſſideat, & vincat, qui tempore litis conteſtæ poſſideat, quando non conſtat de anteriori poſſeſſione.*

3 *In remedio poſſeſſorij ſummariè intentati pendente lite, is vincit, qui poſſidebat tempore litis conteſt.*

4 *Cumulatio actionum non admittitur quando actio prima ita ſe habet ad ſecundum quod abſolutoria lata in prima,*

prima,poſſibile eſt parere exceptionem rei iud.in ſecunda.

5 *Interdicto vti poſſidetis agens contra illum qui eſt fundatus de iure communi niſi probet titulum ſuccumbet.*

6 *Sententia licet non præiudicet tertio quo ad petitorium, facit tamen præſumptionem contra eum quo ad poſſeſſorium.*

7 Priuilegium *debet oſtendi etiam ab illis qui ſunt in vſu, & poſſeſſione ipſius.*

8 *Ius vectigalis poſſidens non poteſt expelli donec iudicetur ſuper petitorio*

9 P*oſſeſſio tanti temporis acti ad præſcriptionem complendam contra ius commune opitulatur ad manutenſionem, & præſcriptionem.*

10 *In interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis ſufficit poſſeſſio ſine bona fide.*

11 *Cap.cum perſonæ de priuileg.in 6.non habet locum,quando agitur interdicto,vnde vi,vel vti poſſ.*

12 P*oſſidens duo beneficia incompatibilia debet vno ſpoliari antequam inquiratur de titulo.& nu.18.*

13 P*oſſeſſione priuari non debet quis pendente lite ſuper validitate priuilegij vel an fuerit conceſſum.*

14 *Confeſſoria agens an poſſit vti iure ſuo pendente lite.*

15 *Præſcriptio eorum quæ ſunt contra ius commune requirit titulum qui debet allegari, & probari.*

16 *Præſcriptio ſeruitutum non requirit titulum.*

17 *Capit.primum de præſcr. in 6. loquitur in præſcrip. concurrentibus contra Eccleſiam,ſecus ſi contra priuatum.*

19 *Poſſeſſio longiſſimi temporis facit præſumi bonam fidem.*

20 *Seruitus altius non tollendi acquiritur longo tempore à die prohibitionis.*

21 *Poſſeſſio ſeruitutis releuat poſſeſſorem ab onere probandi.*

22 *Poſſeſſorio agi poteſt, licet acquiſitio dominij impediatur.*

23 Conditio *indebiti competit pro recuperanda poſſ. in alium translata per contractum inualidum factum per Eccleſiam,vel minorem.*

24 *Confitens ſe eſſe ſeruum alterius ſibi non præiudicat.*

25 *Poſſeſſio & præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis non datur niſi à die prohibitionis.*

26 *Furnum vel molendinum conſtruere volens,an poſſit in præiudicium aliorum ibidem habentium.*

27 Princeps *quando concedit vectigal omnibus ingredientibus ſuum territorium,talis lex prædio datur.*

28 *Seruitus acquiſita ſuper vna re, vel vna perſona,cæteris non præiudicat.*

29 *Præſcriptio ex ſola patientia illius qui non poteſt diſponere ſine certa ſolemnitate non datur.*

30 *Priuilegium,vel conſuetudo quod vectigalia non vendantur vel emantur niſi in certo loco, vel pretio, vel quod de operis vnius artificis alter ſe non intromittat valet. licet pactũ non valeat.*

31 *Officialis durante tempore officij dicitur ciuis illius Ciuitatis in qua exercet officium.*

32 *Præſcriptio iuriſdictionis licet non extendatur de vna re ad aliam, tamen extenditur de perſona ad perſonam.*

ARGVMENTVM.

Baro grauat vaſſallos, ſi illis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione prohibendi volentes cõſtruere noues furnos, vel volentes in alijs furnis quã in furnis prædictorum vaſſallorum coquere panem.

Baro ipſe conſtrui faciat
nouos furnos in eius terra.

DECISIO XVI.

Ex Capyc. deciſ. 209.

1 IN cauſa Sacri Monaſterij Ca-
uenſis cum Illuſtriſſimo Princi-
pe Salerni ſuper demolitione furno-
rum nouiter conſtructorum per d.
Illuſtriſ. Principem, ſeu eius man-
dato, & ordinatioue in Caſali Tra-
murolæ, quod eſt de vtili dominio
d. Monaſterij, quod prætendit ſe eſſe
in quaſi poſſeſſione prohibendi, vo-
lentes conſtruere nouos furnos in
dicto Caſali, vel volentes in alijs
furnis quam in furnis monaſterii co
quere panem. Et præſupponendum
eſt, quòd per monaſterium præten-
dens ſe in quaſi poſſeſ. prohibendi
eſſe. fuit intẽtatum poſſeſſorium re-
tinendæ, & deinde lite pendente
fuit actum ſuper actum ſuper con-
ſeruatione poſſeſſionis lite pẽdẽte.
2 Prima difficultas iſtius cauſæ vi-
detur in hoc conſiſtere, ſcilicet an
hoc remedium poſſeſſorij ſummarij
3 intentati competat pendente iudi-
cio retinendæ poſſeſſionis. Nam in
hoc iudicio poſſeſſorio retinendæ
ille vincit, qui probat poſſeſſionem
tempore litis conteſtatæ, vt in §. *bo-
die. inſtit. de interd.* & hoc quando nõ
conſtat de anteriori poſſeſſione: nã
ſi actor probauerit ſe poſſediſſe
duobus annis retro, vel alio tempo-
re ante litis conteſt. & afferat ſe de
præſenti poſſidere, præſumitur con-
tinuata poſſeſsio vſque ad tempus
litis conteſt. ſecundum *Albericum in
l. ſiue poſſidetis. 2. colum. de probat.* in
hoc etiam iudicio ſummario, quod
3 antequam de cauſa liqueat, propo-
nitur is etiam vincet qui tempore
litis conteſt. poſsidebat.

Et pro hac dubitatione facit, ꝙ
not. *Phil. de Fran. in cap. ſignificante.
de appella.* vbi tenet, quòd quando
innouatio occurreret ſuper re prin-
cipaliter petita ante litis conteſta.
non poſſet moueri hoc remedium
cũ ante litis conteſt. non poſsit con
ſtare de iuribus partium, vt per totũ
titulum vt lite penden. & hæc ratio
ſecundum eum concludit etiam in
ordinario. Et fulcitur hæc difficul-
tas ex not. per *Bar. in l. edita actio. 5.*
4 *colum C. de edend.* nam quando prima
actio ita ſe habet ad ſecũdam, quòd
abſolutoria lata in prima poſsibile
eſt parare exceptionem rei iudica-
tæ, in ſecunda non admittitur cumu
latio, *per l. fundi & fundum. ff. de ex-
cept. & l. interdum. ff. de pub. iud.* Si
enim vna parte mouente iudicium
attentatorum, alia pars probaret ſe
poſſediſſe tempore litis conteſta. &
ſic diceret ſe non innouaſſe, ſed con
tinuaſſe poſſeſsionem, lis eſſet iam
ſopita.

Ad hanc tamen difficultatem an-
tequam in Sac. Conſ. me promouẽ-
te fieret decretum, quòd in poſſeſ-
ſorio ſummario non examinentur
niſi 15. teſtes pro qualibet parte, nõ
poteram mihi ſatisfacere, cur ſcili-
cet ſi quilibet poſſet, prout vult exa
minare, & quantum vult in hoc iu-
dicio ſummario non videtur nunc
finis cauſæ, & non ſuperſedeatur in
cauſa principali, ſed poſt illud decre
tum eſt iam differentia, poſſet fortè
dici, ꝙ etiã ante illud decretũ ma-
gis fauebatur iudicio ſũmario, quia
in eo non competebant beneficia.
Et aliàs viſa fuit mihi magna hæc
dubitatio. Tamen Sacrum Conſiliũ
in ſimilibus hoc non obſt. conſueuit
procedere ad capiendam informa-
tionem ſuper ſummario, vt fecit in
cauſa Illuſtriſ. Principis Melfiæ cũ

Excel-

Excellente Comite Potentiæ, & idem etiam poſtmodum fecit in cauſa Vniuerſitatis Titij cum Excellente Comite Potentiæ, & in cauſa attentatorum lite ſuper poſſeſſorio pẽdente propoſita, idem fecit in cauſa Illuſtriſs. quondam Principis Biſiniani cum monaſterio S. Laurentij de Padula ſuper territorio, ſeu caſtro inhabitato Brunduſij.

Secũda difficultas eſt, eſto quòd hoc remediũ procedat, an obtineat in caſu noſtro, quoniam habemus *tex. in cap. cum perſonæ. de priuileg. lib. 6.* vbi habetur, quod quando eſſet differentia inter ordinarium, & aliquem qui eſt de ſua iuriſdictione, & prætendit ſe exemptum, ſi is qui fundat ſe in exceptione, qui eſt contra ius commune, non allegaret, ſeu fundaret ſe ex priuilegio ſolo, vel ex priuilegio, & præſcriptione ſimul, pendente lite ſuper exceptione, ordinarius vtetur ſua iuriſdictione, vt eo modo Vniuerſitas, quę habet ius commune pro ſe, & ſua libertate, quando eſt lis inter eam, & alium, qui prætendit contra eam ſeruitutẽ, quæ eſt cõtra ius commune, debeat Vniuerſitas ſtare in quaſi poſſeſsione libertatis. Immo ſecundum Docto. ibi etiam ſi exemptus allegaret præſcriptionẽ ſolam, videtur quod ſiue ordinarius ſit in poſſeſſione ſubiectionis, ſiue non, non poſſet vti iuriſdictione contra illũ, donec probet præſcriptionem, vt in fin. cap. & hoc ob odium præſcriptionis. Et per illum *tex.* dicebat *Ioan. Fab. in §.*
5 *retinendæ. 13. colum. inſtit. de interd.* quod agẽs vti poſsidens debet ſuccumbere, ſi agat contra illũ, qui eſt fundatus de iure communi, niſi probet tit. & eſt magna ratio ſecundum eum, quia quando aliquis eſt fundatus de iure communi, conſtat de proprietate: idcirco non debet fieri executio in poſſeſsione, *extra de cauſa poſſ. & proprie. cap. cum dilectus. Et per illum tex. dicebat Flo. in l. ſeruitutes magna in vlt. col. ff. de ſer.* quòd
6 vbi ius commune eſt cõtra præſcribentem, vel ſaltem præſumitur contra eum, vt, quia quis habuit ſententiam pro ſe, licet non faciat præiudicium quo ad tertium, qui non fuit in cauſa, quo ad petitorium facit tãtum præſumptionem contra eũ quo ad poſſeſſionem, hoc caſu non ſufficit allegare titulum niſi probetur.
6 Et per illum tex. dicebat *Cyn. in l. ſolemnibus circa fi. C. de fide inſtru.* quod quædam ſunt quæ procedunt per viam iuris ſpecialis, & ratione priuilegij non iuris communis, & tunc licet aliquis ſit in ſtatu vel quaſi poſſeſſione talium, non tamen præſumitur pro eo quod habeat hoc, vel quod talis ſit, immo debet probare ſe talem eſſe. Et per hoc dicit patere quod ſi canonici aliqui dicant ſe in aliquo eſſe priuilegiatos, licet fuerint in vſu, & in ipſa poſſeſſione illius priuilegij, tamen debent docere de priuilegio ſuo, & refert Pet. ſecũdum eum, quòd per hoc fuit reſponſum. cap. ſancti Armanni cum peteret clericum ſuum captum ab Epiſcopo virtute ſui priuilegij. Epiſcopus autẽ noluit remittere, niſi quod prius docerent de ſui priuilegio, & quòd de hoc eſt facta decretalis, *extra de priuileg. cap. cum perſonæ. Et per illum tex. dicebat Bald. conſ. 110. vlt. colum primo volum. loquens de iure*
8 *vectigalium,* quod à quaſi poſſeſſione iſtorum iurium ſaltim collocata per cõfirmationem, vel priuilegium nemo poteſt expelli, nec turbari quin vtatur ipſa conſuetudine, donec iudicetur ſuper petitorio, allegat etiam *tex. cap. cum quærelam. de elect. & in leg. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Et per illum tex. dicebat Florianus in l. circa. 2. colum. ff. de probat.* quod conductores dationum, & alij

alij allegantes ſibi ius competere aliquid exigendi contra ius commune, eorum intentio non fundabitur per quaſi poſſeſſionem.

At contra prædicta facit *tex. in cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſ. & proprieta.* vbi clerici Sutrienſes conuentuales, qui contra ius commune, de quo in *eo. cap. ibi, & ſecundum ſtatuta, & in cap. cum terra. de elect. & in cap. 1. §. ex his. 63. diſt.* volebant intereſſe cum capitulo electioni Epiſcopi iuuantur quaſi poſſeſſione intereſſendi, vnde electio ſine eis facta ibi irritatur, ſed quia
9 poſſeſſio nō erat tanti temporis acti ad præſcriptionem complendam, & inductum erat in cauſa illa etiam petitorium, pronunciatur eis non eſſe ius in electionibus futuris intereſſendi, & ſic poſſeſſio contra ius commune opitulatur, & ad manutenſionem. & ad præſcriptionem.

Facit ſecundo *Inno. in cap. cum venissent. 4. colum. verſ. item not. quòd licet. de in integ. reſt.* cuius verba ſunt hæc, ſcilicet vnde ſi alius quam capitulum Eccleſię ſit in quaſi poſſeſſione ſua, quia non præſumitur bona fides in hac poſſeſſione: quia con
10 tra ius eſt, & ita videtur etiam in conſimilibus. Sed ſi agitur interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis, ſufficit ſola poſſeſſio ſine bona fide. *C. vnde 6. l. 1. & infra. de reſtit. ſpoliat. cap. ex literis*, & idem eſt etiam, quia pendente lite is qui erat in poſſeſſione, in ea tuendus eſt. nec quæritur ibi de bona fide infra de inſt. cum ve-
11 niſſent. Ex quibus verbis videtur colligi, quòd cap. cum perſonæ obtineat, quando pendet iudicium ſuper petitorio, vel ſimplici retinendæ: ſed quando agitur interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis ſecus. quaſi quod non liceat habēti ius commune pro ſe ſpoliare vel turbare de facto, ſed requiritur via iuris.

Facit tertio *Abb. in cap. in literis. de reſtit. ſpolia. 10. colum. verſicu. non obſtat. cap. ad decimas, vbi intelligit. d. cap. ad decimas.* quòd loquatur quando in commune quod facit contra agentem, fundaret etiam intentionē poſſidentis: & per hoc dicit, quòd
12 ſi agenti, ad reſti. beneficij obſtat ius commune puta quia poſsidebat quis duo beneficia incompatibilia, vel patiebatur defectum in ætate, debet adhuc fieri reſtitutio non deducto de titulo, per *tex. apertum in cap. ex inſinuatione. de procur.* vbi ille poſsidebat archidiaconatū, & præbendam, quæ ſimul de iure communi haberi non poſſunt, & nihilominus prius mandatur ibi reſtitutio quam inquiratur de titulo.

Facit quarto *Inno. in cap. 1. vt lite pend.* Nam Epiſcopus Eboracenſis prætēdens ex conſuetudine ſibi eſſe ius ante ſe per totam Angliam deferri facere crucē contra quod prætendebat Archiepiſcopus Cantuarienſis, & quòd per diœceſim, ſeu prouinciam ſuam hoc facere non licebat Epiſcopo Eboracenſi. Dicit *Innoc.* quòd etiam ſi cōſuetudo, quæ allegabatur per Epiſcopum, de hoc non fuiſſet præſcripta lite pendente, nō debet Epiſcopus exui poſſeſsione, quòd dictum *Abb. in prima colum. proſequitur.* Quærit enim quid ſi ceſſaret priuilegium, vel conſuetudo in terminis illius cap. an debeat exui Epiſcopus poſſeſsione lite pendent. & allegat *Innoc. ibi*, quòd non, quaſi velit hunc titulum, & diſpoſitionem eius ſibi locum vendicare etiam ratione ſolius poſſeſsionis: & dicit ꝙ ſic tranſeunt communiter Doctor. Sed ipſe tenet contrarium, quando non allegaſſet Epiſcopus priuilegiū per *d. cap. cum perſona*, & notauerat ante *Abb. in eod. c.* quòd lite penden-
13 te ſuper validitate priuilegij, ſeu an fuerit priuilegium conceſſum, vel

X non,

non, priuari quis non debet, vel in-
terdici ei vſus poſſeſsionis, etiam ſi
illa poſſeſſio eſſet contra ius.

Facit quinto *Flo.in l.1.5.colum.ff.*
ſi ſer.vend. qui dicit in illa quæſt. an
agens confeſſoria pro iſtis iuribus
14 incorporalibus interim lite pendē-
re poſſit vti iure ſuo;& allegat *Innoc.*
in cap.abbate Sancti Silua. de verbor.
ſignif. voluiſſe quòd ſic: & quod po-
nit exemplum *Innocen.* in Epiſcopo,
qui petit iura Epiſcopalia, vel Ab-
batis, vel alia iura, ſcilicet, quòd in-
terim lite pendente poſſit Epiſco-
pus vti in ipſum Abbatem, vel aliũ
iuribus Epiſcopalibus: ſecus ſi Epi-
ſcopus peteret Abbatem, vel alium
quaſi ſuum ſubditum, vel clericum
de iure can. vt in omnibus teneatur
ei in quibus ſubditus teneretur Epi-
ſcopo ſecundum canones. hoc enim
caſu aget interim *Abb.* vt liber: &
defendetur in poſſeſſione libertatis.
argum.C.de lib ca.l.cum liber. & *de*
aſſer.toll.l.fi. Et licet *Innoc.* det ratio-
nem diuerſitatis, *Flor.* dat aliam, re-
probando rationem *Innoc.* & ratio
Flo. eſt, quia in primo caſu agitur
confeſſoria, vel quaſi quæ datur poſ-
ſidenti. Secundo vero caſu agitur
rei vend. quæ non datur poſsidenti,
& vtriuſque caſus ſecundum eum
erit eadem ratio, ſcilicet, quia lite
pendente poſſeſſor non debet priua-
ri ſua poſſeſſione. *16.q.c.volumus.*

15 Tertia difficultas in hac cauſa
aſſurgit ex *cap. 1. de præſcrip. lib. 6.*
quo cauetur, quòd ſit præſcribēdus
his quæ ſunt contra ius commune,
debet adeſſe titulus qui debet alle-
gari, & probari, alias præſcriptio nō
procedit: & conſequenter nec poſ-
ſeſsio cauſans præſcriptionem, &
idem habetur in *cap.ſi diligenti. de*
præſcrip.

At contra hanc difficultatem fa-
cit primo *Pau'.de Caſtr.in l.ſeruitutes*
3.colum.verſ.ſed contra.ff. de ſerui. dũ
opp.de d.cap.1. quare eſt quòd præ-
16 ſcriptio ſeruitutis non requirit titu.
& tamen habet contra ſe ius com-
mune, quia quælibet res præſumitur
libera, & reſpondet, quòd d. cap. 1.
17 loquitur in præſcriptionibus con-
currentibus cōtra Eccleſiam, ſecus
ſi contra priuatum, & idem tenet
Bart.vero in tract.ſer. vrb. cap. 20. 4.
colum. licet hæc ſol. communiter nō
approbetur.

Facit ſecundo *Bald.in l,1.quaſi ad*
fi.C.de ſeruit. vbi dicit, *quòd in d.c.1.*
de præſcrip.lib.6. diſpoſitio iuris com-
munis erat certa in genere, & in ſpe-
cie, quia decimæ in diœceſi Peruſi-
na pertinent ad Epiſcopum Peruſi-
num, quod non eſt in materia ſerui-
tutum, quia licet ſit certa diſpoſitio
iuris gentium in genere, tamen non
eſt certa in ſpecie in his formis cum
iure ciuili & communi multa prędia
debeant ſeruitutem: & hanc *Bald.*
ſol. approbat Fely. in d. cap. ſi diligenti.
5.colum. & *ideo Bart.vero.in eo.tract.*
& *cap. dum dat aliam ſol. quam dicit*
eſſe Innoc. in d. cap. ſi diligenti dicit,
quod non dicitur habere contra ſe
ius commune, qui præſcribit ſerui-
tutem: quia ius non prohibet habe-
re quem ſeruitutem in prædio alie-
no; ſed dicitur tunc habere ius com
mune contra ſe: puta ſi vnus Epiſ-
copus vult exercere iuriſdictionem
in diœceſi alterius Epiſcopi. hoc
enim prohibitum eſt.

Facit tertio *tex.in cap.licet Epiſco-*
pus. de preben. in .6. vbi is qui habet
ius commune contra ſe, vt quia te-
net dico beneficia incompatibi-
lia, non debet primo ſpoliari de fa-
cto, ſed audiri, quia poteſt eſſe, quòd
iure teneat ſic vſufructuarius finito
vſufructu nō poteſt expelli de facto.
ff.ſi vſufruct.pet.l.vti frui primo reſ-
ponſo, & *in l. 1. §. hoc autem vſufruct.*
quemadmo.cau.

Facit quarto applicando factum;

nam

nam hic ſumus in poſſeſſione longa
plus quam 30. annorum, tunc ſuc-
cedit quod notat *Innoc. in cap. inno-
tuit poſt principium, de eo. qui or. fur.
ſuſc. quem refert & ſequitur Fely. in d.
cap. ſi diligenti. 2. colum. de præſcriptio.*
dicens, quod quaſi poſſeſsio eligen-
tium contra ius præſumitur malæ fi-
dei hoc niſi poſſeſsio lõga adeſſet:
& allegat etiam *Imol. poſt Innoc. in
cap. 2. vltim. colum. de integrit. reſtit.*
ad quod ſecundum *Fely. Butr. in cap.
cum Eccleſia. 10. colum.* quòd in poſ-
ſeſsione contra ius exigitur titulus,
aut longum tempus, vt præſumatur
bona fides Et quòd poſſeſsio longi
temporis opituletur, facit *Abb. in
conſ. 102. 1. colum. 1. volum.* qui dicit,
19 quòd poſſeſsio longiſsimi tempo-
ris facit præſumi bonam fidem, licet
talis poſſeſsio ſit contra ius, allegat
Innoc. in d. cap. 1. de in integr. reſtitut.
20 Et in ſeruiture altius non tollendi
quæ acquiritur longo tempore à
die prohibitionis, vt tunc etiã quaſi
poſſeſsio quæratur, *Alexan. in conſ.
174. 2. colum. 2. volum.* & in ſer-
uitutibus diſcontinuis ſufficiunt 10.
anni, concurrentibus his qui idem
*Alexan. not. conſ. 108. 6. colum. 2. volu.
& in l. 1. cum de in rem verſo de vſur.
& in l. ſeruitutes. l. vltim. ff. de ſeruitu.*
21 *& ibi de tempore neceſſario.* Et facit
Alexand. conſ. 138. 3. colum. 1. volum.
quòd quaſi poſſeſsio ſeruitutis re-
leuat poſſeſſorem ab onere proban-
di, licet *in conſ. 152. vltim. colum. 1.
volum.* aliter.

Facit quinto Nam non inconue-
nit dicere, quòd titulus ſic inhabilis,
& reprobatus, & tamẽ poſſeſsio trã-
ſeat. *tex. eſt in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de
acquir. poſſ. & per illum tex. Abb. in
cap. in literis. 7. colum. de reſtitu. ſpolia.*
22 dicebat, quòd poteſt agi poſseſſo-
rio rei, licet acquiſitio dominij impe
diatur à iure: & ad hoc quòd notat
*Barto. in l. iubemus. §. ſane, to 2. verſic.
quæro vtrum ex inutili. C. de ſac. ſanc.
eccleſ.* ideo *Barto. in l. indebiti. §. ſed ſi
nummi, circa princ. ff. de condit. indeb.*
23 dicit, quòd quando fieret aliquis
contractus inualidus per minorem,
vel Eccleſiam, vel alium, & eius vi-
gore poſſeſsio tantum in alio tranſ-
fertur, poterit repeti per cõdit. in-
debit. illa poſſeſs.

Facit ſexto. Nam nulla libertas
fauorabilior eſt illa hominis liberi.
24 nam non poteſt quis etiam volens
facere ſe alterius ſeruum per con-
feſsionem. *l. nam ſi volens. C. de
lib. cauſa. l. interrogatam, & l. liberos.
eodem titu. Specul. in tit. de fur. §. quo-
niam. vers primo.* Aliæ enim ſeruitu-
tes pacto conſtituuntur. Ideo pro-
hibetur quis operas ſuas in perpe-
tuum locare, ne fiat præiudicium li-
bertati, vt not. *Specul. in tit. de locato.
§ poſt quam. verſ. quid ſi quis quod in
alijs ſeruitutibus non prohibetur, vt in
§. penul. & fin. inſtit. de ſeruitu. in l. in
teſt. ff. com. præd. in l. binas ædes. ff. de
ſeru. vrb. præd.* Et tamen quando ſer-
uus ex poſseſsione ſeruitutis in qua
reperitur proclamat in libertatem,
non poteſt de facto ſe eximere à ſta-
tu ſeruitutis; ſed debet actoris par-
tes ſuſtinere. *l. cauſa. C. de lib. cauſa.
l. & ſi libertus. §. fin. eod. tit. ff.*

Quarta difficultas in cauſa eſt.
Nam eſt in ſeruitutibus negatiuis
25 non data alia cauſa, vel impoſitio-
ne, nec poſseſsio, & conſequenter
nec præſcriptio datur, niſi à tempo-
re quo quis voluiſset quid facere,
& propter prohibitionem ſibi factã
deſtitiſse, vt not. *gloſſ. & Doct. in l.
quæ luminibus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l.
1. C. de ſer. & per Bart. in l. ſi prius. 7.
oppoſ. ff. de noui operis nuncia.* & ideo
dicebat *Bart. vero in tract. ſerui. vrb.*
26 *queſt. 50. capit. de furno,* quod ſi om-
nes de vicinia mea à tempore de-
cuius initio non extat memoria pro
pane coquendo, vel frumento mo-

Digitized by Google

lendo veniſſent ad furnum, vel mo-
lendinum meum, & alius vellet in
eo loco furnum vel molendinũ con
ſtruere, poterit hoc facere: quia in
ſuo licet cuilibet ædificare, etiam ſi
alij noceant. *l. fluminum. §. fin. cum*
duabus ſeq. de damna. infectio. & in l.
ſi in eo. de aqua plu. arcen. & in l. fin.
& ibi Angel. C. de vſucap. niſi à tem-
pore quo alius voluiſſet ædificare
furnum, vel molendinum, prohibi-
tus deſtitiſſet, & ita not. *Iaſ. in l. quo*
minus. 6. colum. de flumin. ſe cõſuluiſ-
ſe in Ciuitate Caſalenſi, & quod
ita fuit iudicatum. Et ideo *Bald. in l.*
1. 3. colum. de ſeruit. in illa quæſtio.
de eo qui per longiſsimum tempus
venit ad molendum ad molẽdinum
meum: & nec dicit, quòd non vult
venire amplius, non poteſt compel-
li: & dat rationes, quarum vna eſt,
quia nẽ cadit ſeruitus in libero ho-
mine, nec eius quaſi poſſeſſio, nec
obligatio inducitur perſonalis per
præſcriptionem. *l. obligationem ſere.*
§ placet. de actio. & oblig. Et Abb. in d.
cap. abbate ſancti Siluani. 3. colum. di-
cit, quòd ſi acceſsiſti ad molendinũ
Titij multo tempore, non per hoc
inducitur conſuetudo, quòd tenea-
ris in futurum ire, niſi te non acce-
dente ille iuſſerit vt ires: & tunc ſi
obtemperas, inducitur conſuetudo:
& dicit, quòd in his prohibitio etiã
extraiudicialis hoc operatur: & etiã
ſi pro bono pacis ſit obtemperatũ.
Et dicit *Bal. in §. item lapilli, 3. colum.*
de rerum diuiſio. quòd poſſem præ-
ſcribere, quòd nullus poſsit habere
molẽdinum, niſi ego, & poſteri mei,
allegat *l. ſi quiſquam ex diuer. præ-*
ſcrips. & hoc cõtra certos quos pro-
hibui, & illi qui acquieuerunt pro-
hibitioni. *C. de ſeruit. & aqua. l. 1.* &
quia iura prohibitoria non poſſunt
aliter præſcribi, niſi præcedat prohi-
bitio, ergo dicit ipſe, poſsum licitè
præſcribere ſeruitutem, quia in præ-
dijs vicinis non poſsit ædificari mo
lendinum in præiudicium molendi-
ni mei; & ſic dicit ipſe eſt ſeruitus
prædialis, ſicut ſeruitus altius non
tollendi, vel nõ ædificandi: quæ præ-
ſcriptio ſecũdum eum videtur poſ-
ſe inſtringi tempore publicæ neceſ-
ſitatis. Et ad id quòd dictum eſt hãc
ſeruitutem eſse prædialẽ, facit *Bald.*
in d. conſ. 110. vltim. colum. 1. volum.
dicens, quòd quando Princeps con
cedit vectigal certum omnibus in-
27 gredientibus ſuum territorium talis
lex prædio datur ad inſtar confeſſo-
rie & negatorie. In quibus non di-
ſtinguitur vnde ſint, quia reales a-
ctiones ſunt. *inſtit. de acti. §. aque, &*
in l. ſi quis diuturno. §. fin. ff. ſi ſerui.
vend. licet Bald. in d. l. 1. 3. colum. C. de
ſer. ſupra relatus aliter videtur infer-
re, de quo tamen aliquid per *Alexã.*
in d. l. ſeruitutes, la vltima. ff. de ſer. &
in l. 1. ff. com. præd. Et magis viget hęc
difficultas, quoniam licet appareat
etiam à tempore Regis Ferdinandi
primi de quibuſdam prohibitioni-
bus, ſeu pœnis ablatis à coquenti-
bus furnum alibi quam in furnis ec-
cleſiæ. Tamen illi prohibiti, ſeu mul
ctati fuerunt aliqui particulares, non
autem vniuerſitas, ſeu omnes de
vniuerſitate: & ſic ſuccedit quod di
cit *Bald. in d. §. item lapilli*, ſupra ad-
ductus ibi & hoc cõtra certos quos
prohibui. vnde *But. in cap. ſignifican-*
te, 2. colum. de appella. dicit, quòd li-
28 cet ſeruitus ſit acquiſita in vna re,
vel vna perſona, hoc non præiudi-
cat alijs. *de præſcri. aud. de offi. ordi.*
cap. dilectus, ad fin. l. loci corpus. §. com-
petit, ſi ſerui. vend. & tanto magis hoc
procederet quando tractaretur de
iure quærendo ex patientia eorum,
qui conſentiendo non poſsent ſibi
præiudicare ſine decreto, ſicut eſt
vniuerſitas. *l. 1. C. de vend. re. vni. in l.*
actor. per Barto. & alios. ff. rem ratam
habe. Et ideo Abb. in d. cap. cum Eccle-
ſia

ſia Sutrina. 10.*colu.* dicit, quòd quan
29 do quis ex tacita voluntate eius, qui non poteſt diſponere ſine certa ſolemnitate aliquid facit nõ præſcribit: & dicit ibi *Abb. quòd ideo in d. cap. cum Eccleſia*, patientia habetur loco tituli, & tranſit poſſeſſio, quia ius transferendi poſſeſſionẽ dependebat à facultate eorum, ex quorũ patientia habetur poſſeſſio. Et ad rem facit *conſil. Abb.* 18.2.*volum. penult. colum.* qui dicit, quòd licet aliqui homines Auximi, quæ Ciuitas habebat immunitatem non ſoluendi vectigalia per territorium Racaneti, ſoluiſſentque vectigal in tranſitu illius territorij, non ſufficeret hoc ad præiudicandum immunitati, quia hoc ius competit communitati, & eſt ius corporale, vnde non præſcribitur, niſi detur ſcientia communitatis contra quam præſcribitur, quia ſola patientia domini eſt quaſi poſſeſſio in iſtis incorporalibus, & aliter poſſeſſio haberi non poteſt, vt dicit probari *in l.* 2. *C. de ſeruitu.* Et ſubdit hæc verba, niſi ergo maior pars populi Auximi probetur ſoluiſſe, non poteſt dici quòd fuerit inuocata præſcriptio contra communitatem, vel niſi toties, & ita palam fuiſſet per maiorem partem facta ſolutio, quod ſcientia veriſimiliter perueniſſet ad ipſam communitatem, apud quam conſiſtebat iſtud ius.

Hic conſiderandum eſt, quòd interuenerunt plures prohibitiones pro parte monaſterij, & licet nõ ſint factæ omnibus particulariter, tamen videtur apparere tum ex inſtrumentis prædictis per monaſterium, & dictis nonnullorum teſtium de notitia vniuerſitatis. & quòd vniuerſitas prohibitionibus acquieuit, vt nullus faceret furnos: Et quod quando dominus loci eſt ille qui prohibet, vt eſt monaſterium pars monaſterij, allegat, quòd non requiritur omnium prohibitio ad quærendum poſſeſsionem, allegat *Hoſtien. in cap. ſignificante. de appella. & ibi But.* 2.*colum. verſ. vel niſi dominus, & ibi Ioan. And.* 2. *colum. verſ. niſi ſit dominus ville*; & ad hoc etiam adducunt *Iacobi. in tract. feud.* §. *& cum molendinis.* 2. *colum. verſ. & hanc quæſtio.* qui videtur velle ſecundum eos, quod quando vni eſt facta prohibitio per Dominum, tũc incipiat currere præſcriptio, quod ſolus habeat molendinum: & hoc melius & clarius *in* §. *& cum piſcationibus. in fin. verſ. ſed quæro nunquid, & dicebat Angel. poſt Ioan. Fabr. in* §. *flumina. inſtit. de rerum diuiſ.* quod ſi pluribus annis piſcatus quis ſolus fuerit, & alios prohibuerit, ſciente populo, & non contradicente, quòd poſsit ſibi ius quærere ex tacito conſenſu populi: & ibi declarat quãdo acquiritur ex conſuetudine hoc ius. ſic in iſta cauſa plures prohibuit cum ſcientia, nõ ſolum aliquos. Et dicit *Abb. in d. conſ.* 18.3.*colum.* 2. *volum.* quod in negotio arduo, & propalato propter multa ſcandala præſumitur ſcientia vniuerſitatis, *per cap. quoſdam, & cap. quanto. de præſump.*

Quinta difficultas in hac cauſa erit. nam quod certis perſonis liceat in ciuitate exercere aliquam artem, mercimonia, vel negociationes, nõ ob hoc, alijs eſt prohibitum: nec valet conuentio, quod non vendantur vel emantur victualia niſi in certo loco vel pretio: nec poſſent artifices facere ordinamenta, quod de opere vnius alter ſe nõ intromittat, nec valeret in prædictis ſtatutum, vel priuilegium, prout de his omnibus eſt bonus. *tex. in l.* 2. *C. de monopolijs.*

30 Ad hanc difficultatem occurrunt aliquæ ſolutiones. Præcipua eſt, quòd non licet hæc fieri per pacta

ciuium, vel artificũ, ſed per conſuetudinem, vel priuilegium, ſic vnde is qui vult alios impedire in conſtructione vel furnorum vel molendinorum, allegando conſuetudinem, vel priuilegium obtineret: & maxime ad caſum noſtrum eſſent notanda verba *Hoſtien. in d. cap. ſignificante. de appella. quem refert Butr. ibi*. dicit namque hoc tenendum, quòd ſi res, & perſonæ ſunt libere ſeruitus, non acquiritur tempore ſolo quo ad hoc vt alius prohiberi poſſit: & non obſtante cuiuſque prohibitione poſſit in loco ædificare, vt libera ſit res, & licet is qui aſſerit ſibi deberi non poſſet prohiberi vti iure ſuo, *ſi ſer. vend. l. ſi quis diuturno ff. de aqua quo. & eſt. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. idem labeo*. tamen nec alium volentem de nouo ædificare poterit prohibere, niſi probet hanc ſeruitutem ſibi deberi, vel ex pacto, cum prædeceſſoribus habito, vel quia aliàs fuit prohibitus occaſione iuris eiuſdem, & acquieuit, & poſtea completa fuit præſcriptio. *C. de ſeruitu. l. in prouinciali, & l. manifeſti ff. ſi ni. C. qua ſit long. conſ. l. 1.* fortius ſi longo tempore fuiſſet obtenta. *C. de leg. l. cum de conſuetudine*, vel niſi dominus villæ ſit ille, qui aſſerit hanc ſeruitutem ſibi deberi. *8. diſtinct. o.* quo iure alias quilibet eſt liber, & in ſua poſſeſſione facit quodlibet monaſterium eſt vtilis dominus Villæ huius Tramutolæ, propter quod videmur eſſe extra terminos. *d. l. 1. C. de monop.*

Sexta difficultas eſt. Nam ad poſſeſſorium ſummarium ſuper conſeruatione lite pendente non eſt vocata, nec intimata Vniuerſitas, ſed ſo-
31 lus Princeps Illuſtriſs. Salerni, qui habet iuriſdictionem tantum criminalem in dicto Caſali. Licet enim prætendi poſſet, quòd poteſtas, qui habet iuriſdictionem in caſtro, & ſic etiam dominus eſt, ſit primus Ciuis, vt not. *Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. 4. colum. de offic. procon. & l. quærit enim. in 8. quæſtio.* poteſtas fecit capi quendam inſignem latronem, populus liberauit eum, poteſtas indignatus fecit eum mactari modo ſtatuto cauetur, quod homicida forenſis puniatur capite, ſed ciuis in mille libris quæritur qua pœna veniat punienda poteſtas, & reſpondetur quòd pœnis ciuium, quia eſt caput ciuiũ, & ideo debet eodem priuilegio gaudere, quo ſui ciues gaudent. *argum. C. de teſtam. mil. l. quod conſtitutum*, & quia ciuis eſt donec in officio permanet, vt nota. *de Roffino guaſco poteſtate Bononia. C. de incolis. l. ciues. lib. 10.* Idẽ in familiaribus poteſtatis, quia gaudent priuilegio domini. *argum. C. de epiſcop. & cler. l. 1. de iudic. l. non alias, §. 1.* Tamen Illuſtriſs Princeps Salerni nec eſt dominus Caſtri, nec habet omnem iuriſdictionem, ſed tantum criminalem quam per alium exercet non per ſe: *argum. l. fin. in princ. ff. de excuſ. tut.*

Sed hæc difficultas obſtare non videtur, tum quia dictum *Bald.* videtur vẽdicare ſibi locum in Illuſtriſs. Principe ratione criminalis iuriſdictionis, quæ eſt ciuilis potentia, tum etiam quia eſto quòd eſſet forenſis, videtur poſſe ſaltim quantum ad ſe, qui vocatus eſt compeſci, & hic occurrit, not. *Iaſ. in l. 3. in princ. vltima colum. in lectu. noua. ff. de acquiren. poſſeſſio. dum dicit, tertio nota.* limita,
32 quod licet præſcriptio iuriſdictionis non extendatur de vna ſpecie ad aliam, tamen bene extenditur de perſona ad perſonam in his terminis: vnde qui præſcripſit iuriſdictionem in aliquo territorio, poſſet eam exercere etiam in aduenas & forenſes ibi delinquẽtes, licet quo ad eos nunquam fuerit impoſita. *Ità Bald. in l. ſi quis diuturno. 2. colum. per illum tex.*

tem.ff. ſi ſerui.xend.idem not.tenet Bal. in additio.ad Specu.in tit. de iuriſdict. omn.iudic.circa finem.verſ. antepenul. hac fuerunt verba Iaſo. & idem not. Floria. in dict.l.ſi quis diuturno, vlti. colum,Felyn.in cap.auditis.10.colum. verſ. hic etiam intelligi.de præſcriptio. & Bald.in tract præſcript. in ſecunda parte principali.penul. colum. verſicu, hinc eſt,& etiam in vltim. colum. & vide Ancha.in cap.dilecti.de cap. mon.

In hac cauſa Sacrum Conſil. cum interuentu Domini Hieronymi de Colle, decreuit mandandum eſſe Illuſtriſs.Principi Salerni, quòd deſiſtat ab vſu furnorum nouiter conſtructorum lite pendente, citra præiudicium iurium vtriuſque partis, tàm in petitorio quam in poſſeſſorio ordinario: & quòd in cauſa principaliter pro parte monaſterij mota procedatur ad actus incumbentes, & hoc.12.Nouembris, 1529.Paulo Hodierna Actorum Magiſtro. Contra Vniuerſitatem, vel particulares non vocatos in hoc iudicio ſummario nihil dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes recepti in cauſa criminali: ſed non repetiti, an in eadem cauſa ſidem faciant ſi iuſſum ſit ciuiliter agi ad finem prouidendi ſuper ſpolio?*

2 *Teſtes recepti ad informationem curiæ, & ad alium finem parte non citata quam probationem faciant.*

3 *Iudiciũ ſuper ſpolio ex c. reintegranda eſt ſecundum, & exordinarium Iudicij ordinem non requirens, nec partis citationem ſuper teſtium receptione.*

4 *Iudex in hoc iudicio poteſt procedere receptis probationibus ad ſui reformationem, & inſtructionem.*

5 *Remedium cap. reintegranda non habet locum vbi quis iuſta cauſa, vel ſua culpa, & negligenda à poſſeſſione ceciderit, vel ex proprio contractu vt num. 6.*

7 *In iudicio ſummario reus ſummariè audiendus eſt.*

8 *Fatuum eſt affirmare in hoc remedio paſſim credi etiam teſtibus non iuratis, præterquam vbi iudex eos recipit ad ſui inſtructionem.*

9 *Cardinales deponentes abſque iuramento regulariter non probant.*

10 *Deciſio cauſæ per S.C. in fauorem conuentum.*

ARGVMENTVM.

An teſtes in cauſa criminali recepti ſuper quadam violentia, & ſpolio minime repetiti probent in cauſa ciuili, ad finem prouidendi ſuper ſpolio,& reſtitutione poſſeſſionis ex remedio c. reintegranda.

Ex Gizzarel.Deciſ.55.

FVit dubitatum in Sacro Conſilio ad relationem Magnæ Cu-
1 riæ Vicariæ, an teſtes recepti in cauſa criminali,non repetiti ſuper quadam violentia,& ſpolio facerent fidem in cauſa ciuili,ad finem prouidendi ſuper ſpolio,& reſtitutione poſſeſſionis ex remedio *c.reintegrãda* 111.*quaſt*.1. fuerunt enim quidã, vt prætendebatur de facto deſtitui poſſeſſione cuiuſdam domus egerunt criminaliter contra deſtituentes in Regia audientia Capitanatæ, quæ capta, ac viſa informatione, prouidit ſuſpenſa criminalitate, eſſe procedendum ciuilitèr, non alitèr prouiſo ſuper ſpolio, & deuoluta cau-

ta cauſa per viā grauaminis ad Ma-
gnam Curiam Vicariæ, ipſa Magna
Curia prouidit eſſe ante omnia re-
ſtituendam poſſeſſionem deſtitutis.
Appellauerunt deſtituentes, & per
viam grauaminis facta relatione
per Magnā Curiam in Sacro Con-
ſilio, dicebant deſtituti conſtare ple
niſſimè ex depoſitione octo teſtium
receptorum in informatione Iudi-
cij criminalis de ſpolio, & deſtitu-
tione, & proinde cum liqueat, non
eſt denegandum remedium reſtitu-
torium. Ex aduerſo dicebatur di-
2 ctos teſtes nullam probationem fa-
cere tanquam receptos ad informa
tionem Curiæ, & ad alium finem,
parte non citata, & non audita, ex
reg. l. ſi quando 15. *C. de teſtib.* & pro-
inde debebant deſtituentes audire
ſuper prætenſo ſpolio.

Replicabatur, quod ſufficiebat in
hoc judicio qualis probatio, & ſat
eſt conſtare aliqualiter, & quoquo-
modo Iudici de ſpolio; nam hoc iu-
3 dicium ſummarium eſt, & extraor-
dinarium, & ideo ordo iudiciarius
non exigitur ex *gloſ. in Clem. 2. vt lite*
pen. & eſt opinio recepta à Doctori-
bus, quos congerit ad id *Menoch.*
de recuper. poſſ. remedio vltimo. nu. 34.
& in iudicio ſummario non requiri-
tur partis citatio in receptione te-
ſtium, ex *Bald. in cap primo. §. ſi duo.*
de pace ten. Neuiz. conſ. 80. *nu.* 7. *verſ.*
4 *& forte*, & iudex poteſt procedere
receptis probationibus ad ſui infor
mationem, & inſtructionem ex au-
thoritate *gloſa in d. §. ſi duo in verbo*
teſtimonium, quam ſingularem di-
cit *Cotta in ſuis memorialibus in*
verbo teſti iurato. verſ. & ideo dicebat
gloſa.

Ex aduerſo cōſiderabatur, quod
quantumcunque ſit ſummarium
dictum iudicium pars debet audiri,
nā multæ poſsūt eſſe cauſæ, quibus
dictum remedium non competat, &
ſit denegandum, quas enumerat
Bal. Nouell. in repe. §. nihil commune. l.
naturaliter. num. ff. de acquir. poſſ.
poſt Præpoſ. & alios in d. cap. reinte-
granda. Alex. poſt Bart. in addit. l. ſi co-
loni. C. de agric. & cenſ. lib. 11. *vbi alij*
Doctor.

5 Præſertim non habet locum, vbi
quis iuſta cauſa cecidiſſet à poſſeſ-
ſione, vel ſua culpa, aut negligentia,
vt per *Inn. Imo. & Calderin. & om-*
nes Canoniſtas in cap. cum ad ſedem.
ex. de reſt. ſpol. Lapum alleg. 51. *Imm.*
Butr. Abb. & alios in cap. cum ad
ſedem, il primo, extra vt lite non con-
teſt. Aret. Soc. & noſtrates omnes in l.
rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ.
idemque Soc. conſ. 266. *Alex. conſ.* 94.
vol. 5. *& conſ.* 92. *volum. primo.*

6 Idem vbi quis ex proprio con-
tractu cecidiſſet à poſſeſſione, vt
per *Alex. d. conſ.* 92. *& Lapum d. alleg.*
51. *& ideo Inn.* & poſt eum omnes
alij docent reum conuentum in
hoc iudici, *in cap. poſt electionem,*
extra de conceſſ. præb. & in d. cap. ſæpe
de reſtit. ſpol. vt excipiat, & probet a-
ctorem cecidiſſe à poſſeſſione ex iu
ſta cauſa, & idem *Lap. d. alleg.* 51.
& Præpoſ in d. cap. reintegranda. Abb.
in d. cap. ſi diligenti, extra de præſcript.
Alex. conſ. 6. *vol.* 3. ſi ergo dantur à
iure cauſæ, quibus deſtituentes ſe
defendere poſſunt, & remedium
prædictum deſtitutis denegari po-
teſt quoquomodo poteſt id fieri,
niſi pars citetur, & audiatur, nam
aliàs eſſet procedere ex inordinato
proceſſu, & Iudex ipſe ſpoliaret,
quos fortè ſpoliare non poſſet, iux-
tà tradita *in l. meminerent. C. vnde vi.*

L Et parum refert, quod iudicium
ſit ſummarium; nam etiam in hoc iu
dicio ſummario Reus, qui conueni-
tur debet ſummariè audiri, & ita
paſſim obſeruatur in noſtris Tribu-
nalibus, & non negant hoc ijdem
Doctores ſuperius citati, præſertim

Neuiz.

Neuiz. qui alios congerit in d. conſ. 80.
à prin. vſq; ad fin. & ibi refert opinio-
nẽ Doct. qđ credatur teſtibus etiã
non iuratis, loquitur ſub verbo for-
8 tè, & rectè quidem; nam id affirma-
re paſſim, & regulariter fatuum eſt,
quia vbi proceditur ad finem pro-
nunciandi inter partes in contradi-
ctorio iudicio opinio prædicta non
eſt vera. Sed tantum vbi Iudex ad
9 ſui inſtructionem, & informationẽ,
vt idem *Neuiz.* ſupra declarat, nam
aliàs etiam Cardinales deponentes
abſque iuramento non probant, *ex*
gloſ ſing. in cap. cum olim, il primo, ex-
tra de priuil. quam ſequuntur ibi Ca-
noniſtę communi conſenſu, & com-
mendat *Cotta in loco ſupra citato*;
10 Quare ex his Sacr. Conſil. cenſuit
malè iudicaſſe Magnam Curiam,
decernendo reſtitutionem poſſeſ-
ſionis parte non audita, & ſic de fa-
cto ex depoſitionibus teſtium in
cauſa criminali receptorum, præſer-
tim quia Regia Audientia, quæ cæ-
pit ab initio informationem decre-
uerat, quod ſuſpenſa criminalitate
ageretur ciuiliter, quòd indicabat,
quod aliqua cauſa ſuberat pro præ-
tenſis deſtituentibus, quæ crimina-
litatem excuſabat, & ipſis proficie-
bat. Decretum fuit de menſe Aprilis
1604. in cauſa Marini Roberti, &
Caſſandræ de Aloiſio coniugum
cum Ioanne Leonardo, & Aloiſijo
de Aloiſijo de Terra Collis niſi,
apud Secretarium Sacri Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non poteſt iure communi inferri niſi lite conteſtata, & teſtibus repetitis, ſecus de iure Regni.*

2 *Tortura ad hoc, vt inferri poſſit ex proceſſu informatiuo plura requiruntur.*

3 *Delicti grauitas attenditur ad iuſtificandum appellationem à decreto de torquendo.*

4 *Tortura ex proceſſu informatiuo etiã apud Hiſpanos eſt in vſu.*

5 *Idem ſeruatur in Etbruria in Ciuitate Lucana, & Ferraria.*

6 *Regiæ Audientiæ adhuc torturam inferunt ex proceſſu informatiuo, ſicut ipſa M.C.*

7 *Conſuetudo attendenda eſt.*

8 *Conſuetudo iuriſdictionem tribuit, etiã non habenti.*

9 *Conſuetudo poteſtatem habet in ſanguine hominis.*

10 *Tortura ex proceſſu informatiuo in, quibuſdam criminibus inferri poteſt à iudicibus, pœnes quos non adſit talis praeminentia.*

11 *Iudex non tenetur in ſyndicatu de tortura illata pro atroci crimine denegatis defenſionibus.*

12 *Tortura non debet eſſe principium inquiſitionis.*

13 *Iudiciorum copia eſt danda reo antequam torqueatur.*

14 *Defenſiones an torturam præcedere debeant.*

15 *Confeſſio facta iuris ordine non ſeruato an teneat.*

16 *Defenſio eſt de iure naturalis, & tolli non poteſt.*

17 *Tortura ſecundum Regni ſtylum inferri non poteſt, niſi precedant indicia.*

18 *Sententia cõtra ſtylum lata eſt nulla.*

19 *Confeſſio in tortura, quando legitima non procedant indicia, eſt nulla.*

20 *Confeſſio nulliter extorta, an ratificatione conualidetur.*

21 *Confeſſio in tormentis extorta, non datis reo defenſionibus, nulla eſt.*

22 *Ius ex iniuria naſci non poteſt.*

23 *Tortura ex proceſſu informatiuo, an poſſit replicari, & de praxi circa hoc.*

24 *Tortura vno die illata, an poſſit ſequenti die continuari.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Tortura inferri an poſsit ex proceſſu informatiuo per inferiorem Iudicem, veluti in Regno per Capitaneum alicuius oppidi, & in alijs partibus per poteſtatem loci, & an illata ſit nulla.

Ex Carolo Tapia. Deciſ. S.C. 22.

1 REgula eſt † de iure communi non poſſe deueniri ad torturam, niſi facta prius litis conteſtatione, ac teſtibus citata parte repetitis, vt probat *Barto. in l. ſi quis adulterium in princ. ff. de adult. & l. 1. ff. de quaeſt.* imò & requirebatur publicatio proceſſus, vt dicit *Bar. in l. vnius, & in l. fin. in fin. eod. tit. Carre. in praxi ad l. obſeruato. §. curabit. num.* 188. *C. quorum appell. non recip.* Sed hoc fuit correctum in hoc Regno, fuit enim aliter diſpoſitum per *cap. ſi cum, ſceleratis* 272. *tit. de offic. Mag. ſt. Iuſtit.* quod gloſauit peroptimè *Ioan. Antonde Nigr.* qui erit videndus, & nos ſeruauimus in tit. de queſtionib. & in delictis atrociſſimis non ſeruari ius commune, ſed inferri torturā ex abrupto nullis datis defenſionibus, tradit *D. Garſias Maſtrill. deciſ.* 191. vbi ait ita eſſe antiquiſſimum modū in Regno, & apud Hiſpanos idem ſeruari apud maiores Iudices tradunt *Auendan. in cap. 16. Pretor. num. 9. lib. 2. & Azeued. lib. 4. noue recollect. tit. 20. lib. 3. nu.* 15.

Sed in quantum, ipſe dicit, plura

2 † requiri ad hoc, vt ex proceſſu informatiuo poſſit ad torturam procedi, *Domin. Preſ. de Franch. deciſ.*

3 243. *num.* 20. tradit hodie † attendi tantùm per M. C. grauitatem delicti, vrgentiam indiciorum, & qualitatē perſonæ, quod dixit *Afflic. deciſ* 391. *num.* 10. & ita hodie ſeruamus, tàm in M. C. quàm in S.C. vbi ſi quis à decreto torturæ appellat ad S.C. diſcutimus grauitatem delicti, ſufficientiam indiciorum, & qualitatem perſonæ.

5 Hanc † eandem conſuetudinem in Etruria adeſſe, & in Ciuitate Lucana in cauſis à Republica delegatis, teſtatur *Ioſeph Ludou. conſ.* 38. *poſt illat.* 96. *verſ. & ſi Princeps*, & in Ciuitate Ferrariæ teſtatur *Hipol. Riminal. conſ.* 290. *antè num* 1. *lib.* 3. *relati per doctiſſimum Farinac. in prax. crimin. titu. de indic. & tort. queſt.* 39. *num.* 30. & vide ibi multa per eum *nu.* 31. qui ius commune in hoc malè ſeruari dicit *Boſſ. tit. de indic. ante tort. nu.* 127. & 128.

6 Hac autem præeminentia vtuntur nunc Regiæ Audientiæ, quæ olim ipſam petebāt ab Illuſtriſſimis Viceregibus, eiſque ad ſex menſes concedebatur, nunc autem ea vtuntur, ſicut M.C. vt dicit *Garaut. in Rit.* 259. *nu.* 10. & præſertim ex antiqua conſuetudine in Prouincia

7 Calabriæ, quæ † conſuetudo debet attendi, vt in *l. fin. C. de ſatur. & in c. quàm grauis, de crim. falſi*; dicitur

8 enim altera natura, & † tribuit iuriſdictionem tam voluntariam, quàm neceſſariam, & ordinariam etiam non habenti, *tex. in l. fin. & ibi Gloſ. C. de emancip. libe. & l. viros. C. de diuer. offic. lib.* 12. *Luc. de Pen.* qui multa congerit. Ad propoſitum omnino videndus in *l. miſſi opinatores. col.* 1. *C. de exactor. lib.* 11. *Sebaſt. Vant. de nullitate ex defectu iuriſdictionis. n.* 4 & ante ipſos latius, ac ſubtilius *Petrus Bellug. in ſuo ſpec. rubr.* 23. *§. & qui quotidiana*, vbi inter alia di-

9 cit vltrà DD. conſuetudinem † habere etiam poteſtatem in ſanguine homi-

hominis,quod deducit ex *l. ſaccula-*
rij. §. ſunt quædam. ff. de extraord.
crimin.

10 Item † habet locum diſpoſitio c.
ſi cum ſceleratis etiam in illis iudi-
cibus, qui hanc præeminentiam nõ
habent propter criminis grauitatẽ,
veluti ſi eſſet furtum noctis tempo-
re commiſſum magnæ quantitatis,
vel aſſaſſinium, & ſimilia; nam pro-
cedi poteſt ex proceſſu informati-
uo, *arg. eorum, quæ tradit Bald. in l.*
quicumque. C. de ſeru. fugit. cum alijs
adductis à *Franc. Brun. de indic. 2. p.*
11 *q. 5. nu. 51.* qui firmat, & tenet † iu-
dicem non teneri in ſindicatu, ſi
propter criminis immanitatẽ pro-
ceſſit ad torturam ex proceſſu infor
matiuo; nam propter criminis im-
manitatem licitum eſt iura tranſgre
di. *Farinac. de iudic. & tortur. q. 34.*
num. 86. idemque voluit Grammatic.
conſ. 34. num. 13. quando procede-
retur contra hominem malæ famæ,
& conditionis, ſed quamuis Brunus
hoc affirmet inrrepide quando reus
non petijt ſibi dari defenſiones, ex
quo de iure Iudex non tenetur de
neceſſitate inquiſito petenti dare
defenſiones, & copiam indiciorum,
vt probat *tex. in l. vnius. §. cognitu-*
rum ibi poſtulante. ff. de quæſt. & fir-
mat Iul. Clar. in ſua praxi. §. fin. q.
49. verſ. ſed nunquid, qui allegat
Blanc. dicentem, ita communiter ob-
ſeruari in ſua pract. num. 102. & re-
petit idem Iul. in q. 64. tamen Alex.
conſ. 65. lib. 1. indiſtinctè firmat talẽ
iudicem nullo modo teneri, ſiue pe
tantur, ſiue non petantur ab inqui-
ſito defenſiones, & idem etiam in-
diſtinctè conſuluit *Gramat. in conſ.*
crimin. 40. Hæc quæſtio fuit venti-
lata in Regia Audientia Principa-
tus vltra, dum ibi eſſem Auditor, nõ
tamen fuit deciſa eo tempore, dicã
tamen hic, quæ tunc ad rem hanc
collegi.

Quidam enim Capitaneus cu-
iuſdam Terræ illius Prouinciæ pro-
ceſſerat ad torturam cuiuſdam in-
quiſiti ex proceſſu informatiuo non
datis defenſionibus, nec impetrata
licentia procedendi ex præeminen
tia M. C. V. à Collaterali Conſilio,
vt moris eſt, cùm eſſet introducta
cauſa in Regia Audientia, dubita-
batur, an tortura illa eſſet valida;
Dicebatur enim pro parte inquiſiti
nulliter fuiſſe torturam illatam,
ideoque illi confeſſioni ſtandum
non eſſe, ex quo inordinatè, & con-
trà iuris formam fuerat proceſſum;
12 Et primò dicebatur † à tortura non
eſſe inchoandum, quod ſatis apertè
Iureconſulti decreuere *in l. 1. & l.*
maritus. ff. de quæſt. Secundò diceba-
13 tur † indiciorum copiam eſſe con-
cedendam reo antequàm ad tortu-
rã procedatur, vt eſt *tex. in l. vnius.*
§. cogniturum. ff. de quæſt. l. 3. §. ſi ad
diem. ff. de re milit. clement. paſtoralis
de re iudic. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. tradunt Hippol. in l. 1. num. 5. d.
quæſt. in l. fin. nu. 14. eod. tit. Alex. conſ.
65. vol. 1. Tiber. Decian. tit. de quæſt.
num. 40. optimè Siman. contra Hære-
ſes tit. de tormentis num. 16. poſt Iaſ.
conſ. 175. & Alciat. lib. 8. Peregr. cap.
21, vbi ad materiam plures auctori-
tates adducit. & *Gand. tract. maleſ*
tit. de ind. num. 23. expreſsè docet
14 † defenſiones eſſe dandas antequã
ad torturam deueniatur, licet *Iul.*
Clar. in prax. crimin. q. 64. verſ. ſed
quid ille diſtinguat an petantur, &
concedendas eſſe affirmat, ſi verò
non petantur procedi poſſe ad tor-
turam, quòd antè ipſum docuit
Egid. Boſſ. in tit. de indic. num. 74. &
ſeq. quamuis in principio teneat
dandam eſſe copiam indiciorum
antè torturam, latè proſequitur
Farinac. de indic. & tortur. q. 39. per
totam. Tertiò adducebatur auctori-
tas *Iulij Clari in prax. quæſt. 55.* vbi

in

15 in † confeſſione facta Iuris ordine non ſeruato, an teneat, diſtinguēdo reſpondet, aut ſumus in ſpontanea, & tenet, aut in tormentis extorta, & tunc ſi non eſt antè legitima indicia, & ſeruata non fuerint ſeruanda, talis confeſsio eſt ipſo iure nulla, nec poteſt confeſſus ex ea condemnari, etiam quod in illa perſeueret, per *Gloſ. in l. quæſtionis. ff. de quæſt*, cùm ergò legitima indicia dici non poſſint, quæ habentur ex dictis teſtium parte non citata, receptorum, ſequitur, vt nulla dici debeat confeſſio, quæ ſine iſtis requiſitis fuit illata.

Quartò dicebatur, defenſiones negari non poſſe, cuiuſuis liberi ar-
16 bitrij prætextu, quia cùm † ſit d. fenſio de iure naturali non poteſt tolli, *Alex. conſ. 65. col. 2. vol. 1. & poſt Fely. in c. ex parte el ſecunda col. 3. de offic. deleg. docet Io. Anton. de Nigr. in d. c. cum ſceleratis nu. 14.*

17 Quinto adducebatur de † ſtylo huius Regni (qui eſt communis omnibus eius Curijs) procedi non poſſe ad torturam, niſi prius datis defenſionibus, ideòque nullam eſſe
18 hanc torturam, ſicut † ſententia lata contra ſtylum nulla eſt, vt tradit *Iaſ. in auth. ſubemus. C. de iudic. Guido Papa decis. 292. Carauit. rit. 1. nu. 26.* quoties enim ſtylus infringitur, non valet, quod agitur, *Bald. in l. de quibus nu. 19. ff. de legib. quem ſequitur Marius Giurb. deciſ 68. nu. 4.* Nam præeminentia Magnæ Curiæ, præterquàm quod ipſi tātùm eſt conceſſa, & Regijs Audientijs, non poteſt extendi tanquàm odioſa, vt docet *Io. Anton. de Nigr. in cap. cum ſceleratis num. 14.*

Sexto ad fundandam hanc nullitatem adducebatur *Anto. Gomez var. reſolut. tom. 3. c. 15. num. 25.* vbi quæ-
19 rit † an confeſſio in tortura legitimis inditijs non præcedentibus ſit valida, in quo negatiuè concludit
20 ſubdit tamen, quod ſi ex qualibet alia cauſa iniuſtæ rei torquentur, ſemper confeſſio ratificata ſuper nullo, & inepto libello, & proceſſu eſt inualida, *ex l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reor.* quod procedit quando nullitas cauſatur ex defectu ſolemnitatis, ſecus ſi iuſtitiæ partis, & perſonæ, neque his reſtagari dicebatur *Gloſ. in §. fin. inſtit. de oblig. in fin.* vbi tenet, quod ſententia lata ſuper inepto libello eſt nulla, quia intelligitur quando nullitas non poteſt ſaluari, & expelli confeſsione partis.

Septimò adducebatur deciſio in terminis *Iacobi Beluſ. quem ſequitur Io. Anton. de Nigr. ad d. cap. ſi cum ſceleratis num.* 44. qui voluit † con-
21 feſſioni rei, qui ante defenſionē quæſtionibus fuit ſubmiſſus, ſtandum non eſſe, nullumque robur, ac vires confeſſionem habere, & quod iſta confeſſio per torturam extorta, nō data copia reo, & eius defenſione recepta, nulla ſit, imò reijcienda, & excludenda, tanquàm iniqua, & iniuſta, nihilque ei noceat, dixit *Simanc contra hæreſ. tit. 65. de torment. num. 64.* tradens rationem; nam quidquid ex iniuria Iudicis manat iniuſtum eſt, & iniuſta cauſa tema-
22 ner in effectu, neque † ex iniuria ius naſci poteſt, quod deducit ex *glo. & DD. in l. penul. de quæſt. Alexan. conſ. 1. lib. 7. Brum. de id. q. 5.* Nec reſtagari dicebatur, quod Iudex ſit puniendus pro modo damni, & culpæ, vt ait *loc. cit. Simanc. num. 21.* Nam vt diximus ex iniuſtitia Iudicis ius naſci non poteſt, neque eſt implicatiuum hoc, vt iudex puniatur, & eius ſententia nulla ſit.

Et in quantum dicit *Ioan. Ant. de*
23 *Nigr. loc. cit. num. 20.* quod † licet poſſit ex proceſſu informatiuo torqueri, non tamen poſſit repeti tortura,

tura, dic hodie in delictis Grauibus, & quando vrgent Iudicia M. Cur. continuare torturam; Nam ſi de ſero infertur, & apparet reum eſſe induratum, de mane continuatur tortura, & hanc non vocant repetitionem, ſed continuationem, quia parui temporis interponitur interuallum, qnod tamen fit cum maxima cauſæ cognitione, quia regulariter debet ſufficere tormentum primum, cùm probationes non ſint receptæ parte citata, quod eſt de iure naturali, vt tradit Idem *Io. Anton. de Nigris Aſſiſt. & Vrſil. loc. citat.* & illa prima tortura videtur nimium eneruaſſe indicia, quæ ſine partis replicatione ſunt recepta, ideoque cautè procedere debent Iudices, in his caſibus ne incidant in reprehenſionem *Hippoliti in eius praxi in* §. *expedita num.* 86.

FINIS DECISIONVM.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

ACtiones, non transferuntur, ſi ante diem hereditas reſtituatur. grau. 57. num. 8. fol. 95.

Actiones populares reſpicientes ciuium damnum, vel vtilitatem ſingulis competunt prælud. 6. num. 1. fol. 14.

Actus factus per Barones, qualiter differant à geſtis per vaſſallos prælud. 1. num. 12. fol. 7.

Aduocatus in patrocinando, quam ſententiam ſequi debet grau. 80. nu. 15. fol. 149.

Adhoa de feudo reuerſo ad primum dominum quomodo ſoluatur. grau. 60. nu. 10. fol. 101.

Adhoa debita per vaſſallos contribuentes Baroni, directè exigitur ab ipſis Vaſſallis ibid. num. 16. fol. 102.

Adhoa ſubfeudatarium eſt, qui pacti ibid. num. 21. fol. 103.

Adminiſtrans officium extra regnum tenetur oſtendere literas liberatoriales, volens admitti ad aliud intra regnum grauam. 62. num. 1. fol. 109.

Aequitas magis, quam rigor eſt attendenda; grau. 59. num. 5. fol. 98.

Aequalitas inter vaſſallos ſeruanda eſt. grau. 90. num. 5 fol 166.

Affectio multum præualet in præſumptionibus grauam. 100. n. 39. fol. 169.

Agnati ex conſuetudine Neapolitana quomodo ſuccedant in medietate bonorum antiquorum, & an illa grauari poſſint. grau. 100. num. 19. fol. 186.

Agricultorum priuilegia, qui tractent. grauan. 70. num. 1. fol. 122.

Agricultores excuſantur ab omnibus extraordinarijs. ibid. num. 2.

Agricultores non coguntur ire ad exercitium pro guaſtatoribus ibidem nu. 4.

Allecti in Ciues dicuntur veri ciues grauam. 65. num. 4. fol. 113.

Allectio eſt modus conſequendi ciuilitatem ibid. num. 6.

Alimenta concionatori ſolita dari à Parocho ab illo ſunt continuanda grau. 89. num. 1. fol. 164.

Altare vnum non eſt diſcooperiẽdum, vt alterum cooperiatur grau. 1. num. 16. fol. 3.

Amor eſt præcipuus ad rectè gubernandũ prælud. 2. num. 4 fol 8.

Amorem cupit, qui dominari intendit ibid num. 2.

Angaria, & perangariæ in quo conſiſtant grau. 30. nu. 2 fol. 66.

Angaria, & perangaria conceſſe baronibus non ſunt extendenda vltra modum ibidem num. 1.

Angariæ, & perangariæ debentur baronibus ad arbitrium boni viri, vbi non ſunt determinatæ ibidem nu. 3.

Animus proferentis in proœmio declaratur proœm. num. 12. fol. 3.

Apoſtoli laborabant proprijs manibus. grau 99 nu. 6. fol. 186.

Appellatio interponitur à non pronunciatione torturæ. grau. 82. n. 3 & 5. fol. 151.

Appellatio ſuſpendit iudicatũ grau. 100. fol. 198. nu. 72. & iuriſdictionem nu. 71.

Appellatio eſt remedium oppreſſorum ibidem nu. 29.

Appellatio eſt theriaca aduerſus Iudicẽ, qui male iudicauit. ibidem nu. 80.

Appellatio eſt ſpecies defenſionis ibidem num. 81.

Appellatio nemini debet denegari nu. 82. nec diabolo nu. 87. nec poteſt tolli per Principem nu 83.

Appellatio quãdo poteſt interponi à duabus, vel tribus ſententijs informibus ibidem, nu. 88.

Appellatio quando remouetur à lege, vel ſtatuto intelligitur de friuola. grau.

Digitized by Google

100.nu.85.fol.199.
Appellatio datur à ſententijs latis in præſidijs Tuſcæ ad proregem illius regni grau. 62.num.12.fol.111.
Appellatione pendente nihil eſt innouandum grau. 100. num. 69. fol. 198. nec exequitur ſententia num. 70. & quis non dicitur condemnatus grau. 31.num.11.fol.67.
Appellatione iuris venit ius municipale grau.73.num.3 fol 135.
Aptior ad agendum exiſtimatur is in quo benignitas, & manſuetudo cum zelo iuſtitiæ inſunt præl. 2. num. 7.fol.8.
Argentarius alligans amiſſas rationes caſu debet eas probare, prælud.7.num. 11.fol.16.
Armenti appellatione veniūt boues vaccæ bubali, & ſimilia grau. 5. nu. 2. fol. 34.
Armentum intelligitur de animalibus groſsis ibidem num 3.
Arte carens nec de ſuo habens partem habere non præſumitur grau.99.num. 4.fol.180.
Aſſertio regia confirmans cenſetur certificata grau.69.num.3.fol.119.
Aſſeſſores, & aduocati in regno non poſſunt eſſe etiam qui doctoratus ianua carent grau.30 num.1.fol.55.
Audacia impunitatis facit quam nequiorem prælud.3.num.5.fol.10.
Author quare tertium tomum de vaſſallorum grauaminibus aggreditur prohem.num.3.fol.1.
Author omnia tractat in Tertio tomo vaſſall.ibid.
Author imponit præludia generalia prælud.1.num.5.fol.7.

B

B*Aldachinum debet deferri à perſonis ſolitis.grau.20 num.3.fol.6.*
Baldachinum nequit erigi à Baronibus in Eccleſijs propriorum locorum grau. 21.num.1.fol.57.
Baldachinum quibus conceditur ibidem num.6.
Bannum debet continere perſonam Iudi*cis, & cauſa, pro qua bannitur, & nomen, & cognomen banniti. grau. 9.num.14.fol. 39.*
Baro dicitur dominus territorij grau.72. num.23.fol.128.
Baro habens ius paſcendi armenta animalium, an poſſit depaſci facere capras oues, & alia animalia minuta grau.5.num.1.fol 34.
Baro in Eccleſia parochiali, vbi non ſunt Canonici Sacrificatur à celebrante grau.21.num.1.fol. 57.
Baro grauat vaſſallos, ſi teneat emptores ementes ſub nomine eorum, & poſtea alijs reuendant pro conſequendo lucro ex franchitia gabella grau. 23.num. 1.fol.58.
Baro *male tractans vaſſallos grauius punitur, quam vaſſallus iniuſtè conquerens prælud.1.nu.10.fol.7.*
Baro grauans vim inſert ibidem nu. 12.
Baro, an poſsit prohibere, ne vaſſalli teneant canes, & aues vide infra verb. canes.
Baro cum ſuis vaſſallis conſtitutionem regni in conuentione facta obſeruare tenetur grau.83.num.2.fol.135.
Baro tenetur ſoluere integram adhoam, quando vaſſalli non tenentur grau. 91.num.2.fol.167.
Baro poteſt locumtenentem ſubſtituere propter infirmitatem prætoris grau. 94.nu.38 fol.173.vel propter abſentiam ibidem num.35.
Baro poteſt locum tenentem ſubſtituere, ſi officialis in duabus paruis terris ſit electus. ibidem.num.41.
Baro quando proprijs expenſis remiſsionem rei, vel cauſa procurare tenetur grau.95.num.5.fol.175.
Baro, an vniuerſitas tenetur conſtruere locum pro Curia regenda grau. 98. num.12.fol.178.
Baro allegans priuilegia tenetur illa oſtendere grau.69.num.4.fol.119.

Baro

Baro exigit ſeruitiũ à vaſſallis, niſi Rex expreſſè illud remiſiſſet, quod nequit grau.60.num.22.fol.103.

Baro non debet ſe extendere vltra ſua priuilegia pręlud.43.num.2.fol.80.

Baro, vel officialis renuensnè, Eccleſiaſtica perſona accedant ad curiam pro concordandis ſecularium querelis, & partium diſſentionibus grauat vaſſallos grau.47.nu.1 fol.83.

Barones debent potius eſſe paſtores, quã percuſſores pralud 3.num.1.fol.9.

Barones quomodo debent eſſe erga vaſſallos ibidem num.2.

Barones dicuntur Regis officiales ibidem num 8.

Barones poſſunt habere ius imponendi vectigalia ex priuilegio grau.37.nu. 1 fol.73.

Barones peccant exigendo noua vectigalia, & quando num.2.

Barones poſſunt comparere quando agitur de communi intereſſe Vniuerſitatis grau.41.nu.2.fol 78.

Barones inuitis vniuerſitatibus comparere nequeunt num.3.

Barones nequeunt ſe intromictere in cognitione tertiarum cauſarum pralud.43.num.1.fol.80.

Barones grauant vaſſallos ſi cogant eos ſoluere contumaciam, quam in alio tribunali ſoluerunt grau. 54. num. 4. fol.90.

Barones grauant vaſſallos, quando illis conſtituant officiales, qui ſindicatui non paruerint grau.65.n. 2.fol.111.

Barones nequeunt ſe intromittere in cauſis, pro quibus eorum gubernatores ſeu officiales per vaſſallos allegantur ſuſpecti grau.32.num.1.fol.68.

Barones non habent vſum priuilegiorũ, Regio fiſco competẽtibus in exactione multarum grau.14.num.4.fol. 49.

Barones regni fuerunt citati ad exhibendum titulum paſſagij grau.85. num. 5.fol.160.

Barones grauant vaſſallos exigentes paſſagium pro bonis pro quibus non eſt ſolitum ibidem num.17.fol.161.

Barones exigentes paſſagium, vbi non eſt conſuetum illo priuantur grau. 87. num.2 fol.163.

Barones nequeunt tollere appellationem. grau.100.num.84.fol.198.

Barones, & alij ſuperiores debent incũbere, nè uaſſalli excarcerẽtur, nec animi benignitate ſoluantur nu 8.

Barones de exceſſibus vaſſallorum non excuſantur ſub pretextu ignorantia pręlud.7.num.1.fol.15.

Barones nequeunt cogere Clericorum bona, vel animalia, ad onera feudaliũ ſoluenda grau.72 num 36.fol. 129.

Barones aliquando emanant, vt frumenta reuelentur grau.67. num. 1. fol.117.

Barones olim viſitabantur, ſicuti tractabant vaſſallos ſecus hodie pralud. 8 fol.16.nu...

Baronibus non licet fraudare decimas grau.66.num.1.fol.116.

Baronis praſentia, cui debetur reuerentia ſolum ſufficit adinfrigẽdos contractus pralud.10.num.22.fol.22.

Beneuolentia ſubditorum Principis eſt theſaurus pralud.2.num.3.fol.8.

Beneuolentia magis quam ſeueritas debet eſſe erga vaſſallos pręlud. 3. num. 3 fol.10.

Bona compeſtiua ſita in territorio infeudato pręſumuntur allodialia, & non feudalia grau.3.num.1.fol.32.

Bona in dubio praſumuntur allodialia, & non feudalia num.3.

Bona feudalia non apponuntur in appretio ſeù cataſtro grau. 83. num. 2. fol.152.

C

Cadauer eſt incapax pęnę grau.32. num.8.fol.7.

Cadauer criminoſi, & ſuſpendioſi hominis non eſt iniuriandum, nec ſepultura defraudandum grau.86.n.3.fol.137.

Cadauera inquiſitorum ante condemna-

tionem mortuorum ſuſpendi nequeunt grau.31.num.1.fol.66.
Calumnioſè excipiens non debet audiri grau.100.num.6 fol.192.
Campanę pulſatio, ſi probibeatur pro certiorando populum de parlamento faciendo vaſſalli grauantur grau.10. num.1.fol.45.
Campanæ effectus eſt congregare populum, vel concilium num.5.fol.46.
Canes, & Aues ad venandum aptos, retia, & ordinata ad piſcationem apta tenere vaſſallos, Baro ſi probibeat grauat grau.17.num.1.fol.52.
Canes tenere ad venandum aptorum eſt de probibitis perſonis ſecularibus, ſecus Eccleſiaſticis, & eius familiaribus num.2.
Capitula Papæ Honorÿ ſunt ſeruanda grau.61.num.10.
Capitulum Regis Roberti reponitur ibidem num.11.
Capitulum Sereniſſimi Regis noſtri reponitur prelud.8.num.2.fol 16.
Carcerari non debet relaxandus ſub cautione grau.34.num.6.fol.70.
Carcerarÿ non debent permittere, quod carceratis aliqua moleſtia inferatur, aut alimenta deficiant.
Carcerarius debet probare non fuiſſe dolum prelud.7.num.12.fol.16.
Carceratio non fit pro ſingulis criminibus grau.34 num.7.fol.70.
Carcerati nulla iniuria affici debent grau.78.num.1.fol.118.
Carcerati quando culpa officialium inediam patiuntur officialis tenetur ad 20.libras auri ibidem num.2.
Carcerati non ſunt amouendi pendente appellatione à carceribus in quibus reperiuntur grau.4.num.2.fol.34.
Caſus mixti non comprehenduntur ſub ſimplici grau.2.num.9.fol. 31.
Caſus fortuitus debet probare non fuiſſe dolum pralud.7.num.10.fol.16.
Caſus in quibus licet Regi imponere gabellas grau.61.num.5.fol.104.
Cauponarum inſtitutio, non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis grau.2.num. 4.fol.30.
Cauſa in publica procedi poteſt etiam in die feſto grau.11.num.2.fol.46.
Cauſa imponendi vectigal eſt neceſſitas Principis grau.139.num.14.fol. 76.
Cauſa quęlibet iuſta excuſat à contumacia grau.56.num.4 fol.92.
Cauſæ ſi non expeliātur iuxta ordinem, quo fuerunt concluſæ vaſſalli grauantur grau.81.num.1.& 3.fol.150.
Cauſæ prius concluſę prius expeairi debent ibidem num.2.
Cauſæ Eccleſiarum prius ſunt expediendæ num.4.
Cauſę fiſcales ſunt prius expediendę priuatorum cauſis num 8.
Cauſę miſerabilium perſonarum expediens rem gratiſſimam Deo facit. num.7.
Cauſę grauaminum baronum, vbi decidantur prelud.11.num.1.fol.23.
Cedens, & renuntians iura ſua non habet regreſſum grau. 100.num. 11. fol.194.
Cimbę ſubditorum poſſunt capi pro vſu baronis, vel Reipublicę grau. 94. num 43.
Citatio inquiſiti requiritur antequam procedatur ad ſententiam fortudicationis, nec debent citari eius conſanguinei, amici, & vicini fol.39.num.5.
Citatio facta domi ſolitę habitationis valet grau.55.num.7.fol 91.
Citatio fieri debet loco ſolita habitationis, & non in apoteca, vel alibi ibid.num. 9.licet poſſit fieri in domo non propria ſed condutitia ibidem num.10.
Citatio nibil operatur, niſi contra citatum incuſetur contumacia grau.53. num.1.fol.89.
Ciues vendendo paſcua exteris tenentur ſoluere fidam grau. 72. num. 14. fol.126.
Ciues loci vbi officialis vult adminiſtrare poſſunt ſe opponere, vt oſtendant literas liberatoriales alterius offiiÿs geſti grau.63.num.1 fol.13.

Digitized by Google

Ciues allecti gaudent priuilegio exemptionis à gabellis. grau. 65. num. 5. fol. 112.
Ciues ſunt membra vniuerſitatis prælud. 5. num. 2. fol. 13.
Ciues efficiunt vniuerſitatem ibidem num. 7.
Ciues oriundi, & habitantes tenentur contribuere Baroni grau. 60. fol. 99.
Ciues nequeunt ſumere paſcua cum eorum animalibus in territorijs demanialibus fol. 128 num. 24.
Ciuis allectus in aliqua ciuitate, an gaudere debeat ijſdem priuilegijs quibus ciues grau. 65 num. 1 fol. 112.
Ciues vnus poteſt proponere grauamen cõtra Barones, vel Prælatos, aut alios ſuperiores prælud. 6 num. 2. fol. 14.
Ciuitas faciens foſſata per agrum alienum tenetur reſarcire dãnum grau. 88. num. 5. fol. 164.
Ciuitas non debet carere rectore grau. 94. num. 43. fol. 173.
Clauſula quod nemo ſit exemptus, an comprehẽdant Baronem, vel Vniuerſitatem grau. 87. nu 9. & 11. fol. 139.
Clauſula nemine excepto ponetur in beneficium regni num. 13.
Clericatus, vel minor ætas allegetur, quomodo prouidetur grau. 9. num. 8. fol 39.
Clericus contumax in cauſa ſeculari non tenetur ad pœnam contumaciæ grau. 51. num. 3 fol. 87.
Clericus poſt primam munitionem amittit priuilegium Clericale fol. 27. num. 17.
Clericus tenetur ſoluere pedagia pro fructibus patrimonialibus ibidem num. 19.
Clerici in materia paſcui tractantur vti laico fol. 128. num. 26.
Clerici in quibus ligantur ſtatutis laicorum ibidem num. 26.
Clerici in quibus ligantur ſtatutis laicorum ibidem num. 27.
Clerici ſoluunt ſubfeudatarijs onera herbarum num. 29. fol. 129.
Clerici clericaliter viuentes non communicant cũ laicis in collectis nu. 29.
Clerici tenentur ad tributa Regum, & imperatorum fol. 130. num. 42.
Clerici nõ habent manus mortuas n. 46.
Clerici in fauorabilibus dicũtur de Vniuerſitate fol. 132. num. 49.
Clerici pro damnis datis conueniuntur coram Iudice Eccleſiaſtico num. 55.
Clerici tenẽtur ad fidam num. 58. ibidẽ.
Clerici prohibentur intrare tabernas, & quomodo permittatur grau. 2. num. 6. fol. 30.
Clerici ab ebrietate ſe abſtinere debent ſub quibus pœnis fol. 31. num. 7.
Clerici poſſunt piſcari grau. 17. num. 9. fol. 53.
Clerici nequeunt prohiberi à Baronibus ne habeant ius paſcendi in proprijs territorijs grau. 72. num. 1. fol. 125.
Clerici exteri habentes beneficia in aliquo loco an teneantur ſoluere ius paſcui ibidem num. 3.
Clerici nequeunt vti rebus alienis abſque ſolutione ibidem num 7. fol. 26.
Clerici tenentur ſoluere onera pro rebus grau. 72. num. 9 & 11. fol. 126.
Clerici nequeunt emere, & vendere animalia, & ſumere paſcua vltra vſum grau. 72. num. 15. fol. 27.
Clerici pro negotiatione non gaudent immunitate ibidem num. 16.
Clerici pauperes qualiter operam poſſunt grau. 99. num. 9. fol. 181.
Clerici à parentibus non debet dari vltra æqualem portionem fol. 131. num 43.
Clericis interdicta eſt venatio grau. 17. num. 24. fol. 53.
Clericis licet ſe intromittere in cauſis coram Iudice Eccleſiaſtico in defectum aliorum maximè in cauſis miſerabilium perſonarum grau. 47. num. 6. fol. 83.
Cognitio negotiationis illicitæ ſpectat ad Nuntium grau. 72. nu. 41. fol. 130.
Collectæ impoſitæ ſuper animalia paſcẽtes herbas feudi non ſunt onera Realia

I N D E X

lia fol. 129. *num.*34.

*Collectas etiam ob neceſſitatem impoſtas ſubditi tenentur inquantum poſſunt grau.*37.*num.*6.*fol.*73.

Comas vulgo (le capellere ,) ſi vaſſallo portare vetentur , grauantur grau. 48.*num.*1.*fol.*84.

*Comas aſportare non eſt de prohibitis reſpectu laicorum, ſecus ſi clericorum ibidem num.*2.

Concionator ex quo ali debet grau. 89. *num.*10.*fol.*166.

*Concluſio an ſit de ſubſtantia grau.*100. *num* 36.*fol.*197.

Condemnati ad triremes per Curias baronales, debent tranſmitti ad Regias Audientias vna cum actis grau. 13. *num.*1 *fol.*48.

*Condēnati per Iudices Baronales , ſi appellauerint, pendente appellatione non tranſmittuntur ad carceree Iudicis ad quem grau.*4.*num.*1.*fol.*33.

*Condemnatio oportet fieri, vt actus contumacia fieri poſſit grau.*49. *num.* 7. *fol.*86.

Conductor ad quid tenetur grau. 28. *num.*7 *fol.*73.

Confeſſio non requirit ordinem, nec telam iudiciariam grau. 100. *num.*15. *fol.*194.

*Confeſſio habet vim rei iudicatę n.*18.

*Cōfeſſio vnius non nocet alteri num.*22.

*Confeſſio tutoris, et procuratoris emanata per modum voluntaria iuriſdictionis prędiudicat pupillo, vel principali num.*23.

Confeſſio ſolum probat in rebus dependentibus à voluntate conficientis fol. 195.*num,*25.

Confeſſio patris non nocet filio num. 26.

*Confeſſio adminiſtratoris non nocet Vniuerſitati num.*27.

*Confeſsio debitorie non nocet fideiuſſori num.*28.*nec creditoribus num.*29.

*Confeſsio non dependens à voluntate confitentis ipſi non nocet num.*30.

*Confeſsio cedentis non nocet ceſsionario num.*31.

*Confeſsio oris proprÿ maior probatio num.*7.

*Confirmans non dicitur diſponere , nec dat fol.*121 *num.*23.

*Confirmatio quando valida ſit grau.*69. *num.*1.*fol.*119.

*Confirmatio pręſupponit confirmationem actus confirmabilis num.*6.

*Confirmatio , non eſt actus per ſe ſtans num.*6.

Confirmatio, eſt ad aliud relatio n. 8.

Confirmatio nihil extendit num. 9.

*Confirmatio refertur ad priuilegium confirmatum num.*10.

*Confirmatio conſideratur , vt gratia concurrens num.*11.

Confirmatio nihil noui tribuit num. 12. *fol.*120.

*Confirmatio Papę, vel Imperatoris quādo confirmet priuilegia iam amiſſa num.*14.

Confirmatio nihil non tribuit, & recipit incrementum ab electione grau. 69. *num.*10.*fol.*121.

Coniunctus non admittitur inuito coniuncto, niſi habeat intereſſe grau. 41. *num.*7.*fol.*78.

*Conſtitutio loquens de prętio, intelligitur de pęcunia grau.*96 *num.*5.*fol.*176.

*Conſuetudo, quando inducatur grau.*84. *num.*3.*fol.* 158.

Conſuetudo, vt populus adminiſtret alimenta concionatori valet grau. 89. *num.*6.& 7.*fol.*165.

*Conſuetudo tendens ad fauorem pię cauſa , ſi fuerit decennalis obligat in futuram num.*8.

Conſuetudo illicita facit illicit a grau. 20.*fol.*56.*num.*6.

*Conſuetudo laicorum non ligat clericos grau.*72 *num.*53 *fol* 132.

*Contractus, an, & quando prohibiti ſint inter vaſſallos, & Barones prelud.*10. *num.*8.*fol.*20.

*Contractus pręſumitur metiſculoſus cōcurrente metu reuerentiali, & leſione, etiam ſi in contractu ſit appoſitum iuramentum num.*10.

Con-

Contractus celebrati in fauorem eius, cui debet, reuerentia concurrente enormiſſima leſione reſcinduntur ibidem. nu. 13.fol.21.
Contractus factus ab vxore pro marito tanquam meticuloſi ſunt nulli fol.22. num.19.ibidem.
Contributio à vaſſallis Baroni vſque ad quam quantitatem fit grau. 60. num. 3 fol.99.
Contributio vaſſallorum pro adboa ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari fit fol. 100. num. 7. ibidem.
Contributio vaſſallorum regulatur pro rota focularlorum num 9.
Contumacia eſt delictum grau. 51. num. 2.fol.87.
Contumacia cum dolo æquiparatur, nec caret culpa num.4.
Contumacia nequit incuſari, niſi Iudice pro tribunali ſedente num.5.
Contumacia ſi ſapit inobedientiam venit punienda nu.1.
Contumacia non accuſatur in citationibus ad publicandum, & concludendum grau.49 num.8 fol.86.
Contumacia in citationibus criminalibus, vt intelligatur incuſata, quid requiritur grau.52.num.1.fol.88.
Contumacia tunc dicitur vera, quando ſapit contemptum grau.55. num. 2. fol. 90.
Contumax dicitur ille, qui perſonaliter fuit citatus grau.55.num.3.fol.90.
Contumax fictus torqueri nequit ibid. num.4.fol 91.
Contumax verus non appellat num.5.
Contumax dici non poteſt, qui venire impeditur grau.56.num.3 fol.91.
Contumax de delicto pro quo venit imponenda mors naturalis, ciuilis, membri amputationis, vel carceris perpetui bannitur per ciuitatem, & loca ſolita grau.9.num.1.fol.38.
Contumax perſeuerans in contumaciam poſt annum foriudicatur num.2.
Contumax poſt annum habetur pro confeſſo, & à quolibet occidi poteſt preterquam ab vxore fol.139.num 4.
Conuectio facta inter vaſſallos, & Barones intelligitur ſecundum Ius municipale grau.83. num.11.fol.135.
Conuentio partium facta ſecundum Ius intelligitur de Iure municipali num.4.
Corpus mortui, vel moribundi, non debet aliqua moleſtia affici grau. 86. num. 4 fol.137.
Credere firmiter quando dicitur grau.89. num 33.fol.145.
Creditor non eſt, cui debetur aliquid ſub conditione, vel in diem incertum grau. 57.num.11.fol.95.
Creditor non tenetur recipere creditum antè diem, quamuis dilatio ſit introducta in fauorem debitoris num. 14. fol. 96.
Creditor ſolutionem indeminutam, non cogitur recipere, nec debitum abſque intereſſe grau.25.num.2.fol.69.
Creditor aliud pro alio recipere non tenetur grau.96.num. 1.fol. 175. etiam, ſi ſit melioris conditionis num.2.
Crimen extinguitur per mortem grau. 31.num.3.fol.67.
Curati tenentur prędicare per ſe, vel per alios grau.89 num.3.& 4 fol.165.
Curia quare hoc nomine appellatur grau. 93.num.94 fol.178.
Curia ſi non adeſt, in qua Ius reddi poteſt, vniuerſitas demum conducere tenetur grau.93.num.17.fol.178.
Curia ad ciuitatis dignitatem eſt facienda num.22 fol.179.
Curia non debet eſſe humilis ędificÿ n.23.
Curia nõ debet priuatorum ędificÿs coartari num.24 & 29.
Curia iuxta templum collocetur num.25.
Curia collocetur contigua carceribus ob celebrem carceratorum expeditionem num.26.
Curia propè portam ciuitatis debet collocari num.27.
Curia eſt Reipublicę ſacrarium num.37. fol.180.
Curiam ingredientes nudo vertice loquatur nu.38.

Dam-

D

DAmnum patiens ex cauſa Fiſci cõtra ipſum datur regreſſum grau. 88.nu.4.fol.164.
Datio feudi inſolutum pro annua pręſtatione extinguibili relicta à teſtatore, non eſt venditio grau. 100. num. 35. fol.189.
Decima debetur de omnibus fructibus grau.85.num 11.fol.161.
Decima eligi non poteſt in gerbis, ſtipulis, & gregnis ſi ſit conſuetudo grau.2. num.1.fol.28.
Declaratio pręcepti non obſeruati poſt annum fieri nequit grau. 22. num. 3. fol. 58.
Declaratio non afficit tertium grau.100. num.32 fol 195.
Declaratio facta ab Emphiteuta non pręiudicat directo domino num.33. & facta ab uſufructuario, non nocet proprietario num.34. & 35.
Decretum ſeruandum interponitur pro perſeuerante in contumacia illa prius citato grau.97.num.2.fol.176.
Debitor pendente die, vel conditione pro non debitore habetur grau.57.num. 3. fol. 93.
Debitor conditionalis, ante conditionis euentum ſoluere non cogitur num. 4. & quando poſſit arreſtari num.5.
Debitor ante diem interpellatus non dicitur moroſus num.10.fol 94.
Debitore confitente debitum relaxatur mandatum vt ſoluat grau. 100. num. 19.fol.194.
Debitum ante tempus poteſt ante illum ſolui num. 13.fol.95.
Delicti alieni pęnam nemo luere debet grau.1.num.10.fol. 29 & grau. 74. num.2.fol. 136.
Demanium pro vniuerſitate, etiam illa contradicente quilibet ciuis petere poteſt prælud.6 num.4 fol.15.
Demanialia non poſſunt vendi, ſi ſint magni momenti prælud.11. nu.7.fol. 25.
Denuntiatio quotuplex ſit grau.79. num. 3.fol.141.
Denunciatio vicinis facienda, ſi velint vti iure congruo poteſt fieri antè, & poſt venditionem grau. 100. num. 3. fol. 193. tam à venditore quam ab emptore num.4.
Deportatus nequit ad patriam accedere grau.76.num.1 fol.137.
Depoſitans in emiſſione depoſiti debet probare ſe caruiſſe dolo prælud. 7. num. 13.fol.16.
Deſiſtere ab incepto ſtilo, non eſt laudabile pręlud. 1.num.2.fol.5.
Dictio in poſterum quid operatur grau. 69.num.18.fol.121.
Dies artificialis concluditur inter ſummũ manè, & veſperas grau. 26. num.3. fol. 61.
Diebus feſtis licet ciuibus parlamenta facere, & eligere ad officia grau. 11. num.3.fol.46.
Diffamatus, vt quis dicatur, quę requirantur grau.79.num.18.fol.143.
Dilatio dari debet, ſi allegetur abſentia grau.9.num.7.fol.39.
Dirictum fraudatur, quando quis tenetur tranſire per locum, & non tranſit grau.86.num.6.fol.162.
Diſpoſitio legis non debet eſſe fruſtatoria grau.62.num.10 fol.113.
Diſpoſitione facta à patre in beneficium ſecundigeniti ſuccedant non omnes hęredes ſecundi geniti, ſed ſucceſſurus ex ſanguine grau.100.nu.31.fol. 189.
Ditior nemo debet fieri cum aliena iactura grau.72.num.40.fol.130.
Diuiſio per ęs, & libram vbi ſit grau.77. num.8 fol.139.
Diuitiarum auiditas tendit in infinitum probem num.6.fol.2.
Diuus Lucas, et Diuus Antoninus operabantur manibus grau.99.n.7.fol.181.
Domini terrarum ſunt potentes ad metum inferendum prælud. 10. num.2. fol.19.
Domini cauſarum ciuilium, qui propriè nuncupantur terræ domini proponunt capita cõtra habentes iuriſdictionem criminalem ad releuandos ſubditos præ-

Digitized by Google

pręlud. 5.num.7.fol.13.

Dominium habens prohibere poteſt grau. 42 uum.12.fol 79.

Dominus ſi remiſerit ſeruitium Baroni, ipſe poteſt exigere integram adhoam debitam per vaſſallos grau. 60. num. 18 fol.102.

Dominus, & vaſſallus ad paria debent iudicari pręlud.1.num.11.fol.7.

Domus publica ſi non adſit pro Curia regenda, Baro debet eam ędificare grau. 98 num.10.fol 178.

Donatio in dubio non praſumitur grau. 100.num.40.fol 196.

Donatio inter coniunctos facilius pręſumitur num.41.

Donatio pręſumitur ex coniecturis nu. 44.

Donatio pręſumitur, vbi ceditur ſimpliciter grau.100.nu.45.fol. 196.

Donatiuum, vel titulus, quando exigitur, requiritur proportio in ordine ad vires regni grau 37.num.8.fol.73.

E

Ecceleſia omnibus eſt praferenda grau.81.num.5.fol.150.

Eccleſia ad onera perpetua tenetur grau. 72.num.10.fol.120.

Eccleſia quando pro re empta tenetur ad collectas num.59 fol 134.

Eccleſiaſticę perſona ſunt in maximo honore grau.47.num.4.fol 83.

Edictum, quod vnus de parentela teneatur pro altero non valet grau.74.nu.1. fol.136.

Aetas in cunctis mundanis actibus, & in Officijs ſtatuta eſt grau. 28.num.1. fol. 53.

Aetas 18. annorum in Regno reputatur perfecta num.6. fol 54.

Egenum conterens iudicabitur à domino grau.98.num.32.fol.179.

Electio induſtria perſonę adimit poteſtatem ſeruiendi per ſubſtitutum grau. 94.num 4.fol.171.

Electio fieri debet de minori peccato ad finem euitandi maius grau. 2.num. 11. fol. 31.

Elęmoſina ſolita dari prędicatori ab Vniuerſitate, non debetur parocho prędicanti in parochia grau. 89. num. 5. fol.165.

Emergens nouum, nouo indiget auxilio probem.num.1 fol.2.

Emphiteuta nequit extirpare ſiluam, & in ea plantare vineam inſcio directo domino grau.15.num 1.fol.50.

Emphiteuta, & vſufructuarius aequiparantur num.4.

Epiſcopi debent expellere à diaceſi nepotes ſuos inſolentes grau. 58.num. 3. fol.97.

Epiſcopus debet amouere baldachinum erectum à Barone in Eccleſia grau. 21.num.3.fol.57.

Epiſcopus negligens circa eius officium corripitur pręlud.7.nu.14 fol.16.

Erarij, & tutores baronum tenentur recipere frumenta ordea ligumina, & ſimilia grau.6 num.1 fol.35.

Erarij in exactione reddituum feudaliũ videntur habere largam manum grau.40.num.2.fol 77.

Erarij non habent facultatem alienandi, & obligandi barones ibidem.

Erarij non debent ingerere ſe in exactione debitorum particularium perſonarum num.3.

Erariorum munus verſatur circa exactionem feudalium grau. 40. num. 1. fol. 77.

Eſſe non probat, quod adhuc contingit abeſſe prelud.4 num.14.fol.12.

Exactores pęnarũ Baronalium fraudantes, an teneantur eadem pęna, qua collectores fiſchalium grau 14. num. 5.fol.49.

Exceptio de Iure tertij non admictitur grau.100.num.5 fol.193.

Exceptio calumnioſa non auditur nu.6.

Exceptio clericatus poteſt opponi per agnatos grau.9.num.9.fol.39.

Exceptio allegata quando non militat, quid faciendum ibidem num.10.

Excep-

Exceptio rei iudicatę obſtat contra quēlibet alium accuſare volentem, quamuis eſſet proceſſum per inquiſitionem grauam.36. num.7.fol.72.

Excommunicatus eſt percutiens perſonam Eccleſiaſticam grau. 7. num. 4. fol.36.

Excommunicatus decedēs, an debeat priuari ſepultura Eccleſiaſtica ibidem num.7.

Exempla mala in ſucceſſores deſcendunt pręlud.1.num 5 fol. 5.

Exemplis malis inebriamur, bonis autem egemus ibidem num.7.

Exequutio ſententiæ rei iudicatę parit exceptionem contra aliam ſententiam, quę alio in loco legitimè facta reperiretur grau.36.num.6.fol.72.

Exitu vix bono peraguntur, quæ cum bono incohato principio non confirmatur probem.num.2.fol 5. & quę malo ſunt incohata principio ibidem.

Extenſio non debet fieri de perſona ad perſonam grau.61.num.4.fol.104.

Exteri aggregati in ciues, graudent priuilegijs, quibus ciues grau. 65. num.2. fol. 112.

Exteriora iudicant interiora grau. 48. num.4.fol.84.

F

F*Acta de ſui natura ſunt incerta pręlud.4 num.11.fol.12.*

Facti, quę ſunt non pręſumuntur ibidem. num.10.

Facultas cedendi alicui legata ad hęredes non tranſit grau.42.n.15.fol.80.

Famuli apotecharum, an probent pro domino grau.29.num.4.fol.65.

Fæmina an poſſit incutere metum pręlud. 10.num.37.fol.24.

Fęminę ſolent eſſe duræ ceruicis ibidem num.40.

Feudalitas eſt quędam ſeruitus grau. 3. num.4.fol.32.

Feuda duplici onere grauari non debent grau.83.num.8.fol.152.

Feuda quaternata per lineam finitam deuoluuntur ad Regem, & plana ad Baronem num.13.

Feudatarij quare pręſtant ſeruitium, & in Regno adhoam num.1.

Feudatarius quando poſſit fraudare ſucceſſorem grau. 100. nu.6.fol.183.

Feudo dato in ſolutum pro annua pręſtatione extinguibili ad vitam creditoris, an detur repetitio facto caſu extinctionis grau.100 num.38 fol.188.

Feudū quaternatus abſq; Regis aſſēſu alienari probibetur Grau.83.fo.153.n.10

Feudum quilibet dare poteſt, niſi fiat in fraudem grau.100 num. 24.fol. 188.

Feudum quod emitur ex pęcunia non eſt feudum grau.72.num.47 fol.131.

Fida exigitur à Baronibus pro animalibus vaſſallorum paſcendis grau. 72. num.5.fol.125.

Fida an debeat exigi à clericis pro eorum animalibus num.6.12.& 13.

Fideiuſſor officialis, cui ſemel computa approbata fuerunt, liberatur grau. 8. num.3.fol.37.

Fideiuſſor officialis de bene adminiſtrando, ſi in reuiſione fuerit repertus, quod legaliter adminiſtraſſet, & poſtea in alia reuiſione fuerit condemnatus non tenetur ibidem num.4.

Fideiuſſor ęrarij grauatur, ſi cogatur reddere rationes ibidem num: 1.

Fideiuſſor laudi non tenetur de eo, quod iudex iudicat num.5.

Filij nequeunt agere de inofficioſo teſtamento, niſi poſt mortem patris grau. 72.num 44 fol 131.

Fiſcus habens aliqua bona ex confiſcatione, vel ſucceſſione in illis vtitur iure priuati grau.14.num.6.& 7.fol.49.

Fiſcus infra quod tempus repetitionem teſtium procurare debet num.7.

Fiſcus in Regno, non conſtituitur in mora in incuſandis contumacijs grau. 53. num.3.fol.89.

Foriudicatio poteſt fieri ab officialibus Baronum grau.9.num.3.fol.39.

Foriudicatio non poteſt fieri, niſi prius inquiſitis

quiſitus banniatur per Ciuitatem, bid num. 11.12.*&* 13.

Foriudicatio non poteſt fieri, niſi elapſo anno, & quando annus incipit curreré ibid.num. 15.*&* 16.

Foriudicatio, vt poſſit fieri, quæ requirantur ibid num. 18.*&* 19.*fol.*40.

*Foriudicationis terminus poteſt abbreuiari ibid.num.*20.

*Foriudicatio poteſt fieri elapſis decem diebus contra contumaces euntos in comitiua bannitorum, ibid.num.*21.

*Foriudicatio abreuiatur contra delinquentes cum ſcoppijtis ibid.num.*22.

*Foriudicatio in crimine raptus, infra annum ibid.num.*24.*&* 28.

*Foriudicatio fit infra ſex dies contra mercatores fallitos, ibid num.*26.

*Foriudicatio contra inquiſitos de oſculo, fit infra tres menſes. ibid.num.*25.

Foriudicatio fit infra quindecim dies contra bancherios, & Magazenerios. ibid.num 27.

